

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21


LIBER DE FVRTIS

In duodecim partes distinctus,

In quo vniuersa materia contrectationum, alienarumque rerum occupationum diligenter examinatur:

Complures Venetæ Leges commemorantur:
Quid in praxi sit obseruandum demonstratur:

Opus Iudicibus, & Aduocatis vtilissimum, omnibusque Legum studiosis iucundissimum.

AVTORE IOANNE BONIFACIO I. V. D.
Et in Serenissimo Dominio Veneto Assessore præstantissimo.

Ab eodem Autore hac secunda editione diligentissimè recognitum, & quamplurimis additamentis locupletatum.


Cum summarijs, & indice rerum, ac verborum copiosissimo.

S. Mariæ de Scala









Vincentiæ, Apud Dominicum Amadeum. M.DC.XIX.



Illustrissimo viro VINCENTIO GRIMANO PETRI F. Vincentiæ Præsidi

IOANNES BONIFACIVS IVR. CONS. S. P. D.



NAtura comparatum est vt vnusquisque ab interitu abhorreat, conseruationem autem omni studio curet: mortales enim, si fas esset, libenter immortalem traducerent vitam; quod cum nequaquam consequi possint, commune exitium aliqua ex parte reparare, vt aliqua saltem memoria apud posteros vigeant, pro viribus nituntur. Quamobrem nonnulli diuitijs affluentes magnifica erigunt ædificia, plures ex suis corporibus filios generant, alij animorum suorum litteraria edunt monimenta: eodem ego Naturæ instinctu excitatus, cum nec magna ædificia construere, nec filios procreare potuerim, hunc pusillum animi mei partum edere conatus sum; & quemadmodum ædificiorum structores in ipsis ædificijs

ſua nomina imprimunt, & qui filios generant, eos progenitorum ſuorum nominibus appellant, & ex hac vita decedentes Tutores conſtituunt, ſub quorum tutela ſecuram vitam traducere poſſint; ſic ego non ſolum huic operi meo proprium nomen inſcripſi, ſed illud in tuam fidem, & patrocinium collocandum exiſtimaui: ſicuti enim viuens à tua nobiliſſima agnatione amatus, & ornatus fui, ſic vt poſt mortem meam rerum mearum eſſes propugnator benignitati tuæ erat maximè conſentaneum: & præſertim cum validiorem, præclarioremque cuſtodem, ac vindicem inuenire non potuerim: in tua enim glorioſiſſima Rep. non ſolum corporis, & fortunæ bonis, ſed præclariſſimis etiam animi tui dotibus inter alios mirificè excellis. Et licet maiorum tuorum ſplendore vbique ſis conſpicuus, cum ex tua nobiliſſima familia Sereniſſimos Principes, Illuſtriſſimos Cardinales, ampliſſimos Patriarchas, aliosque complures inſignes Viros, & pace, & bello claros, omni tempore profluxiſſe notiſſimum ſit, ſingularibus tamen animi tui ornamentis, quæ tua, & propria bona ſunt, clarius refulges. Quocirca tuum erit omnem litterarium conatum fouere, atque tueri: tantoque magis hoc meum opus protegere debes, cum initium ſumpſerit, & non modicum fecerit progreſſum dum alias in hac eadem Vicentina Vrbe Victori Grimano patruo tuo, qui tum eam innocentiſſimè regebat, vicariam operam impenderem, nunc vero in lucem prodeat, cum tibi eiuſdem Vrbis Rectori idem munus præſto, vt omnino tamquam in tuis ædibus natum, & ſub tuis auſpicijs emergens tibi iure optimo deberi videatur. Læto igitur, hilarique animo tamquam rem tuam peculiarem ſuſcipe, & non negligendam

pro-

protege: ex eo enim optima possunt desumi præcepta, quæ ad solidam, germanamque Iustitiam exercendam maximoperè conducunt, quemadmodum tu hoc tempore, florescente quidem ætate, senili tamen, & matura prudentia, omnium applausu, hanc nobilissimam regis Vrbem, dignam profectò vt à tua singulari virtute moderetur. Vale.

Vincentiæ Kal. Nouembris M.DC.XIX.



Index Paragraphorum.









IOANNIS BONIFACII
I. V. D.
DE FVRTIS §. PRIMVS.



SVMMARIVM §. I.

1 *Furti definitiones.*
2 *Furtum vnde dictum sit.*
3 *Omnia quæ clàm, & furtim fiebant furta dicebantur.*
4 *Furtum pro adulterio, & clandestino coitu.*
5 *Qui equam suam alieno equo inuito domino subiecit, furti tenetur.*
6 *Furtiuæ notæ quæ dicantur.*
7 *Furtum à fraude deriuari.*
8 *Vel à ferendo res alienas.*
9 *Furtum pro insidijs.*
10 *Latrocinium pro bello, & militia.*
11 *Fures dicuntur serui.*
12 *Cautela matris Ciceronis contra seruos furaces.*
13 *Seruus dicitur homo trium litterarum, hoc est fur.*
14 *Furcifer quis esset.*
15 *Furca vnde dicta fuerit.*
16 *Furca pœna furum.*
17 *Erigens propria auctoritate furcam, est furca dignus.*
18 *Furca erigitur in publico loco, cuius dominus potest cogi ad illum vendendum.*
19 *Suspensus non potest sine licentia Iudicis de furca deponi, nec proditoris imago aboleri.*
20 *Pœnam furcarum esse infame supplicium.*
21 *De furto manifesto.*
22 *A quo fur deprehendi debeat in furto.*
23 *Quo in loco fur manifestus deprehendi debeat.*
24 *An sola acclamatio sufficiat vt quis fur manifestus dicatur.*
25 *An sufficiat quod furari visus fuerit.*
26 *Furanti signum, opem, vel consilium præstans, est fur manifestus.*
27 *Turpissimum semper fuit in furto deprehendi.*
28 *Locrenses quomodo in furto deprehensos puniebant.*
29 *Ad quæ teneatur, qui latronem inuenire promisit.*
30 *De furto nec manifesto.*

84 Mer-

1. §. FVRTVM.

1 FVRTVM est contrectatio fraudulosa, alienæ rei, mobilis, corporalis, vel etiam vsus eius, possessionisve, animo lucri faciendi, inuito domino, quod lege naturali prohibitum est admittere.

Hæc est vera, & absoluta furti definitio à iureconsulto tradita in l. 1. ff. de furt. & ab Imp. in §. Furtum Inst de oblig. quæ ex delic. nasc. cuius quidem definitionis verba sigillatim attingentes, totidemq; paragraphos quot sunt verba constituentes, vniuersam hanc furtorum materiam complectemur, eamque Deo iuuante, methodice absoluemus. Theologi (vt rem ipsam aggrediamur) inter quos diuinum illud Catholicæ Ecclesiæ lumen D. Thomas secunda secundæ quæst. 66. art. 3. dicunt esse rei alienæ occultam captionem. Canonistæ autem appellant furtum omnem rei alienæ illicitam vsurpationem c. Pœnale 14 q 5. c. Meretrices 32. q. 4. & Ludouicus Carbo in tract. de restitutione, esse iniustam ablationem alienę rei inuito domino. Cicero autem in oratione pro Cluentio inquit furtum esse rei alienæ fraudulentam tractationem.

2 Vnde autem furtum dictum sit inter se Doct. discrepant, Paulus enim in l. 1. ff. de furt. ex Labeonis, seu potius Varronis sententia, inquit furtum à furuo, idest nigro dici, quòd clam, & obscurè fiat, & plerunque nocte. Et Nic. Perottus in vi. Mart. epig. inquit: Furtum veteres atrum dixerũt, à quo furnus, furię, fumus, fuligo, fulica, fornax, quę & caminus dicitur. & antiquos Diti furuum bouem, idest nigrum immolasse.

A 2 Et

3 Et quod ignorante domino fit furtim fieri dicitur, l. Furtim, & leg. Facienda §. 1. ff arbor. furt. cęsar. l. Eos qui C. de furt. & quod etiam clam, & occultè fit furtiuè fieri habetur in l. clam possidere. ff. de acq. possess. & ibi Bart. & Alex.

4 Veteres etiam omnia quæ clã, & furtim fiebant, furta dicebant: sic Virg. lib. 6. Æneid. de Rhadamanto in ferorum Iudice inquit:

Castigatque, auditq; dolos, subigitque fateri,
Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commißa piacula mortem.

Et Plaut.

Manifestum hunc obtorto collo teneo furem flagitij.

Ouid. 9. Metamor. de Bibli.

Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.

vnde pro adulterio, & clandestino coitu sępe à Poetis vsurpatum est, vt apud Virg. lib. 4. Georg.

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta.

Et Tibullus ait:

Celari vult sua furta Venus.

Et rursum lib. 4.

Mutuus adsit, amor tua per dulcißima furta,
Perq; te tuos oculos, per geniumq; rogo.

Et Ouidius ep. 15.

Iuppiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis,
Hæc tibi nempè patrem furta dedere Iouem.

Habetur quoque in Græco Samij Epigramma à Tiraquello relatum in præfat. l. si vnquam C. de reuoc. donat. nu. 66. cum de quibusdam verba facit:

Vruntur grauius, quàm quos connubia iungunt:
Sed furtim coeunt, & sua furta tegũt.

& illud distichon à Iodocho relatum in pract. crim. cap. 93. nu. 6.

Tristis, & est morbi species horrenda caduci,
Quum iacet exanimis post sua furta Venus.

Et Ouid. lib. 1. Metam.

Atque suus coniux vbi sit circumspicit, vt quæ
Deprensi toties bene noscet furta mariti.

5 Nõ mirum ergo si ille, qui equã suam alieno equo, inuito domino subijcit furti tenetur l. si quis vxori. § si quis Asinum ff. de furt. & ideo huiuscemodi partus à Poeta furtiui dicuntur lib. 7. Æneid.

Absenti Æneæ currum, geminosque iugales
Semine ab æthereo, spirantes naribus ignem
Illorum de gente: patri quos Dædala Circe
Supposita de matre, nothos furata creauit.

6 Et hinc est, quod occultæ, & artificiosæ illæ literæ, quibus interdum Principes vtuntur ad eorum arcana tegenda, notæ furtiuæ appellantur, de quibus libellum scripsit Federicus Feretrus, & postremo Io. Bapt. Porta de occultis literarum notis A. Gellius inquit: Res quasdam occultas nuntiare Regi furtiuo scripto volebat.

S. bi-

7 Sabinus autē existimauit furtum à fraude deriuari, latè enim sumpto vocabulo, quicquid fraude fit, furtum dicitur Terentius in Eunucho: Hic furti se alligat: idest, vt Donatus interpretatur, reum se efficit fraudis, de qua fraude non pauca dicemus infra in §. Fraudulosa.

8 Siue furtum dicatur à ferendo, vel ab auferendo, quia fures alienas res secum deferant quod etiā placuit A.Gellio lib. 1. c. 18. noct. attic. Aut à verbo Græco; φῶρας enim Græci fures appellant §. Furtum Inst. de oblig. quæ ex delic. nasc.

9 Pro insidijs quoque apud Virg. lib. 10. Æneidos:

Furta paro belli connexæ in tramite Syluæ,
Vt biuias armato obsidam milite fauces.

Et Salust. lib. 1. Hist. inquit: securissimus metu gentis ad furta belli peridoneæ. Virgilius in eadem significatione dum loquitur de Mezentio, qui Orodem interemit lib. 10. Æneidos ait:

Obuius aduersoque occurrit, seque viro vir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.

10 Quoniam militum licentia ad prædas faciendas plerunque se confert, ponitur interdum latrocinium pro ipsa militia, vt apud Plaut. Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti. Et pro quocunque bello iniusto frequentissimè vsurpatur. Cicero prima Catilinaria vocat Catilinā, eiusque asseclas latrones Italiæ.

11 Et fures dicuntur etiam serui, quoniam fortasse optimam dominorum supellectilem surripiant. 4. Georg.

Quid domini facient audent cum talia fures?

Et dici solet, Seruus ergo fur. Bald. in l. pen. in fine C. de liber. & eor. lib. Et Accursius in l. Iulianus. ff. de act. empt. in verbo Quāti minoris: constituit regulam: illum scilicet, qui ignoranter rem vitiosam tradit teneri; quod limitat in seruo fure, & inquit id decidere, quia emptor scire debebat, seruos, & maxime dapiferos fures esse: dominis enim suis, si nihil aliud possunt, cinerem ipsum surripiunt.

12 Ciceronis mater contra seruos furaces pulchra vtebatur cautela in lagenis etiam vacuis signandis, vt ipse Cicero testatur in epistola ad Tironem libertum suum his verbis: Sicut olim matrem nostrā facere memini, quę lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exiccatæ: sic tu etiam, si quid scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quęsiuisse videaris. Antiqui enim lagenas obsignabant, ne serui vinum subtraherent, vt etiam Horat. affirmat dum ep. vlt. lib. 2. ait:

—posset qui ignoscere seruis
Et signo læso non insanire lagenæ.

Serui enim interdum vinum quāuis dolijs inclusum dominis furantur, aqua mensuram supplentes, vt Seruus ille Plinianus lib. 14. cap. 8. vel lapillos in amphoras conijcientes, vt astutulus ille ve-

terator apud Pierium Valerianum lib. 23. qui coruorum solertiam imitatus in vasculum nectaris Cretici tot calculos in dies deijciebat, quot vini haustus exprimebat.

Furunculus etiam est mustellæ syluestris genus quæ in cauernis cuniculi capiuntur.

13 Et à Plaut. in Aulu. quasi illum definiat, ferus appellatur homo trium litterarum, hoc est fur. Per ironiam tamen apud antiquos homo trium litterarum dicebatur ille, qui vanis nobilitatis titulis delectabatur: ex eo autem ductum est prouerbium, quòd ingenui suum prænomen, nomen, & cognomen tribus litteris notarent, vt pro Quincto Valerio Maximo Q.V.M. vt etiam P. Manutius in Adagijs animaduertit. Nemo enim prænomine appellari poterat, nisi ciuis Romanus esset; Tutio enim Sabinorum Rege cum Romulo regnante, & ex Sabinis, ac Romanis vnico effecto populo, ad eorum coniunctionem indicãdam, ciues Romani Sabinorum nomina suis nominibus præponere cæperunt, & contra Sabini Romanorum, vt Eutropius scribit, quod cum plebeis nõ liceret, ideo nobiles trium litterarum homines dicebantur propter ipsa prænomina suis nominibus imposita, quæ erant. Q. Pub. C. Cn. L. M. & similia, hinc Horat. Sat. 5. lib. 2.

—Gaudent prænomine molles Auriculæ.

14 Furcifer autem dicebatur seruus ille, qui in furto, vel in alio huiusmodi delicto deprehensus, aut aliquo crimine conuictus illud duplex lignum, cui temo in curribus affigitur, attollere cogebatur, elatumque per viciniam circumferre, & delictum suum fateri, quod erat infamiæ genus, cum ei, qui hanc furcam ita gestasset, vti infido, nulla in posterum fides haberetur. Vt Plutarchus testatur in vita Coriolani, & in quæs. Rom. 70. & apud Horatium, lib. 2. Sat. 7. legitur;

Non dices hodie, quorsum hæc tam putida tendant
Furcifer?

Et Terent. in Andria.

Ob tibi ego, vt credam furcifer?

15 Furcam autem Isiodorus lib. 5. orig. deflectit ab eo, quòd ferat caput delinquentis in ipso patibulo suspensi.

16 Hodie quoque fures insigniores, quum morte sunt afficiendi furcis suspenduntur, vt tradit Chass. super consuetud. Burgundiæ, & Iul. Clar. lib. 5. sent. in §. Furtum, vers. Est igitur. In hoc autem Serenissimo Dominio Veneto solent furunculi fustigati, fures ad triremes damnati, nisi sint insignes, vel publici latrones, qui furcis traduntur, iuxta textum in l. Capitalium, §. Famosos latrones, ff. de pœn.

17 Qui vero propria auctoritate erigit furcas, cum priuatus pro potestate dolo malo se gerat, incidit in crimen læsæ maiestatis, l. 3. in fi. ff. ad l. Iul. maiest. Guil. Bont. in tract. Casus in quib. pœna mortis, &c. nu. 3. Et qui habeant iurisdictionem erigendi furcas tradit Alb. in l. fin. C. de iur. omn. iud. & in l.

in l. Imperium, ff. eod. Furcamque esse signum iurisdictionis dicit Alber. in suo diction. in verbo Furca.

18 Et furca debet in loco publico erigi, quod si locus priuatus est op portunus, & necessarius ad hoc, potest loci dominus cogi, vt eum vendat ad furcam erigendam. Ioann. And. in add. ad Specul. in tit. de execut. senten. in rub. Hippol. de Mars. in l. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. num. 27. & per scribent. in l. Item si verberatum, ff. de rei vend. Alex. in l. fin. ff. de pign. act.

19 Suspensus autem furca non potest sine licentia Iudicis deponi, gl. in clem. de pęn. & remiss. quam refert, & sequitur Ioann. de Anan. in c. Fures, colum. j. in fi. de Furtis. Et imago proditoris in loco publico picta, si abolitur, & expungitur ab aliquo, ille punitur. l. si quis id quod, §. 1. & ibi Bart. ff. de iur. omn. iud. Si quis ergo corpus suspensum; vel alio modo damnatum sine Magistratus mandato attrectauerit, vel abstulerit punitur vt Iodoch. refert in prac. crim. cap. 88. num. 8. prout obseruatum fuit in sacratissimo corpore Redemptoris nostri, qui sine licentia Præsidis Pilati non fuit è cruce depositum, vt legitur in Euangelio Ioan. cap. 19.

20 Et furcæ quoque insignium furum pęnam esse infame supplicium habetur in l. Mortis §. Sed enim ff. de pęnis. Bald. in Rubr. de offic. deleg. col. penult. vers. Contra notorium, & in l. Omnes & ibi etiam Io. de Plat. C. de delat. Ang. in Auth. Sed nouo iure in fine C. de ser. fugit. Hoc suspendij genus mortis à Virg. lib. 12. Æneid. informe appellatur.

Multaque per mæstum demens effata laborem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.

In quem locũ Seruius inquit ideò informe genus mortis appellari, quia Pontificalibus libris cautum fuerat, vt qui laqueo vitam amisisset, insepultus iaceret, vt infamem pęnam mortuus sentiret. & pari modo Iurisconf. in l. Liberorum §. Non solent ff. de his qui not. infam. hac pęna affectos tamquam infames lugeri prohibet. Et Leo summus Pontifex in c. Sceleratior de pęnit. dist. 3. phrasim Virgilianam imitatus, dum Iudæ meris mentionem faciens, informis mortis suspendium. Et Liuius lib. 2. Dec. 5. similem mortem Q. Iulij Flacci informem, ac infamem appellat. Plin. vero lib. 2. cap. 25. hanc pęnam præposteram dicit.

21 Furta quędam manifesta sunt, quædam verò nec manifesta l. 2 ff. de furtis, & l. Furti ff. de his, qui not. infam. Fur manifestus teste Vlpiano in l. 3. ff. de fur. & Iustiniano Imp. in §. Furtorum, vers. Manifestus fur. Inst. de obl. quę ex delic. nasc. est quem Græci αὐτόφωρον appellant, hoc est qui deprehenditur in ipso furto, ita vt furtum negare non possit: Græci enim hoc verbo vtuntur ad exprimendum in delicto deprehensum, vt delictum inficiari non possit: vt

apud Di. Ioannem Euangelistam cap. 8. legitur dum loquitur de muliere in adulterio deprehensa. Papinianus autem vocat hos deprehensos in admisso in l. Si dominus ff. de præscr. verb.

22 Prima dubitatio erat, an ad hoc vt quis fur manifestus diceretur, deberet fur ipse deprehendi à domino rei furtiuę, an verò à quouis alio: quæ dubitatio in l. 3. ff. de furt. sic soluitur: Et parui refert à quo deprehendatur, vtrum ab eo, cuius res fuit an ab alio. Quod sanè intelligi debet, vt Accursius interpretatur, siue deprehendens negotium meum gerat, siue etiam me inscio, cum per ratihabitionẽ rem meam gessisse intelligatur, ipso enim gestu res meas gessisse dicendum est, idque in l. Si quis, in fine. ff. eod. tit. Iurisconsultus ita clarius imperpretatur: Paruique referre putat dominus, an vicinus, an quilibet transiens apprehendat.

23 Quęrebatur insuper, an fur manifestus deberet deprehendi dum furabatur, an vero alio in loco: & idẽ Vlpianus in d. l. 3. ff. de furt. ex Iuliani sententia dicit, idem esse si deprehendatur in furto, vel postea dum rem furtiuam perferat prius quam ad locum destinatum peruenerit. Quod Paulus in l. Quò destinauerit. ff de furt. subdit intelligendum. quò destinauerit eo die cum furto manere, & nihil referre an in loco publico, vel priuato fur deprehendatur l. Siue igitur. ff. de eod. tit. Et similiter deprehensus in domo, vbi furatus est, dicitur manifestus. §. Furtorum inst. de obl. quę ex del. nasc. Bart. & Alex. in l. 2. ff. de furt. Bald. in Auth. Quas actiones. C. de sacr. eccle.

24 Et solam etiam acclamationem sufficere, vt quis fur manifestus sit inquit l. Si quis, ff. eod. tit. glos. in d. §. Furtorum. Bar. in l. Si vendidero. §. cũ raptor ff de furt. Doct. in l. Si quis in seruitute. §. 1. ff. de furt. Cyn. in l. Falsus procurator. C. de furtis.

25 Non enim sat est vt visus fuerit furari: sed oportet vt excitato clamore monitus fuerit, vt manifestus fur dicatur. Alb. in l. Fur manifestus, eod. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. Furtum, vers. 1. & in sua pract. crim. quæst 82. super stat 6. vbi tractat de armorum delatione, & singularis est textus in d. §. Furtorum, inst. de oblig. quæ ex del. nascun facit tex. in l. Si quis in seruitute, ff. de furt. Bartol. in l. Si vendidero, §. Cum raptor, ff. eodem tit.

26 Furanti signum, opem, vel consilium præstans manifestus fur censetur, l. Sacrilegij pœnam, §. fin. ff. ad l. Iul. pecul. & facit l. 1. in fine, ff. ad l. Iul. Maiest.

27 Turpissimum semper fuit in furto deprehendi, & ideo legitur apud Plutarchum in lib. Lacon. apophtegm. Cum apud Lacedæmonios impunè furari liceret, dũ tamen fures in ipso furto non deprehenderentur, adolescentulum vulpeculam furto subtractam sub tunica celasse, licet eius latus vsq; ad viscera bestia corrosisset, qui cum postea reprehenderetur: Nõ aliter, inquit, erat faciendum:

mo-

moriendum enim potius erat in doloribus, quàm in manifesto furto deprehendi.

28 Apud Locrenses autem, vt Hieracles, libro de Polit. js testatur, si quis in furto deprehendebatur oculis priuabatur: cumque apud eosdem Zeleuci Principis filius esset ob hoc crimen excecandus, nec id à Locrensibus permitteretur, iussit Zeleucus vnum oculum filio, & alterum sibi erui.

29 Qui promittit latronem inuenire, an debeat illum capere, vel in iudicio sistere tradunt Doct. in l. Si Bursatorem latronem, C. de fideiuss. & in l. 1. ff. de acqu. poss. & vide quę allegat Ber. Alphanus in suis collectaneis, num. 427.

30 Quæ autem furta, nec manifesta sint facilè intelligitur manifestis furtis præcognitis.

31 Nã, vt inquit Arist. 1. Top. c. 11. contrariorum eadẽ est disciplina. Inst. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt, in princ. & inst. de tutel. in princ. quod etiã Caius Iuriscons. ita expressit in l. Nec manifestum, ff. de furt. Nec manifestum furtũ, quid sit apparet, nam quod manifestum non est, hoc scilicet, nec manifestum est. Concordat §. Furtorum, in fine inst. de obl. quæ ex delict. nasc. Plato, quoque lib. 7. de legib. inquit impossibile esse seria sine ridiculis, & omnino sine contrarijs contraria cognoscere, & Gorgiam dixisse oportere aduersariorum seria discutere risu, & risum serijs, testatur Arist. cap. 18. lib. 3. Rhetor. Et Cic. lib. 2. de Orat. dicit, Omnium rerum in contrarias partes cognitionem ex eisdem suppeditari locis, & in Topicis contrariorum negantium eandem esse vim, atque naturam, vt altero posito, vel cognito, alterum statim submoueatur, vel cognoscatur, de qua re tractat etiam Bart. in l. vlt. ff. de leg. 3. l. Etsi contra, §. fin. & ibi gloss. fin. ff. de vulg. & pup. cum ibi allegatis, l. Inter stipulantem, §. Sacram. ff de verborum obl.

32 Omnia autem furta nobis manifesta, & in comperto essent, si apud nos fontes illi extarent, quos Iul. Solinus scribit in Sardinia reperiri, quorum aquis oculis furtum negantis ablutis, si is peierasset, cæcitate furtum detegebatur, si autem verè iurasset, clarius intuebatur, quod etiam Io. Ferrarius refert in ti. Inst. de obl. quæ ex del. nasc.

33 Sed aliud legitur arcanum ad furta detegenda, ac recuperanda. Aetites lapis est veluti prægnans: nam cum quæritur lapillus, in vtero sonat, si quis ergò terit eũ, & subcinericio pane decoctum, & conditum furi offerat, fur mansum deuorare non potest, quin etiam cogitur, aut suffocari, aut fur deprehendi, quippe cùm eum decoctũ glutire nequit. quod ex Dioscoride habetur: cuius quidẽ rei naturalis est causa, quod puluis, qui ex eo conteritur, adeo siccus est, vt siccissimum panem efficiat, & pumicosum, & qui non nisi maximo conatu glutiri possit, cùm in gutture fuerit. Sed oportet vt qui furtum quærit dicat astantibus, qui fures existimantur, rem mirabilem facere ad furtum

tum detegendum, tunc enim ei, qui surripuit timore, & perterrefactione exsiccatur guttur, & sitis inducitur, vnde puluerulatum panem glutire minimè potest.

34 Hæc autem diuisio furti manifesti, & nec manifesti hodie locũ non habet: sed ex furto duæ actiones oriuntur, conditio furtiua, quæ ciuilis est: & actio furti criminalis. Conditio furtiua datur domino, & eius hæredi contra furem, & eius hæredem si ad eum aliquid peruenit, & in hac actione venit res ipsa etiam diligentia, & expensis furis melior effecta, si vero res non extat venit æstimatio rei quanti plurimum fuerit à tempore furti, etiam si res perierit absque culpa furis, cum ille semper dicatur esse in mora, l. In re. §. Si ex causa, ff. de cond. furt.

35 Illud obiter non est omittendum, licet generaliter actio personalis non competat domino ad rẽ suam recuperandam, hoc limitari in fure, contra quem, in eius odiũ, hoc admittitur, vt notat etiam Iaſ. in §. Sic itaque Inst. de act. num. 1. Actio autem furti ad pœnam dupli, vel quadrupli olim dabatur, quæ distinctio nostris temporibus locum non habet, sed agitur, vt fur corporalem pœnã luat: de qua re dicemus in §. vlt. vbi de pœnis Furtorum sermonem instituemus.

36 Quæ autem de furtis manifestis, & nec manifestis diximus faciunt ad perspicuitatem. legis Cõsilij XVirum Reip. Venetæ diei 15. Aprilis 1574. & aliarum legũ latarum in captos in flagranti crimine. Hæc lex Veneta concedit, vltra impunitatem homicidij, etiam quędam beneficia, & emolumenta illis qui capiunt delinquentes in flagranti, & super illius executione crebræ oriuntur difficultates, an scilicet delinquens fuerit deprehensus in flagranti crimine, vel non, ad quas dirimendas, possunt multa circa fures deprehensos in manifesto furto desumi, captus enim in furto, & sic fur manifestus, in flagranti crimine furti est deprehensus. At dum hæc scriberemus hoc anno 1595. ex eodẽ Consilio XVirum alia lex emanauit, per quam multæ controuersiæ in hoc proposito videntur sublatæ, cum in ea expresse dicatur non esse concedenda beneficia pro captis, seu interfectis in flagranti, nisi retentio, seu interfectio delinquentis facta fuerit illico patrato delicto; aut nisi interfector, seu captor delinquentis eundem continuo persecutus fuerit sine vlla intermissione.

37 Cum autem rapina in se furtũ contineat l. 1. ff. vi bon. rapt. l. Si quis ex domo in prin. ff. de furt. Raptor enim omnimodo furtum facit, manifestusque fur existimatur, l. Si vendidero. §. Cum raptor. ff. de furt. Bart. in l. Duob. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. & qui rapit fur improbior dicitur in l. 2. §. Doli mali. ff. vi bon. rapt. & in l. Si cũ exceptione. §. qui vim. ff. quod met. caus. quis enim magis alienã rem inuito domino contrectat, quàm qui rapit? inquit Imp. Inst. de vi bon. rapt. in prin. Plus igitur est rapere quàm furari, Bart. in l. 1. ff. de

1.ff.de effract. Dyn. in §. Sequens Inst.de act. Socin. conf.157. Præsens vol.2.l.si te.C.ex quibus cauf. inf. irrog. Bald. in l. 1. col. 14. C. Qui accus. non poss. Marf. in l.1. nu.46.C.de rapt. virg. & conf.54. num. 3. Diuini numinis præsidio inuocato, & conf.53.num.27.& in l.1. C.de rapt.virg. num.32. Et leges loquentes de furto vendicare sibi locum in rapina Bald. in l. Transigere C. de transact. & in l. Si te C.ex quib.cauf. infam.irrog. in Auth. Sed nouo iure C. de ser. fug. col. penut. & dicit summus Pont.in c. Pœnale. 14.q.5. Non rapinam permisit, qui furtum prohibuit: sed vtique furti nomine in lege veteris testamenti, & rapinam intelligi voluit, raptorque ille sit, qui res alienas vi aufert, ideo de rapinis dicamus.

38 Rapina est rei alienæ per vim iniusta ablatio secundũ D.Thom. 2.2.q.65.art.8. & ad res refertur, raptus ad personam, & quamuis vt plurimum rapina fiat palam,& vi potest tamen etiam sine vi fieri,dum tamen raptores sint parati vim inferre. l.2. §. Dolo autem ff. Vi bon.rapt. Alex.consil.103.col. 3.vol. 1. Et actio bonorum raptorum ad mobilia, & se mouentia pertinet l.1. C.de vi bon. rap. Et competit non solum domino rei raptæ, sed etiam ei cuius interest, l.2. §.In hac actione ff.eod. tit.daturque hæredibus,non autem in hæredes, nec etiam quatenus ad eos peruenit d. l. 2. §. fin. quia est actio,pœnalis glo. in l.si res. C.de vi bon. rap. Violentiarum autem quinque esse genera dicemus in §.9. vbi etiam de raptu erit agendum.

39 Rapinam autem esse publicum delictum habetur in l. 1. ff. de vi pub. & tradit Bart. in l. si quis ex domo. ff.de furt. Imola in rubr.ff. eod.Cyn.in rubr.C.vi bon.rapt.& ibi Salic. Bart. in l.fin. ff. de priu. del. Contra autem rapinam esse crimen priuatũ facit, l. Infamem. ff.de pub.iud.& d. l. Si quis ex domo, & ibi Bart. in vtramque legem.

40 Qui rem sibi obligatam rapuit hac actione tenetur l.2. §.Doli mali ff. vi bon. rapt. l. Res obligatas. C. eod.

41 Item qui scindit, frangitue vi adhibita,vel eo animo,vt si prohibeatur vim adhibeat l.4. §. Solum ff.de incend. ruin. & naufr.

42 Si cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum fuit siue cuius bona rapta fuerunt, in eum, qui id fecisse dicetur, de vi bonorum raptorum intra annum in quadruplum, post annum in simplum iudicium datur, l. 2. in prin. ff. vi bo. rapt. l. Res obligatas, & l. De ijs. C. eod.

43 Cum autem in quadruplo insit rei persecutio.Inst. eod.§.Quadruplum,& glo.in l.2.ff.eod.sequitur vt magis fur manifestus puniatur quam raptor: fur enim manifestus, si ciuiliter agatur,ad quadruplum tenetur, vltra rei persecutionem,§.fin.inst.de obl. quæ ex del. nascun. Quod absurdum videtur: cum enim rapina maius delictum sit, quam furtum, vt supra comprobauimus, maiori etiam pœna videbatur raptor plectendus. Tamen

men id prudenter fuisse sancitum credendum est, aut quia raptor vti palam delinquens minus sit infestus, & rarius noceat, quàm fur; aut quia facilius deuitari possit: aut quia apertissimis periculis se exponat, dum enim aliena vi rapere tentat, aut in delicto iure necatur, aut deprehensus in crimine promeritas pœnas luit: aut, quia legumlatores maiori odio prosecuti sunt illos, qui fraude, quàm qui vi deliquerint, iuxta illud Ciceronis lib. 1 officiorum, vbi appositè inquit; Vi, aut fraude fit iniuria, fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtrunque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore. Nicolaus autem de Neapoli in §. Ex maleficijs, Inst. de act. negabat raptorem leuius puniri, quàm furem manifestum, cũ raptor possit etiam conueniri de furto manifesto, & hoc ex Papiniani sententia dicentis in l. Si vẽdidero, §. Cum raptor, ff. de fur. cum raptor omnimodo furtum facit, manifestus fur existimandus est. Idque intelligi debet dum raptor in rapina deprehenditur, vt Accurs. in easdem leges interpretatur, vel quia ille, qui tenetur actione vi bonorum raptorum tenetur etiam de violentia, & sic potest accusari per l. Iuliam de vi publica, vel de vi priuata, de qua re aliqua etiam dixit Iaf. d. versi. Seu, §. Ex maleficijs, num. 18.

44 Verum cum huiusmodi pœnæ quadrupli, & similes non sint in vsu, vt supra diximus, super hoc non est immorandum. Ciuiliter enim si agatur raptor tenetur ad restitutionem rei raptæ, & ad damna, expensas, & interesse, & non solum ad fructus perceptos, sed etiam ad eos, quos dominus percipere potuisset, l. 4. C. vnde vi. Si autem criminaliter agatur de vi publ. vel priuata tenetur, vt in huiusmodi, ti. ff. & C. & no. Bar. in l. 2. §. 1. ff. de vi publ.

45 Contra raptorem licet de facto resistere, & cum moderamine inculpatæ tutelæ res suas defendere, l. 1. C. vnde vi, & ibi Bar. & Sal.

46 Et raptor bonorum Ecclesiæ Iudæ filius appellatur, & quomodo puniatur c. si forte 17. q. 4. & ibi not.

47 Latro autem ille est, qui violenter furatur, l. Capitalium, §. Famosos. ff. de pœn. Alex. de Imol. cons. 91. vol. 4. inst. de act. §. Ex malefic js, num. 6. Hor. lib. 1. Epistolarum:

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.

Et idem Poeta, Sat. 3. lib. 1. serm.

——Non vereor cum dicas esse pares res.

Furta latrocinijs, & magnis parua, &c.

Et Cicero in 1. Philip. in eandem sententiam. Erat enim viuendum latronum ritu, vt tantum haberet, quantum rapere potuisset: & latrones dicti sunt viarum obsessores quod à latere ad oriantur.

48 Latrones etiam dicti sunt illi, qui circa latus Principis versantur, vt illum defendant, qui ad grauiora pericula mittebantur, vt Liuius lib. 4. decad. 3. affirmat. & Alex. ab Alexandro cap. 22. lib. 6. gen.

gen. dierum confirmat, à latere ipso, quasi laterones, vt Varroni placet: quos etiam Lateranos, Satellites, ac Stipatores vocamus, vnde apud Plautum in Milite legimus.

——Latronibus denumerem stipendium,
Nam Rex Seleucus me opere orauit maxumo,
Vt sibi latrones congererem, & conscriberem.

Eodemque in loco idem Poeta inquit:

Nam ego hodie ad Seleucum misi parasitum meum,
Vt latrones, quos conduxi hinc ad Seleucum duceret,
Qui eius regiam tutarentur.

Et hinc latrocinari veteres dixerunt pro eo quod est stipendio militare, & latrocinium militiam ipsam Plaut. Latrocinatus annos decem mercedem accipio. Idem alibi: Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti. Et Ennius: Fortunasque quas cœperunt latrones inter se memorare.

49 Pro venatore quoque interdum vsurpatur, vt apud Virgilium, dum Turnum vindictam affectantem leoni à venatore vulnerato æquiparat lib. 12 Æneidos.

——Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo; gaudet que comantes
Excutiens ceruice toros: fixumque latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.

50 Latrunculum à latrone deriuarunt Grammatici, & est ille qui parua abripit, Cicero in Oratione de Prouincijs consularibus.
Res in Sardinia cum Mastrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta est.

51 Latrunculi, seu latrones dicuntur etiam lapilli, seu scrupl illi, quibus ludimus gemina acie vtrinque directi, in quibus duo sunt Reges, inuicem contendentes, duæ Reginæ, quattuor Equites, quattuor Satellites, quattuor Centuriones, & sexdecim Pedites, de quibus ait Martialis.
Insidiosorum si ludis bella latronum.
Et Seneca inquit.
Latrunculis ludimus:
quem quidem ludum scachiorum (vt vulgò appellant) esse de iure licitum, illoque clericos etiam impunè ludere posse, tradit Iul. Clar. in §. Ludus vers. Hæc autem conclusio & vers. Quæro nunquid clerici, lib. 5. sentent. & de ludo aliqua dicemus infra §. 10. numero 61. & seq.

52 Latrunculator autem ille est, quem vulgò Iudicem Maleficiorum dicimus, de quo Vlpianus in l. Solemus. ff. de iud. inquit. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non potest. Et sic dictus fuit, quia de latrocinijs, & maleficijs cognoscit.

53 Pari modo vasallus dum proficiscitur ad seruitia Domini sui, si in itinere in latrones incidit, qui eum spolient, à Domino non repetit damnum quod passus est. Bald. in cap. 1. in fin. vers. Extra quæro. An agn. vel fil. in vsib. feud.

54 An Princeps teneatur resarcire Legati sui damnum in itinere à latronibus spoliati, tradit Bart. in l. Si seruus. §. Quod vero. ff. de furt. & in l. Inter causas §. Non omnia ff. mand. vbi Doct. distinguunt dicētes Principem, & vniuersitatem non teneri quādo Legatus procurauit, & postulauit ipsam legationem, secus autem esse si non procurans fuit missus. Specul. in tit. de Iudicijs §. speciali vers. Illud autem Ioan. de Pra. in l. Procurator §. Procurator vt in cæteris ff. de procur. Bald. in Marg. Ciuitas, vers. 4. & seq. & idem Bald. in c. 1. An agn. vel fil. in vsib. feud. Doct. in l. cum pro causa de Procur. Franc. Aret. in l. Si pater §. In arrogato ff. de vulg. & pupill Fel. in c. fin. de testib. col. 2. & Lauden. in tract. de Princip. tit. de legatis concl. 6.

55 Grassatores sunt latronum cognati, inquit enim l. Capitalium. §. Grassatores. ff. de pœnis. Grassatores, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur; & si ferro aggredi, & spoliare instituerunt, capite plectuntur vtique si sæpius, atque in itineribus hoc admiserunt: cæteri in metallum dantur, vel in insulas relegantur. Rixam autem differre à grassatura dicitur in l. Aut facta. ff. de pœn. hoc modo. Qualitate, cùm factum vel atrocius, vel leuius est: vt furta manifesta à non manifestis discerni solent: rixæ à grassaturis: expilationes à furtis, à violentia petulantia.

56 Grassari autem dicuntur illi, qui ex insidijs viatores impetu gradiendi adoriuntur. d. §. Grassatores: est enim grassor verbum frequentatiuum a gradior deriuatum, vt progressionem, siue incursum exprimat, & hinc est quod interdum etiam grassari in bonā partem dicitur. Salust. in Iugur. Sed dux, atque Imperator vitæ mortalium animus est, qui vbique ad gloriam virtutis via grassatur, abundè potens, pollensque, & clarus. Et apud Liuium lib 3. ab vrb. cond. legitur: Se iure grassari, non vi; idest, iure procedere. Plerunque tamen in malam partem sumitur pro adoriri aliquem vi; & propriè grassatores illi sunt, qui armati vrbis vicos obsidentes, atque in peregrinos vi gradientes aut pecunia, aut vestibus spoliant: de quibus sic loquitur Iuuenalis Sat. 3.

Interdum, & ferro subitus grassator agit rem, &c.

& in l. Capitalium. §. vlt. ff. de pœn. legitur. Famosos latrones in ijs locis, vbi grassati sunt furca figendos compluribus placuit.

Et in hanc sententiam etiam videtur text. in d. l. Aut facta. §. fin. ff. de pœn. vbi sic legitur. Nonnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur: quoties nimirum multis personis grassantibus exemplo opus sit. Item illi, qui dum aliena negocia gerunt, sensim sub aliquo colore res alienas surripiunt grassari dicuntur. l. 3 ff. de suspect. tut. Inst. eod. tit. § Nouissimè autē. De istis grassatoribus loquitur etiam

Budæus

Budæus in secunda parte annotationum in Pandectas.

57 Qui aggressores viarum occidunt ab homicidio excusantur l. 1.C.quando lic.vnic. fine iud. se vend. Hippol. de Mars. in l.1. nu. 18. ff. de sicar. Paris de Puteo in tract. Sindic.in vers. Latro nu.23. Cæpolla cons 41. num.1.l. Deuotum. C. de metatis lib. 12. & ibi glo.in verbo Concessum. Id tamẽ verum esse si resistunt, alioquin esse capiendos,& ad magistratum ducendos inquit Bonif. de Vitall. tit.de malef.sub rub.Quis alium possit offend. Ang.cons. 14. Nos Carolus. Alex.in l.1.§.1.ff. De eo per quem factum erit. Io. Andreas in c.penult.de cler.non resid. Thomas Grãmaticus,consil.59.Mars. in l. Furem in princ. ff. de sicar. Corn. consil.27. vol 4. Fel. in c.2. de homic. Ang. de malef. in verbo, Et vestem cælestem.

58 Piratæ sunt marini prædones, & latronibus æquiparãtur l.Postliminium. §. à piratis. ff. de capt. & postl.reuer.l.In rebus.ff.commod. cum & ipsi ex insidijs, illos, qui mari iter faciunt, aggrediantur; pessimum genus hominum Auth. Nauigia C.de furt.& d.§.à piratis, & Alu.in c.1.§.Nauigia de statut. & consuet.contra lib.eccl.in vsib. feud.Qui à Cic.lib.3.de offic.communes omnium hostes appellantur. Isti suspenduntur versus eum locum,vbi delinquerunt Auth.Sed nouo iure. C.de ser.fug. Bald.in c.1.§.Iniuria,vers.seu furtum,de pace iur.firm.& allegat l. Capitalium.§.Famosos. ff. de pœn. Petr. Lusitan.in tract. de spo. mercatorum in 4. parte num.54. vbi dicit pyratas esse nequiores latronibus.

59 Piratas quoque impunè occidi posse constat Auth.Nauigia. C.de furt.d.l.Postliminium. §. A pyratis.ff.de capt.& postl.reuer. l.3. in fine. ff.de sicar. l. Proditores. ff.de re mil. Bald. in l.1.in fine. C.Qui bon. ced. pos. Ias. in l. Iuste possidet.ff.de acquir.possess. Ang. consil.290. Thema est tale.Cæpolla in Auth. sed nouo iure. C. de ser. fugit.

60 An vero capti à piratis liberi remaneant,vel serui fiant ita vt in eis fictio iuris postliminij, vel legis Corneliæ locum habeat tradit Dec.cons.575.num.11. vbi tenet illos non amittere libertatem,nec illis ius postliminij prodesse:quod est intelligendum de illis qui à piratis captiui ad Turcas non abducuntur: in illis autem qui ad Turcas abducuntur cõtrarium est verum; quia cum Resp.Christiana in locum pop. Romani successerit, iccirco Turcæ perpetui nostri hostes censentur,quamuis illis nõ sit indictum bellum. Bart.in l.Hostes num.8 ff.de capt. & postl. reuer. Ang. in l. Obsides. ff. de testam.Alex.cons.130.num.3.lib 7. Alc.in l.Hostes ff.de verb.sign.

61 Et quemadmodum capti à latronibus si ad hostes ducantur illorum serui efficiuntur, in illisq; ius postliminij locum habet, l.Latrones.ff.de capt.& postl. reuer. l. Mulier ff.eod.Sic de captis à piratis est dicẽdum, cum, vt diximus, pares esse censeantur. Sat enim est ad libertatem amittendam,vt aliquis ex nostris in potestatem hostium

ftium deuenerit, & ibidē inuitus detineatur, l. Eos in prin. & l. bona in prin ff. eod. l. pen. in fine. C. eod.

62 Et hinc sequitur, vt nostri, qui liberi penes Turcas morātur mercaturę gratia, vel alia causa, si cum apertum bellum exercetur detinentur serui fiant, & in illis etiam postliminium habeat locum, textus est in l. In bello in princ. ff. eod.

63 Qui autem in bello ciuili capiuntur, non efficiuntur serui, & ideo in illis ius postliminij non est necessarium, l. Si quis ingenuam. §. fin. ff. eod. de capt. & postl. reuer.

64 Piratas autem esse hostes fidei, & Principis, & ipso iure diffidatos tradit Bald. in Auth. Nauigia. C. de furt. & ideo posse impunè spoliari Iaf. in §. Rursus num. 46. & seq. Inst. de act. & in consf. 170. vol. 2. col. 2. & idem Bald. in l. 1. C. Qui bon. ced. poss. in fine inquit, Piratas militare instar catulorum in siluis, nauigantium securitatem impedire, hostesque publicos, & infames esse, & militiam exercere non posse: & Io. Andr. ac Abb. in c. Excommunicationi num. 3. de rapt. scribunt Piratas ter in anno solemniter à Pōtifice proprio ore excommunicari. Quibus quidem piratis etiam benefacere periculosum esse nos admonet notabile exemplum relatum à Beneuen. Straccha in tract. de nautis part. 3. nu. 25. Cum, inquit, nauta secundo vento naui mercibus onusta ad quandam insulam nauigaret, piraticamque nauem vidisset, quę in vada inciderat, ex quibus emergere non poterat, rogatus à pirata vt sibi opem feret, omissa nauigatione, nauta, humanitate motus, scapham suæ nauis hominibus plenam transmittit, exonerant armamenta, attollunt nauem à vadisq; liberant: quo facto pirata, retenta scapha, cum hominibus, qui sibi opem tulerunt, nauem exarmatam aggreditur, & facile superat, mercesque deprædatur.

65 Hoc loco tanquam parergon libuit addere, quid sibi Plautus voluerit quum dixit: Rape, clepe, harpaga.

Rapere quid sit, in comperto est. Verbum autem clepe à clepo verbo antiquo descendit, quod furati significat à κλέπω verbo Grę co, ex quo clepsi, & clepserit; vt ex rapio descendit rapsi, & rapserit, vt apud antiquos non semel legitur. & in XII. tabulis scriptum erat: Sacrum, sacroue commendatum qui clepserit, rapseritque parricida esto. Et apud Ciceronem lib. 4. de Rep. ex Nonio legitur.

Non modo vt Spartę rapere vbi pueri, & clepere discunt.

Inde cleptum, quod furatum exprimit, Liuius dixit: Si qui clepsit, ne populo scelus esto, ne ue cui cleptum erit. Harpago similiter idem est quod rapio, & est vox plane græca. Plaut. in Aul.

Heu misero mihi, aurum mihi intus harpagatum est.

Inde Harpagonis nomen descendit, quod est aduncum instrumentum, quo aliquid rapitur, vel extrahitur, vt est illud quo vuæ ex vitibus extrahuntur, quod non impropriè in statuto Taruisino lib. 3. tract. 5. rubr. 33. fura appellatur,

latur, & vt sunt furum manus. Ab isto harpagone Harpyę dictę sũt, quia rapaces, & aduncas manus habent, vnde apud Virg. lib. 3. Æneid.

Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla
Pestis, & ira Deum stygijs sese extulit vndis,
Virginei volucrum vultus: fœdissima ventris
Ingluuies, vncæque manus, & pallida semper
Ora fame.

Huc spectat illud Pythagoricum præceptum: Animalia curuunguia, vt Valeriani verbo vtar, non esse nutrienda: hoc est rapacitatem e ciuitate esse summouẽdam. Sic à manuum forma per chirargicos, qui manus contractas habent, nec illas vnquam dilatant, auari significantur, in quos lusit Martialis, dum ad Flaccum lib. 1. sic scripsit:

Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat:
Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.

Et Aquila quæ Iouis armiger appellatur, quia rapinam exercet dicitur habere vncos pedes. Virg. Æn. 5.

——quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.

66 Nunc quid furtum oblatum, & quid conceptum esset videamus. A. Gellius cap. 18. lib. 11. Noct. Attic. huius furti mentionem facit, & illius pœnam tripli esse dicit, & de hoc crimine, ac de alijs ad hanc materiam pertinentibus inquit Massurium Sabinum scripsisse in libro de furtis, qui quidẽ liber postea temporum iniuria perijt. Floruit Sabinus Eques Romanus, ac celebris Iurisconsultus tempore Tiberij Imperatoris, cuius auctoritas in libris Digestorũ multis in locis viget, à quo Imp. Sabinus primus fuit qui respondendi ius obtinuit, & proinde primus, qui ex Principis authoritate de iure respondit: ante Cæsares enim hanc respondendi authoritatem non Principum gratia, sed summa probitate, & excellenti doctrina homines sibi vindicabant, Hunc Sabinum Plinius nepos ep. 4. tamquam supremarum voluntatum religiosum defensorem commendat. Sed lib. 2. sententiarum scriptum reliquisse; Cõcepti actione teneri eum, apud quem furtum quæsitum, & inuentum est. Oblati autem eum, qui rem furtiuam alij obtulit, ne apud se inueniretur. Has autem actiones concepti, & oblati furti in desuetudinem abijsse testatur Iustinianus in §. Conceptum, vers. Sed hæ actiones, Inst. de oblig. quæ ex delic. nasc. cum hodie adhibitis testibus perquisitiones furtorum à Lictoribus per lancem, & licium non fiant. Sed cum à Iustiniano Imp. postea concepti, & oblati furti natura clarè expressa fuerit, non grauabor ipsius verba apponere, pro huiusce rei exacta intelligentia: sic ergo inquit in dicto §. Conceptum.

Conceptum furtum dicitur cũ apud quem testibus præsentibus furtiua res quæsita, & inuenta

 sit:

fit: nam in eum propria actio constituta est, quamuis fur non sit, quæ appellatur Concepti Oblatum furtum dicitur cum res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit: vtique si ea mēte tibi data fuerit, vt apud te potius, quam apud eum, qui dedit conciperetur: nam tibi, apud quem concepta sit, propria aduersus eum, qui obtulit, quamuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur Oblati.

67 Pari modo in desuetudinem abijsse actiones Prohibiti, & Non exhibiti furti idem Imp. eodem in loco affirmat. Dabatur autem Prohibiti furti actio contra prohibentem coram testibus furtum quærere: & Non exhibiti furti actio contra nō exhibentem rem furtiuam penes se quæsitam, & inuentam. Nostris vero temporibus scienter rem furtiuam suscipiens, & illam celans, tenetur actione furti. De quibus furtorum receptatoribus dicemus infra in § 3.

68 Furta, quæ per lancem, liciumque concepta erant, sicut manifesta vindicato, inquit lex XII. Tabul. Hæc autem furta per lancem, & licium, vt Pomponius auctor est ita concipiebantur: Fures licio, seu filo cincti lancem cum duobus foraminibus ante faciem gestabant, vt tamquàm personati, & laruati mulieres terrerent, & ita commodius furarentur, & vt res alienas surriperent, & aufugerent, absq; eo quod cognosci possent, cum eorum faciem lance occultarent. Lāces autem vasa escaria fuisse constat In l. Qui lancem, & in l. Vestis. ff. de aur. & argen. leg. l. Si in rem. ff. de rei vendicat. Siue potius licio cingerentur, vt se iure publico, & tamquàm Magistratibus obtemperantes, non propria auctoritate ingrederētur. Nam vt Tullius Tiro Ciceronis libertus auctor est, & Alciatus c. 8. lib. 5. Parerg. confirmat, Apparitores licio transuerso, vt Ministri publici cognoscerentur, se cingebāt, à quo lictores dicti sunt, vt etiam A. Gellio cap. 3. lib. 12. Noct. Attic. placuit: ij autem suo iure ad furta perquirenda in alienas ædes ingrediebantur, lancesque ferebant, vt aliquando oculis obijcerent, ne qua ex parte mulieres intueri possent: hincque per lancem, & licium rem aliquam perquirere dictum fuit. Quod etiam Cælio nostro Rhodigino placuit sic enim apud eum legitur cap. 6. libr. 10. antiquarum lectionū. Erant vero furta, quæ per lancem, liciumque concipi dicebantur, puto quia, qui in alienam domum expilandi proposito ingrederetur, sicuti qui Magistratibus præministrabant, lictores, licio præcingebantur, lancemque ante oculos obtendebat propter Matrumfamilias, aut virginum præsentiā. Huius generis etiam furti Alex. ab Alexandro c. 10. lib. 6. genial. dierum mentionem facit. M. Tatius Alpinus autem aliter de hoc genere furti sentit: dicitque fuisse furtum sacrilegio proximū rerum scilicet collectarum ad sacrificiorum vsum. Ministri autem sacrorum licio succinti lancem

gesta-

gestabant in quam collectas pecunias reponebant, quas cum postea ipsi surriperent, hæc per lancem, & licium furta concepta dici. Alpinus affirmat.

69 His furtis eorum similitudine ea coniungenda videntur, quæ à circulatoribus committebantur, dum ipsi serpentibus homines perterrefacientes illorum bona surripiebant, de quibus ita Paulus inquit in l. fin. ff. de extr. crimin. In circulatores, qui serpentes circumferunt, & proponunt si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur.

70 Non dissimile est eorum delictum, qui panno rubro fugant armentum, qui furti actione tenentur l. in furti. § Cum eo. ff de furt. §. Interdum Inst. de oblig. quæ ex delic. nasc. hac malitia vtuntur abigei in montibus Piræneis, qui panno rubro fugant bubalos ad nemora, ex quibus postea ipsos abigunt. Et quomodo in hac re agatur tradit Specul. de iniur. & damn. dat. § sequitur, vers. Quandoque vero. Tauri enim colore rubro, quemadmodum albo Elephanti maxime efferantur. de qua re tractat etiam Rhodiginus in cap. 10. lib. 1. antiq. lect.

71 Huic delicto proximum est crimen concussionis. Est autem concussio vehemens animi commotio ob aliquem imminentem timorem. Cum ergo aliquis iustitiæ minister per metum à subdito aliquid extorquet; aut iustitiam non exercet, nisi pecunia recepta, vel vltra modum arripit, aut aliquem accusat, aut ab accusatione desistit propter pecuniam, in hoc concussionis crimen incidit l. 1. & 2. ff. de concuss. l. 4. C. ad l. Iul. repet.

72 Tergiuersator vero ille est, qui in vniuersum ab accusatione recedit, vt not. in l. 1. in prin. ff. ad S.C. Turpil. de quo plura diximus in libro nostro de nutibus in tergiuersationis gestu. In hoc crimen Demosthenem interdum incidisse legimus, nam cum Athenis in concione Milesiorum legatis nescio quid petentibus contradixisset, ab illis pecuniam accepisse ne quid postridie contra eos diceret, & sequenti die in forum prodijsse collum ac ceruicem lana inuolutum affirmasseque se synachen, id est anginam, pati. ideoque non posse contra Milesios loqui: tuncque vnum exclamasse, non synanchen, sed argyranchen pati, hoc est non gutturis, sed argenti morbo laborare: quod postea ingenuè Demosthenes fassus est, cum enim interrogasset Aristodemum histrionem quantum mercedis vt fabulam ageret accepisset, & talentum respondisset: at ego (inquit Demosthenes) plus, vt tacerem accepi.

73 Præuaricator autem dicitur ille, qui prodita causa, aduersam partem dolo malo adiuuat aliquē accusans, vel simulatas probationes adducens, & veras de industria prætermittens l. 1. ff. de præuaricat. l. Præuaricatores. ff. de verb. signifi. & l. 1. §. Calumniari. ff ad S.C. Turpil. Aduocatus quē quamuis simili nequitia clientis

sui causam prodat, non proprie dicitur præuaricator: punitur tamen extra ordinem d. l. prima vers. Is autem. ff. de præuar. Castigantur quoque præuaricatores extraordinariè l. 2. ff. eod. tit. Et si accusatus per hanc præuaricationem absoluitur, præuaricator punitur ea pœna, qua accusatus condemnatus fuisset, si de crimine fuisset conuictus. Ille autem qui accusatorem suum corrumpit, vt præuaricetur, habetur pro conuicto de crimine l. fin. ff. de præuar. Nisi capitis pœna immineret, eo enim casu vitam ei redimere licet d. l. fin. & l. Transigere C. de transact. De istis præuaricatoribus loquitur Iodoc. in pract. crimin. tit. de crim. læsæ maiest. c. 61. nu 37. Laurentius Valla cap. 1. lib. 6. elegantiarum, & copiose Menochius de arbitr. iud. lib. 2. cas. 323. & Farinac. in pract. crim. tit. de Inquisitione quæst. 4. nume. 14. vbi tria genera præuaricatorum enumerat, ad quos lectorem remitto.

74 Non absimile est crimen calumniæ, in quod incidit ille qui falsa crimina proponit, l. 1 § 1. ff. ad S. C. Turpill. c. Notandum 2. q. 3. Non tamen omnis qui nō probat intentionem suam calumniator est; sed qui sciens dolo malo falsum crimen in aliquem proponit l. 1. §. Non vtique ff. ad S. C. Turpil. c. 2. de calumn. Afflict. in cap 1. num 21. in fine. Ex quibus caus. feud. amit. Menoch. de arbitr. iud. plures enumerat causas, ob quas quis a calumnia excusatur. Pœnam autem calumniantium per legem Remmiam talionis fuisse constat: hodie vero esse arbitrariā affirmat idem Menochius de arb. iud. lib. 2. cas. 322. nume. 2. & 3. cum pœna talionis in desuetudinem abierit, vt inquit Iustinianus in §. pœna Inst. de iniurijs. Huius autem criminis reus est ille, qui vt calumniæ causa, negocium alicui faciat, vel non faciat, pecuniam, vel aliud emolumentum accipit l. 1. 2. & 3. ff. de calumn. quæ pœna intra annum est quadrupli, & post annum simpli l. 1. ff. eod. tit. Non tamen ob id transactio bona fide facta rescinditur, sed huiusmodi nequissimis calūnijs prouidetur: non enim transactionibus esse interdictum, sed sordidis concussionibus inquit l. 1. §. Sed & constitutio. ff. de calumn. Nemini ergo licet pecuniam, vel aliud turpe lucrum Iudici, vel aduersario dare, vt litem obtineat, dicto §. Sed & constitutio: & qui dat repetere non potest: sed ille, cui negocium erat faciendum habet repetitionem: inquit enim l. Generaliter. ff. de calumn. Quare si quis à te pecuniam acceperit, vt mihi negocium faceret, & à me ne mihi faceret, mihi duobus iudicijs tenebitur. De prædictis criminibus tractat Paul. Ghirland. in tit. de calumniat. & Menoch. de arbitr. iudic. lib 2. cas 322 & 323. agit de calumniatoribus, & eorum pœnis, & de illis etiam agit Io. Segura in suo Directorio iudicum parte 2. cap. 2. & Clc. de diuinat. inquit: Nulla salus Reip. maior est, quàm eos, qui alterum accusant non minus de laude, de honore, de fama sua: quàm illos qui accusantur

tur de capite, ac fortunis pertimescere.

75 Fures balnearij non sunt omittendi, de quibus habetur in l. 1. & toto tit. ff. de furibus balnearijs, vbi seuerè puniuntur, quia publicè interest ne huiusmodi furta fiant, cum facilè fieri possint: qui enim ad balneum accedunt vestes suas necessariò deponunt, & ideo illis facilè surripi possunt. & in l. fin. ff. eod. tit. habetur, Militem in furto balneario deprehensum ignominia notatum à militia esse dimittendum. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 296. nume. 4. reprehendit Alciatum, quia libr. 2. parerg. iuris cap. 38. scriptum reliquerit hos fures balnearios grauiori pęna puniri, quia ad tempus in opus publicum damnantur; cũ cęteris quoque furibus dicat hanc pœnam esse communem: aitque Menoch. ad rem nõ facere locum Aristotelis in problem. sect. 29. probl. 14 relatum ab Alciato, & ab Hotomano in Commentar. js verborum iuris, in verbo Balnearij, cum iuxta Græcorum leges loquatur, vt Petr. de Apono in suis Commentarijs ad dictum problema scripsit. Aristoteles, loco citato, inquit hos fures balnearios capite plectendos esse, rationesque affert quamplurimas cur grauius, quàm cæteri fures puniantur: sanè cum furem insignem dicere volumus balneariũ dicere consueuimus, vt ille apud Catullum.

—O furum optimè balneariorum.

76 Saccularij autem fures illi dicuntur, qui vetitas in sacculis artes exercentes partem subducunt, partem subtrahunt. à Iac. Spiegello isti dicuntur esse præstigiatores quidam, qui saccis, hoc est quibusdam loculis, quasdam artes exercent, aliud agentes, & aliud agere simulantes: & inter fures iure merito connumerantur à Iuriscõsulto in l. 1. ff. de effr. & expil. postquam enim de expilatoribus ibi dixit, subdit Iurisconsultus, simili modo, & saccularios, & directarios esse puniendos: de quibus aliquid dicere volebat Cæpoll. in Auth. Sed nouo iure. C. de ser. fug. nume. 102. Vide Ioannem Bapt. Seuer. in l. Cunctos populos C. de summa trin. & fid. cat. pag. 10.

77 Directarij autem erant illi, qui in aliena cenacula se dirigebant, vt furarentur, qui plusquam fures puniebantur, vt habetur in l. Saccularij in princ. ff de extr. crimin. & ibi Budæus, Petr. Crinitus libr. 17. de honest discipl. c. 8. & Paul. lib 5. senten. cap. 4. inquit: Quoties qui pulsatur, vel cuius domus introitur ab ijs, qui vulgo directarij appellantur, quem locum Cuiatius notauit. Auctor autem in Commentarijs verb. iuris hos derectarios appellat: quod non placet Menoch. qui de illis agit lib. 2. de arbitr iud. casu 299. num. 7. facit ad propositum l. Qui ea mente. ff. de furt. & notata per Boer. in addit. ad Dyn. in c. Nemo potest ad impossibile obligari de reg. iur. in 6. & quæ dicemus de furto attẽtato, & nõ consumato infra §. 3.

78 Isti suppositores ab Hippol. de Marf. in suo sing. 328. Iuntatores appellantur, qui gemmas falsas



tamquàm preciosas vẽdunt. quos inquit acrius quàm fures esse puniendos, & citat d.l. Saccularij, & Io. Baptistam de Sancto Seuerino hoc sentiẽtem in repet. l. Cunctos populos C. de summa trin. & fid. cath. sed text. est expressus in l. Cũ æs. ff. de furtis, & not. Nouell. in sua pract. crim. tit. de furto nu. 29. Melius tamẽ hos legali verbo Impostores appellamus, quos pœna criminis stellionatus puniri dicit l. 3. ff. de crim. stell. de quibus loquitur Iul. Clar. in sua pract. crim. quæst. 83. & ibi vers. Si quis imposturam recenset anno 1558. ex Decreto Senatus Mediolani quosdam impostores, qui torquibus, adulterinis viatores decipiebant, ab illo Ducatu fustibus cęsos fuisse eiectos. Et ibi etiam inquit Petrum Nigrum Venetum, qui sexum, & manus debilitatem erat mentitus fuisse anno 1551. fustigatum, & eiectum sub pœna triremium. Vide Beneuen. Straccham in tract. de decoctoribus part. 7. nume. 19. & seq. Non dissimile videtur fuisse crimen Pyrhij Argentarij, qui cum Syracusis Caium Cannium in hortis suis ad cęnam inuitasset, illosque ob multitudinem piscium, ac piscatorum preciosiores ostentasset maiori precio hortos ipsos Cannio vendidit quàm iustum erat: vt inquit Cic. lib. 3. off. à quo hæc versutia tanquàm dolosa detestatur non enim licet aliud agere, & aliud simulare.

79 Pessimum quoque est genus furti eorum, qui mercaturã exercentes de repente cessant, & cum aliena iactura latitant, dicentes, se sine aliqua sua culpa decoxisse. Isti ergo decoctores, ac fortunarum, non solum suarum, sed alienarum etiam conturbatores appellantur. in l. Quidam pro se fundum ff. de in rem verso: & in l. Quicunque. §. Idem Labeo ait. ff. de Instit. act. & conturbare significat decoquere. Cic. pro Plancio: Verùm fac me debere multis, & in ijs Plancio, vtrum igitur me conturbare oportet. Et Mart. lib. 4. Epigr. 9.

Grandis in athereo licet auctio fiat Olympo,
Cnganturque Dei vendere quicquid habent
Conturbabit Atlas.

Isti conturbatores ergò tamquam publici fures acriter puniẽdi sunt, si alienam pecuniam fraudulenter detinent, ac celant: sed si nullus intercessit dolus, & re vera aliquo infortunio mole debitorum oppressi effecti sunt non soluendo, ad pecuniæ restitutionem tantummodo ciuiliter cogi debent: nec etiam tormentis subijci l. fin. C. Qui bon. ced. poss. Nam & spoliatum bonis suis belli causa à creditoribus in solidum, conueniri non posse inquit Stracchade decoctoribus part. 4. numer. 5. Io. Faber. & Io. de Plat. in §. Eum quoque inst. de act. quod ab Hippol. de Marsil. confirmatur sing. 241. Non debet addi afflictio afflicto, &c.

80 Cumque hæc bonorum decoctio, & diminutio, & dolo, & infortunio succedere possit, vt etiam colligitur ex Ciceronis Philipp. 2. & tradit Abb. in cap. Ex parte de const.

const. l. Titio centum. §. Titio genero in fine. ff. de condit. & demonstr. l. Si ab arbitro ff. Qui satisd. cog. l. Cum proponas. C. de naut. fœn. l. In reb. ff. cõmod. Marſ. ſing. 224. Filius. Iudex diligenter inquirere debet an iſta ceſſatione fortunæ vitio decoxerit, an vero foro dolo malo ceſſerit, vt Iuriſconſulti verbis vtar in l. Si hominem. § Quoties. ff. depoſiti, & in l. Si debitor foro ceſſerit. ff. de curat. bon. dan. & Iuuenalis ait.

Cedere nanque foro iam non eſt deterius, quàm
Exquilias à ferventi migrare ſuburra

& alibi ab eodem Poeta decoctores dicuntur vertere ſolum:

Qui vertere ſolum Baias, & ad oſtia currunt,

de quibus loquitur etiam Budęus in l. Aut facta. ff. de pœnis.

81 Iſti obærati, qui luce latitant, & prodeunt veſpere, veſpertiliones congruenti vocabulo appellantur ab Vlpiano. ff. de euiction. l. Si ita quis ſtipulanti ſpondeat, ſanum eſſe, furem non eſſe, veſpertilionem non eſſe, &c. Ouid. 4. Metamorf.

——Lucemque peroſæ
Nocte volant, ſeroque tenent à veſpere nomen.

Ideo in hyerogliphicis Pierij Valeriani Veſpertilionem luci fugã exprimere legimus. Et huc ſpectat Alciati emblema 61. & Æſopi apologus, de Veſpertilione, Rubo, & Smergo, vbi dicitur, veſpertilionem creditores timentem interdiu non apparere, ſed noctu ad pabulum exire. Quamuis forſan etiam ad corporis vitium hæc veſpertilionis appellatio referri poſſit, vt de illis dicatur, qui interdiu exiliter vident, vt probè nouit Budæus in d. l. Si ita in ſuis annot. priorib. Hinc legimus in l. Qui decem. ff. de ſolut. Num ergo & ſi veſpertilionem, aut alias turpem dederit hominem idem ſit? ſiue ad fraudulentos mores referatur eorum, qui aliud dicentes, & aliud ſimulantes, cuius ſententię ac voluntatis ſint cognoſci non poteſt: vt veſpertilio eſt incertæ naturæ inter auem, & murem; volat enim alis per aerem, & pedibus ſuper terram graditur. Varro inquit: Factus ſum veſpertilio neque in muribus plane, neque in volucribus ſum.

82 Quamprimum ergo ad notitiã Magiſtratus peruenerit aliquem foro ceſſiſſe, iudex debet mandare miniſtris ſuis, vt illi ſcripturas, ac libros auferant, & in ædium penetralibus gemmas, pecunias, ac alias res precioſas perquirant. Straccha de decoctoribus part. 3. num. 25. Et potiſſimum libri ſunt cuſtodiendi, ne in illis fiat fraus, & bona in inuentario ſunt deſcribenda, & ſub tuto cuſtode commendanda, vt idem Straccha quoque ait in dicto tract. de decoct. part. 7. num. 14. Et ſi extant indicia ſufficientia debent detineri, & tormentis ſubijci, vt pecuniam abſconditam, & ſcripturas propalent l. Inde Neratius. §. Idem Iulianus. ff. ad l. Aquil. Paris de Put. in verbo Tortura in tract. Sind. in verſ. An in cauſa pecuniaria num. 2. fol. 293. Alex conſ. 77. Marſ. in l. Eos ff. ad l. Corn. de falſ. num. 2.

num.2. & in l. Diuus. ff. de quæst. nu.4. Boer. dec. 215. Et antequam veniam num.5. & Paul. Ghirl. in tract. de quæstionibus, & tort. quæst.7. num.4. Et conuicti de dolo, & fraude expedit vt seuerissimè puniantur, prout admonet idem Straccha de decoctoribus part.3. num.8. Imò etiam ex sola suspicione decoctionis, & fugæ potest, & debet Iudex concedere detentionem Bart. in l. Ait prætor §. si debitorem ff. Quæ in fraud. cred. Bald. in l.2. in princ. C. de ser. fug. & in l. Si quis curialis C. de episc. & cler. & multò magis per modum prouisionis, & subsidij danda erit detentio bonorum ipsius decoctoris, etiam eo non citato, ne bona subtrahantur, & occultentur; vt enim consulatur indemnitati creditorum iudiciorũ ordo non est considerandus Bald. in l. Consentaneum column.5. C. Quom. & quando iud. & in l. Creditor, qui non idoneum ff. si cert. pet. & in l. si fideiussor § fin ff. Qui satisd. cog. Bald. in l. Sed si hac §. Prætor ff. de in ius voc. Innoc. in c. Significauit de rescript. & in c. Olim causam de rest. spol. Card. Zabarel. in c. Cum non ab homine col.10. de iudic. Decian. cons.109. num.89. vol.2.

83 In istis decoctoribus torquendis, seu puniendis non debet considerari an sint nobiles, vel viles, cum in hac re quamuis nobilissimi, tamquam personæ populares, ac mercatores sint habendi: nam cum mercatura sit ars mecanica, non potest qui in ea deliquit prætẽdere priuilegia nobilitatis, quibus voluntariè re ipsa renunciauit, vt notat etiam Beneuen. Straccha in tract. de mercat. part 3. nu. 15. Mercaturam autem exercere turpe est, & illam exercentibus aliqua dignitas non est concedenda l. Milites C. de re milit. libr. 12. & l. Vnica. C. Negotiatores ne militent lib. x. l. Nobiliores. C. de commerc. & mercat. Beneuen. Straccha in trac. de mercat. par. 2. num.17. Et Alciat. de præsumpt. reg.1. præsumpt.48. nume.6. dicit omnes mercatores, & artifices tenentes apothecam etiam si essent Campsores, & Argentarij de iure communi non esse nobiles, sed viles, citat l. penult. C. de cohortalibus lib 12. l.1. C. de perfectiss. dignit. & idem esse dicit in fictis fœneratoribus. Et quæ sint artes viles ibi habetur concordat l. Ne quis C. de dignitat. b. libr. 12. & quæ scripsit Tiraq de nobilit. cap. 23. Barth. Cæpolla in tract. de Imp. milit. delig. in 18. opinione. Et prædicta tanto magis vera sunt, cum fænerator, & vsurarius nõ sit mercatoris nomine dignus, vt latè disputat, & cõcludit Straccha in suo tract. de mercat. part.1. num.27. & seq. Nec dicendum in hac causa pecuniaria liberum hominem non esse torquendũ per l. Diuus Pius ff. de quæst. & tradit Hippol. de Marsil. in d. l. Diuus Pius in prin. nume.1. quia quando causa pecuniaria habet delictum annexum deueniri potest ad torturam l. Sicut falsi. C. de fals. c.1. de deposit. per quem text. Paris de Put. in tract. Sindic. in cap. An in causa pecuniaria in princ. hanc

no-

nostram quæstionem decidit, dicitque istos mercatores cessantes, & latitantes, vel fugitiuos torqueri posse ad pecuniam absconditam indicandam, de qua re tractat etiã idem Marsil. in d.l. Diuus Pius in 2. col. Bald. in c. Cum dilectus de appell. Casonus in tract. de torment. cap. 8. num. 2. & cap. 10. nu. 22. Farinac. in praxi lib. 1. tit. de Indicijs, & tort. quæst. 42. nu. 35.

84 Et illos mercatores, qui in ipsa mercatura aliquid fraudis admiserunt, mercaturam vlterius exercere non posse docet Straccha in suo tract. de mercat. part. 3. nu. 35. & citat l. Si aliquid C. de suscept. præd. lib. 10. Bald. cons. 74. Quandoque agitur lib. 5. & idem Straccha in tract. de nauigatione in fine.

85 In hac materia quidam singulare animaduertit Hippol. de Marsil. in sing. 224 Filius non tenetur. Valere scilicet statutum, vt filij possint capi pro eorum patre qui dolo foro cessit, quamuis alioquin non valeat statutum, vt vnus teneatur pro debito alterius, vt ibi copiosè tradit Hippol. & sing. 362. agit de statuto disponente patrem teneri ad pœnam pecuniariam pro delicto filij.

86 Quomodo autem Chrysogonus quidam contra Ligurem, qui se non esse soluendo insimulans, foro cesserat, rebus suis consuleret, refert idem Beneuẽ. Straccha in tract. de decoctoribus part. 2. nu. 3. inquit enim Chrysogonum perbellè in quendam pręparatum locum Ligurem deduxisse, eiusq; collo ferreo collare immisso, demque artificiosa collaris claue ostensa, dixisse, se illam ei non esse præbiturum, nisi prius sibi debitam pecuniam erogasset, mercator videns ex istis angustijs alio modo euadere non posse, vt mortem euitaret, pecuniam confestim reddidit, & se e vinculis exemit. Quam ob rem quamuis Chrysogonus in l. Iul. de vi incidisset, & ob id creditum suum amisisset l. Sed, & partus. §. Quæri poterit, vers. Iulianus ait. ff. Quod met. caus. tamen quia par pari referre decet, & cum vulpe est vulpinandum, non fuit Chrysogonus indignus vt cõniuentibus oculis eius delictum dissimularetur, iustam enim habuit causam redimendi suum, licet non debito modo id effecerit.

87 An vero ante tempus ad soluendum præstitutum debitor suspectus capi possit, & cogi vt caueat, recepta est Doctorum sententia posse & capi, & cogi cautionem præstare Ias. in l. Si ab arbitro. ff. Qui satisd. cog. nu 4. & seq. Afflict. Decis. 108. & Paul. Paris. cons. 99. Iste Ioannes, & cons. seq. vol. 3. Bald. in l. Consentaneum col. 6. C. Quomodo, & quando iudex. & in Auth. Ei qui C. de bon. auth. iud. possid.

88 Non est hoc loco prætermittenda alia mercatorum fraus quæ ementes decipiunt, illorumque numos malis artibus surripiunt: non solum dum magis quàm deceat res venales laudant iuxta illud Horatij.

Laudat venales qui vult extrudere merces.

&con-

econtrà autem emptores illas damnant, & vituperant: nam vt inquit Salomon cap. 20. prouerb. Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur. Sed etiam dum in locis obscuris, & tenebrosis ita dolo malo constructis suas merces vendunt, vt meliores videantur, quàm re vera sunt; & sic decipientes emptores carius quàm decet res suas vendant, quam fraudem detestatur Io. Crotus Miscel. lib 3. cap. 24. num 9. & in rubr. de seruit. in seruitute officiendi luminibus num. 15. & seq. per ea, quæ habentur in l. Luminum ff. de seruit. vrb. præd. & in l. Quoties. ff. de seruit. & gl. in d. l. Luminum in verbo, Excipiat, inquit, excipiat, idest recipiat lumina nostra sic, vt ad nos possint venire, etiam per foramina, vel quocunque modo. faciunt tradita per Cępol. in tract. de seruit. vrb. præd. in tit. de seruit. luminum. Et Florent. in l. Æquissimum. §. Item Nerua ff. de vsufr. inquit lucidam & clariorem domum esse pretiosiorem, nisi in ea vendantur panni, quia lux eam reddit viliorem. Hac calliditate vtuntur mulieres, quæ, vt pulchriores videantur, ne dum fucatæ incedunt, sed nolunt nisi procul, vt in picturis obseruatur, intueri, & noctu ad lumen candelæ, & sic veluti recedentes. & per transennam.

Malo me Galatea petit lasciua puella,
Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.

inquit Dameta ille Virgilianus: quemadmodum enim tenebræ, & obscuritates turpia celant: sic lux ea detegit, vt inquit Virg. libr. 1. Georg.

—— Solem qui dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe monet: fraudemque, & operta tumescere bella.

89 Nostrates vulgare illud adagium solent istis impostoribus obijcere; Catos in sacco vendere: quod prouerbium tamen non videtur neque nouum, neque à legibus nostris alienum, cum Callistratus in l. Cum seruus. ff. de condit. & demonstr. huiusmodi adagij mentionem faciat cuius meminit etiam Auctor adagiorum: In folle offerre. qui post hanc legem citatam inquit, apparere in folle dictum, pro eo quod erat inexploratè, inexplicatè, & confusè, sicuti qui syngraphas, & pecuniam sacculo inclusas offert. Callistratus autem in d. l. Cum seruus inquit, conditionem adiectam in serui libertate, si rationes reddiderit, non adimpleri, si ille in folle rationes obtulerit: non enim testator hoc sensisse: sed vt rationes reddat, quomodo seruus reddere solet: idest, legendas offerre rationes primum, deinde computandas, vt explorari possit, computationes probè, an improbè referantur: accepta recte relata, an non rectè. & Beneuen. Stracchà in tract. de contract. mercatorum num. 12 dicit in hoc adagio metaphoram ab his ductam esse, qui pecuniam intra marsupium ostentant, ita vt nec qualis, quantauè sit, cognoscatur: vnde illud circum-

cum ferri; In folle merces non esse emendas, qui quidem Straccha hęc ab Alciato mutuatus est lib. 3. de verb. sign. vbi huius adagij meminit.

90 Interdum mercatores pecuniã alienam dolo malo consequuntur non insulsa versutia, dissimulantes scilicet, vel negantes creditum quod habent cum aliquo suo debitore, vt alij eidem pecuniam credant, quam postea, seu illius partem ex composito cum obærato ab eo consequuntur, & postmodum iste ære alieno grauatus foro cedit, ac latitat. Quod etiam accidere potest absque collusione cum debitore, sed vt postea ab eo pecuniam consequatur, seu super illa iuris remedijs satisfiat. quibus casibus isti in alterius perniciem falsum dicentes de dolo tenentur l. Seruus tuus, & l. Quod si cum scires. ff. de dolo l. Ea quę §. 1. ff. de contrahen. empt. l. In causæ la 2. in princ. ff. de minorib.

91 Non est hoc loco vnum notatu dignum prætermittendum, licere scilicet creditori repetere per cõditionem ob turpem causam, quod prauo debitori remisit vt residuum crediti consequatur: idque in istis mercatoribus cessantibus habere locum Hippol. de Marsil. post alios ab eo relatos, testatur in suo sing. 432. Sæpe contingit, &c.

92 Quæ supra diximus Versipellis naturam in memoriam reuocant, qui cum sit simulandi, & dissimulandi artifex, & sic dictus quia mores tamquam pellem ad suum libitum vertat, profectò magnam habet cum prædictis furibus cognationem; ideo de eo quoque aliquid dicamus. Plautus ergo dum de pessimo homine loquitur ait:

Versipellem se facit quando lubet.

& Plin. lib 8. cap. 22. nat. hist. inquit: Indicat suo tempore vulgo infixam hanc opinionem fuisse, homines in lupo verti, rursusque restitui sibi: atque inde ductam esse consuetudinem loquendi, vt homines astutos versipelles vocemus. Apto igitur, & congruenti vocabulo præstigiator quidam callidissimus Versipellis fuit appellatus, eidemque tandem hoc epitaphium fuit appositum.

Quis lateat tumulo non ausim dicere, ne quid
Fortasse mentiar per imprudentiã.
Hunc certè tumulum vel adit, vel visus adire, est
Præstigiator omnium vaferrimus.
Ille est cui dederat cunctas Cyllenius artes,
Et versipelles, atque delusorias.
Qui nostris oculis adeo miracula finxit,
Vt se negarent cernere quod cernerent.
Qui toties Arcesilæ solus documenta probare
Acerrimus magister ignorantiæ.
Quare numquid obijt, numquid simularit obire
Non est adhuc cuiquam expeditum dicere.
Et licet ad manes etiã descenderit, ipsis
Ibit, redibit, vt lubebit, inscijs.
Et quoties Minos releget suffragia versis.
Mutabit atra in candida acetabulis.

A co-

A colorum quoque diuersitate crimen etiam stellionatus nomen sumpsisse dicemus in §. 9. vbi de hoc crimine tractabimus.

93 De illis autem qui proprium nomen mutant,& quando,& qua pœna sint afficiendi eleganter tractat post alios Menoch. de arbitr. iud.lib.2. cas.318. & Iul.Clar. in sua pract.crimin.quæst.83.vers.Si quis imposturam refert notabilem historiam,quam prius scripsit Papo libr.22. tit.9. Arresto 20. de Arresto scilicet lato Tolosæ anno 1560. cõtra Arnaldum de Tilla, qui finxit se esse Martinum Guerram diu absentem, & ita illius vxorem decepit, vt cum ea diu tamquam eius vir cohabitauerit,& liberos susceperit:sed,vero Martino reuerso,& fraude tandem detecta, Arnaldus fuit suspensus, & combustus.

94 Quid autem significet vulgare illud verbum Robariæ, quod sæpe in municipalibus legibus vrbium Italiæ legitur,tradit Angel. de malef.in verbo: Et vestem cęlestem in princ. & Bald. in Auth. Sed nouo iure C.de ser.fugit. & in c.1.§.si duo, de pace firm. in vsib. feud. Et robaria,& furtum idem sunt, & statutum in vno verificatur in altero Bald. in l.Transigere col.4. vers.Ponamus quod statuto cauetur C. de transact. Robator autem quis dicatur habetur in l. Capitalium. §. Famosos, & ibi Alex.ff.de pœnis.

95 Alia plura sunt furtorum genera, quæ in progressu huius operis,opportunè suis locis examinabimus: de furtis enim vectigaliũ, fęneratorum ob falsum modum à mensore relatum, ob falsam mensuram, vel stateram adulterinam monetam falsificans, vel falsam expendens, vel aliquid subreptitiè obtinens,cogensue aliquem vt testetur, vel non testetur in §. 4. tractabitur. De crimine autem expilatæ hæreditatis; de raptoribus rerum, ac personarum sacrarum; ac de occupatoribus alienorum sepulchrorum, locorumue sacrorum alienorum, fluminum, ac viarum, vel publicorum locorum, seu vsus eorum; ac de illis qui publicam furãtur pecuniam, vel in magistratu, vel eo finito; hoc est de lege Iul. peculatus, & de lege Iul.de residuis;& de Iudicum furtis, ac sordibus; & de fumum vendentibus agetur in §. 5. At de segetum, frugumq; furtis; de arboribus furtim cæsis; de furtis brutorum;de illis qui genitalia iumentis, vel hominibus subtrahunt,vel homines ipsos furantur, siue rapiunt, & sic etiam de raptu ipso dicemus in § 6. De surripientibus instrumenta, ac testamenta, ac de scriptorum furtis; de animi, & corporis partu supposito; de alienorum insignium vsurpatoribus, ac de occupatoribus alterius loci,vel auctoritatis,ac demum de ipsis detractoribus scribemus in §.7. Et de furtis aduersus nautas, caupones, stabularios, & de furto à familia commisso in §.8. De spolio; de inuasoribus alienorum bonorum; de vi, & clam in alienis fundis ædificantibus; de tigno furtiuo in suis ædibus iniuncto; de occupatione alienorum bonorum

rum

rum ob amotum terminum; de re duobus vendita; ac de crimine ſtellionatus in §. 9. Et de quibuſcunq; contrectationibus, ac vſurpationibus, deque rebus ad hanc materiam pertinentibus per totum hoc opus diſputabitur.

96 Ne autem quiſquam ſua fraudetur gloria, de inſignib. furibus, & latronibus pauca agamus. Multi profectò homines elato, vaſtoq; animo ad furta, & latrocinia ſe cõuertunt, quod cur fiat. Cic. docet dum lib. 1. officiorum ſic ait: Atq; etiam ſequuntur largitionem rapinæ cum enim dando egere cæperũt, alienis bonis manus afferre coguntur. quod veriſſimũ eſt: non enim ſibi putãt turpe eſſe illi, qui in paupertatem ſua alijs donando inciderunt, dum aliena accipiẽdo ad diuitias redire tentant: idq; ſibi naturali iure concedi exiſtimãt. Magna enimuero eſt furum, atq; latronum claſſis, floruerunt enim omni tempore; ideo ſicut de omnibus dicere eſſet ſuperuacaneũ, ſic paucos breuiter recenſere non erit moleſtum. Inter illuſtres ergo fures Prometheus Deucalionis pater, & Iapeti filius cõmemoratur, quem ferunt Poetę in cęlum aſcẽdiſſe, ignemq; ex ſolis ſphęra ſubtractum ad mortales tranſtuliſſe: & iccirco homines à Deis febrib. & alijs morbis fuiſſe correptos: Prometheumq; Caucaſo mõti alligatũ, vt eius cor perpetuo ab Aquila ederetur, vnde Virg. in Buc.

Caucaſeaſque refert volucres, furtumque Promethei.

& Horat. Ode 3. li 1. Carm. inquit:

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Poſt ignem ætherea domo
Subductum, macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semotique prius tarda neceſſitas
Lethi corripuit gradum.

Cacus ex Vulcano natus in monte Auentino armenta furabatur, & vt veſtigijs furta non detegerentur, cauda beſtias in ſpelũcam trahebat, qui tandem ab Hercule fuit interemptus, de quo Virg. lib 8. Æneid. inquit.

Atque hos, ne qua forent pedibus veſtigia rectis
Cauda in ſpeluncam tractos, verſiſque viarum
Indicijs raptos, ſaxo occultabat opaco
Quærentem nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant.

Mercurium autem furtorum Deũ fuiſſe Poetę cecinerunt, vt eloquẽtiæ vim, quæ è manibus Iudicum, & ex ipſis carceribus ſępe nocẽtes rei, ſubtrahuntur innocent: in quem Lactantius ſic irruit: Fur, ac nebulo Mercurius, quid ad famã ſui reliquit, niſi memoriam fraudum ſuarum? Mercurij filius fuit Autolicus ingenioſiſſimus fur, de quo Ouid. lib. 11. Meta. ait.

Alipedis de ſtirpe Dei uerſuta propago
Naſcitur Autolicus furtum ingenioſus ad omne,
Qui facere aſſuerat patriæ non degener artis,
Cãdida de nigris, et de cãdentibus atra.

Hunc Autolicum maternũ Vliſſis auum admiratur, laudatq; Homerus quòd furto in primis fuerit inſignis, vt etiam Plato affirmat lib. 1. Reip. Viriatus Luſitanus ſagaciſſimus fur, & ferociſſimus latro in ve-

in venatione exercitatus, à bestijs ad homines persequendos se conuertit, & cum eidem magnus factiosorum hominum numerus accessisset integram Lusitaniam occupauit: M. Ventidium Rom. Prętorem fudit, ac cæpit; & horribili clade superato Cneo Plãco itidem Prætore, adeo magnum attulit Reip. Rom. terrorem, vt contra eum magnos exercitus mittere oportuerit: tandemque à C. Lælio Prætore superatus fuerit. de quo ita Cic. lib. 2. officiorum ait, dũ de latronibus loquitur: Viriatus Lusitanus, cui quidem etiam exercitus nostri, Imperatoresque cesserunt, quem C. Lælius, is, qui sap ẽs vsurpatur, Prætor fregit, & comminuit, ferocitatemque eius ita repressit, vt facile bellum reliquis traderet. Euribatis vero ingeniũ in alienis reb. contrectandis maxime enituit: is quibusdam retinaculis, quibus sibi manus, & pedes muniebat, facile alienas ędes quãtumuis erectas conscendebat, alienaque noctu subtrahebat: tandem deprehensus, dum nouitatem rei iudices admirati, quo modo hoc faceret intueri voluissent, ille suæ artis periculum simulãs, seriò per altissimos parietes quamcelerrime aufugit, & pœnam euasit. Verris furta apud Ciceronem accusatorem suum descripta, & amplificata sunt: & alij quamplurimi insignes fures ab Historicis connumerantur, quos longum esset recensere. De Hermogenis autem furtis sic Martialis lib. 12. scripsit.


Hermogenes tantus mapparum, Pontice, fur est,
Quantus nummorum vix, puto, Massa fuit.
Tu licet obserues dextram, teneasque sinistram:
Inueniet mappam qua ratione trabat.
Ceruinus gelidum sorbet sic halitus anguem:
Casuras altè sic rapit Iris aquas.
Nuper quum Myrino peteretur missio læso,
Subduxit mappas quattuor Hermogenes.
Cretatam Prætor cum vellet mittere mappam,
Prætori mappam surripit Hermogenes.
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,
Mantile è mensa surripit Hermogenes.
Hoc quoque si deerit: medios distringere lectos
Mensarumq; pedes non timet Hermogenes.
Quamuis non modico caleant spectacula sole.
Vela reducuntur cum venit Hermogenes.
Festinant trepidi substringere carbasa nautæ.
Ad portum quoties paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calui, sistrataq; turba
Inter adorantes cum stetit Hermogenes.
Ad cænam Hermogenes mappam non attulit vnquam.
A cęna sẽper rettulit Hermogenes.

FINIS §. PRIMI.



DE FVRTIS

§. SECVNDVS.



SVMMARIVM §. 2.

30 *In-*

2. §. EST.

1 Non solum necesse est vt re vera furtum extiterit, vt iudicio furti agi possit; sed de ipso furto in primis constare debet. Accurs. in §. vlt. in verbo fortuito. Inst. Quib mod. re contr. oblig. Bart. in l. Si quis ex argentarijs §. An nec heredi nu. 4. ff. de edendo. & in l. Si creditor num. 4. & seq. C. de pign. act. & in l. Si quando nu. 4. C. vnde vi. Bald. cons. 476. Pactum tale est num. 5. vol. 1. Alex. in l. Prætor ait num. 5. & ibi etiam Ias. nu. 11. & seq. ff. de eden Paris cons. 156. nu. 2. & seq. vol. 4. Hippol. de Marsil. in l. Quęstionis modum. ff. de quæst. Boer. decis. 164 nu. 8. Crauet. cons. 260. colum. 2. Parisius cons. 153. nu. 8. libr. 4. & complures alij relati à Mascard. de probat. concl. 829. nu. 1. Farinac. de Inquisit. quęst. 2. nume. 14. Ang. de malef. in verbo, & vestem cælestem, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 269. & Iurisc. in l. 1. §. Item illud. ff. ad S.C. Sillan. inquit. Item illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionem: liquere igitur debet scelere interemptum, vt Senatusconsulto locus sit. Idque etiam probatur diuina lege Iosue cap 7. vbi legitur Iosue noluisse prius Acham furti damnare, licet illud ore proprio cõfessus fuerit, quàm miserit satellites ad perquirẽdum in eius domo, vbi rebus furtiuis inuentis fuit postea Acham lapidibus percussus, & interfectus. Quod si Agrius Argentarius animaduertisset, vt scilicet de delicto prius constaret, non supplicio affici iussisset suum seruum, licet in tormentis confessus fuisset Alexãdrum Titi Fannij seruum occidisse: quo postea incolumi domũ reuerso, seruum iniuria fuisse damnatum apparuit. Val. Maximus lib. 8. cap. 4.

2 Ex querela primùm dicitur de furto constare, maxime si accusator est vir bonæ famæ, & de ea iudex potest inquirere, non autem potest torqueri reus, alijs non extantibus indicijs, & multo minus con-

condemnari secundum Hippol. de Marsil.in pract.crim.in §.Principium num.6. & seq. Iul.Clar.in pract.crim. quæst.4. vers.scias tamen.Farinac.in pract.crim.tit. de Inquisit.quæst.2.num.16.

3 Et sat est etiam per famam in vicinia de furto cõstare, vt Iudex inquirere possit, vt tradit Ias.in l. Iusiurandum.§ Procurator col.8. ff.de iureiur.Bart.& Ang.in l.Certum.§.1.ff.de confessis, Blanc.de indic.nume.15. Farinac.in pract. crim.tit.de inquisit.quęst.2. num. 18 Fama tamen legitimè probanda est, aliàs non constaret de delicto. Bald.in addit.ad specul.in tit. de sent.col.18.in fine.

4 Strepitus in domo vbi furtum commissum fuisse dicitur solet etiam à Doctoribus considerari, vt si vicini deponant, illa nocte varios strepitus, & insolitos clamores ex illo loco audiuisse: ex hoc enim indicio ibi præsumitur furtum factum fuisse Bart. in l. Si quando num.5.C.vnde vi. & in l. Si quis ex argentarijs. §. An nec hæredi. ff. de eden. & in l.De pupillo §.Si quis ipsi Prætori. ff. de no.oper.nunc.Bald.in c.Cum terra in fine de elect. Ang. in §. Sed istæ num.5. Inst.de act. Abb.in c. Super eo nu.9 De his quæ vi met. ve caus.fiunt.Rol.à Valle cons.51. nume.18.Gram.cons.41.nume.2. & 3.Paris de Put.in tract.sindic.in verbo Mandauit col.8.vers.Quando delictum in fine. Blanc. de indic. nu.407. Et de ploratu in domo exaudito tractat Nouell. in pract. crim. sub tit. de homicidio puro. num.41.

5 Ex acclamatione item, & vociferatione, ex loco commissi furti, de delicto, vt agi possit constabit, veluti si acclamatum fuerit adesse fures, vel ignem accensum, vt celerius vicini accurrant, Nouell. in pract.crim.in princ.nume.111. Petrasan. sing. 8. Blanc. de indic. nu.423 Hippol.de Marsil.cons.8. nume.5. & Farinac.in pract.crim. tit.de Inquisit. quæst.2. nume.17. & tit.de Ind c.q.52.num.157.Iul. Clar.in pract.crim. quæst.66. in princ.Paris cons.156.nu.35.vol.4. Angel.Aret.in §.Furtum Inst de oblig.quæ ex del.nasc.num.3. & idem etiam esse in crimine raptus tradit Andr.de Isern.in const.de viol.mulier.in princ.Nic de Mattarellis in l.fin. C.de probat. Ang. in l.1 §.fin. ff.ad S.C.Syllan. Paris de Put.in vers.Cõfessio sociorum, & in vers. Tortura il primo de indic.num.8. Bald.& Rom.in l. Excipiuntur ff. ad S. C. Syllan. Mascard.de probat.concl.23. num.1. Speculator tamen in tit.de pignoribus in princ.num.15. inquit per alicuius acclamationes quòd latrones auferant sibi bona nõ probari furtum, nisi concurrant aliæ coniecturæ, quare adhibendum esse iudicium ne fraus fiat, varijs enim de caussis in facto obseruaui homines simulare bona sibi furto fuisse ablata, quamuis hoc verum non sit, aut vt aliquem de furto calumnientur, vel vt longiores dilationes obtineant ære alieno vt se liberent, vel vt ipsi rem illam abripiant,& furentur, vel ob quid simile Io. Andr. in tit. de locat. Boss.in tit. de furt. num.2. Accla-

matio autem probari poteſt per duos teſtes, qui habeant notitiam acclamationum ipſius acclamantis Exod.cap.22. & cap.18. Iudic. ibi Agnoſcetis vocem adoleſcentis,& lib.1.Reg.cap.27.Cognouit Saul vocem Dauid, & Gen. c.27. Vox quidem Iacob eſt. gl. in l.fin. C.fam.erciſc.gl.in l.2.§.Idem Labeo il 1. in verbo Audiuerunt. ff. de aqua pluu.arc.Hipp.de Marſil. in rubr.C.de probat.nu.329.330. 331.Bald.in l.Si non ſpeciali nu.1. C.de teſta.& in l.conuenticulam C. de epi. & cler. Cotta in memorab.in verbo,Teſtis deponens.Iul. Clar.in pract.crim.quæſt.21.verſ. Sed quid.vbi dicit hoc vocis indicium eſſe multum fallax, & periculoſum. Eſt igitur hoc ſimplex indicium, quod ex ipſa acclamatione reſultat: tum quia, vt diximus, poteſt per ſimulationem acclamari: tum etiam,quia teſtes de acclamatione deponentes,poſſunt decipi: cùm vox hominum ſit fallax, multique ſimilem vocem habeant,& poſſit etiam arte mutari, vt videmus in hiſtrionibus, qui dum comicas fabulas agunt, interdum viri vocem mulieris repræſentant, de qua re agit Maſcard.de probat. concl.22. & concl.278. nume.10. tradit an cæcus poſſit teſtimonium perhibere de verbis ipſis contrahentium, ad quem lectorem remitto.

6 Ex querimonia etiam facta à bonæ famæ domino rei ſubtractę, vt quãdo conſtãter ſibi rem ſuam deeſſe conqueritur cum amicis,& vicinis, conſtabit de delicto ita vt inquiri poſſit. Gand.de malef.in tit.de furibus,& latronibus col.2. verſ.Solet quæri,Bart.in l.1.§.Potuiſſe.ff.ad S.C.Syllan. Gherar.de Petraſancta ſing.8.num.3.Specul. in tit.de pignor.§.Vnico nume.5. verſ.Sed qualiter prohibitio Ang. Are.in §.Furtum num.3. Inſt.de oblig quæ ex del.naſc.Rol.à valle conſil.51.nu.18.vol.1. Paris conſ. 156.num.35.vol.4.& conſ.74.nu. 18.vol.1.Hippol.de Marſ.in prac. crim. in §. Principium numer. 7. Blanc.de indic. nu.423. Maſcard. de probat.concl.830.num.13.Iul. Clar.in pract.crim. quæſt.66. in princ.dicit ſi dominus conqueratur de furto,& appareat famulum aufugiſſe ſatis de furto conſtabit. Riminald.conſ.2.num.3.

7 Fractura arguit furtum quum maximè facta fuit vel ingrediendi cauſa ad locum furti, vel ob res furtiuas extrahendas. l. 1. C. de locato.& conducto.l. Pignus C.de pignor.act. facit l.1. §.Item effractores,& ibi gl.ff.de effract. & expil. Bart. in l. Si quis ex argentarijs. §. An nec hæredi. ff. de eden. & in l.Si quando in fine. C.vnde vi, & in l. Si creditor C. de pign. act. nume.5. Ang. Aret. in §. Sed iſtæ, verſ. Quomodo autem probetur furtum.nume.5.Inſt.de act. Hippol.de Marſ. conſil.8. num.2. & 4.Specul.in tit.de furt.§.vnico. nume. 25. & in tit. de pignoribus num.15. Abb. in c. ſuper eo nu 9. verſ.Item iſtud.de his quę vi met. ve cauſ.fi.Bald.conſil.152.num.1. volum.1. Brun. in tract. de indic. quæſt.9.in parte 2. Grat.conſ 94. num.13.vol.2 Iul.Clar. in pract. crim. quæſt. 4. & quæſt. 66. in princ.

princ. Mascard. de probat. concl. 275. num. 18. Prosp. Farinacius in pract. crim. tit. de Inquisitione quæst. 2. num. 19.

8 Et licet incerta sit res subtracta, dummodo certa sit persona subtrahentis iudex inquirere potest. Si autem incerta esset res, & persona, non potest iudex procedere, vt tradunt Bart. & Ang. in l. Certum. §. 1. ff. de confessis, & Blanc. de indic. num. 18.

9 Etiam si nomen rei, vel etiam nomen offensi ignoretur procedi potest l. Falsus §. Qui alienum. ff. de furt. & ibi Ang. num. 3. l. fin. §. Omnes autem C. vnde vi. Bald. in Auth. Sed nouo iure C. de ser. fugit. gl. in l. 1. §. Item illud in verbo locatus sit. ff. ad S.C. Syllan. & dicit Ang. in l. Eum qui §. Si nupta num. 3. ff. de iniur. & in tract. de malef. in verbo vestem cœlestem col. 6. vers. Quæro posse procedere inquisitionem contra furem, si in ea dicatur furatum esse contra voluntatem domini, licet non sit aliquis dominus nominatus, & ita Perusij obseruatum testatur. Mascard. de probat. libr. 2. concl. 829. num. 8. Farinac. in pract. crim. tit. de Inquisit. quęst. 2. num. 28. Nam si necesse esset, vt de vero nomine rei detenti constaret, non facilè posset vagus puniri, cuius nomen, nisi sua confessione probatur: sat est enim vt constet de identitate personæ, ne vnus pro altero puniatur. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 4. error enim in nomine non vitiat dispositionem, nec iudicium, dummodo constet de ipso corpore l. Si quis in fundi. ff. de leg. 1. & ibi Doct. & in l. Si h. s verbis. §. fin. ff. de hær. instit. gl. & Doct. in l. Quæ extrinsecus ff. de verb. oblig. Marsil. sing. 144. Error in nomine, &c.

10 Et non solum est necessaria probatio generalis furti, sed opus est etiam comprobare tempore furti commissi rem ipsam fuisse in loco, in quo furtum factum fuit. l. Si creditor sine vitio, & l. Pignus C. de pig. act. e. Auditis, & ibi Io. Andr. de præscript. Hippol. de Marsil. consil. 8. In causa magistri Ioannis Ferrariensis. num. 4. Bart. in l. Si quando in fin. C. Vnde vi, & in l. Dominus horreorum num. 1. & seq. ff. locati, & in l. Si quis ex argentarijs. §. An vero nec hæredi. ff. de eden. Rol. à Valle cons. 51. Iudicantem oportet cuncta rimari. num. 18. vol. 1. Thom. Gram. cons. 54. In causa pulcherrimæ mulieris Violantis nume. 2. Foller. in pract. crim. in 2. parte tit. capiat informationem nu. 12. Mascard. de probat. concl. 829. num. 4.

11 Et sufficit etiam si probetur interdum rem furtiuam fuisse in domo commissi furti: pręsumitur enim etiam tempore furti ibidem extitisse l. Siue possidetis, & ibi gl. in verbo, Constituti, & ibi etiam Bart. & Bald. C. de probat. Bart. in l. Quidam in suo nu 4. ff. de cond. instit. Farinac. in pract. crimin. tit. de Inquisit. quæst. 2. num. 14. vers. Et propterea.

12 Qui enim semel possedit adhuc possidere præsumitur gl. in l. Siue possidetis in verbo Constituti, & ibi Bart. C. de probat. gl. in l. Non

ignorabit in verbo Fuisse C. ad exhib.& ibi Bald. nu.1.& 2. Bart. in l. Si quis ex argentarijs §. An nec hæredi nu.1. ff. de eden. Grat. consil.94.num.2. versic. Præsumitur, & consil.95.nume.28.libr.2. Abba. in cap. Cum ad sedem. nu. 15. de rest. spol. Mascard. de probat.lib.2.conclus.829.num.5,

13 Verum quoniam furtum est difficilis probationis gl.in l. Actionibus,in verbo Planc. ff. de in lit. iur. Bart. in l. Si quando. nume.4. C. vnde vi. Ias. in l. Prætor ait. §. Prætor ait. num. 21. & seq. ff. de eden. Crau. consil. 178. Viso processu num.7.Ruin.consi.29. Plura proponuntur nu.3. vol. 5. Thom. Gram.cons. 1.num.10.& cons.17. num.6.& consi.41.num.14.Grat. cons.94.num.12.lib.2. Paris cons. 75.num.6.& seq. vol.1. Abb.in c. Super eo nu. 9. de his quæ vi met. ve ca.si.Alex.cons.189.In causa, & lite inter Tadeum nu.14.vol.6. & cons.24.num.6.vol.2.Menoch. de arbitr.iud.lib.2.cas.116.nu.14. Iul.Clar.in pract.crim.lib.5.§.fin. quæst.66. Hippol. de Mars. in §. Principium nume. 12. in sua pract. crim. Ratio autem cur sit difficilis probationis reditur à Iurisc.in princ.ff.de furt.Quia clàm fit: & ab Imp. idem dicitur in §. Furtum Inst. de oblig. quæ ex del. nasc.

14 Hinc est quod furtum per coniecturas,& indicia probetur.Bart. in l. Illa in fine. ff. de verb. oblig. per text.in l.Non omnes. §. à barbaris. ff.de re milit. & in l. Si quis ex argentarijs. §. An nec hæredi. num.3. ff. de eden. & in l.Si quando. nume.4. C. vnde vi, & in l. De pupillo.§.Si quis ipsi Prætori. nu. 17.ff.de oper.no.nunc. & in l. In illa stipulatione nu. 10. ff.de verb. oblig. Abb.in c.Super eo nume.9. de his quæ vi met.ve cau.si. Alex, consil.53.Viso themate num.1.& in consil.69. Visa facti narratione num.1. & cons 24. Animaduersis his num.6. vol.2. Idem Alex. in l.Prætor ait nume. 10. ff. de eden. Crauet.cons.178.num.2. Hippol. de Mars. in pract. crim. in §.Principium. num.13.& 17.& in Rep. rubr. C. de probat.nume.11. Mascard. de probat. concl.830. nu.3. Grat. cons. 94. Visis facti specie. nume. 11. vol.2. vbi de communi opinione testatur.Paris consil.75. Ad victoriam. numer.16. Thom. Gram. consil.41. In causa nobilis Iustinæ.num 9.& in consil.17. in causa furti num 4.in consil.60. In causa nuntij.num.1. Lancell. Corad.in tract.de Decur.§.Furtum nume.14. Bossius in tit. de furtis. nume.66. Farinac. in pract. crim. tit.de Inquisi. quæst.2. nume.14. Decian. cons.29. vol. 1. nume.36. & seq.

15 Limita tamen hoc locum non habere in casib. in quib. ageretur de vita hominis, in quibus requiruntur probationes meridiana luce clariores l.Sciant cuncti C.de probat. l. Inde Neratius. ff. ad l. Aquil.Specul.in tit.de præsumpt. §.Species.num. 7. Mascar. de probat.lib.1. quæst.10. nume.79. & lib.2.concl.830.num.7.& Boss.in tit.de delicto num.20.dicit in furto sufficere coniecturas quando ciuiliter agitur, non autem quando cri-

do criminaliter, & melius distinguendo dixit Farinacius in pract. crim.tit. de Inquisit. quæst.2. nu. 15.coniecturas, & indicia sufficere ad inquirendum, ad capiendum, & ad torquendum, sed ad condemnandum furem legitimis probationibus opus esse.

16 Nec locum obtinere etiam vbicumque per legem, vel statutum requirūtur probationes apertissimę Mascard.in d.q.10.nu.76.

17 Corda enim hominum sunt nota prudentibus per indicia, & coniecturas Ang. in l.Inter stipulantem.§. Si Stichum col. penult. ff de verb.oblig.Symon de Prætis de coniectur. vlt. volunt. libr. 1. dub 1.fol.1.num.10.

18 Et non solum furtum,sed alia etiam delicta,quę sua natura sunt obscura, & difficilis probationis, in quibus concludentes probationes haberi non possunt, per indicia, & coniecturas probantur. Bald. in l. Quicunque C. de ser. fug.Bart. in l. Si quidem C. de diuort. & in l. Quoties C. de naufr. lib.11. Hippol.de Marsil. in rubr. C.de probat. numer. 315. & 316. Gram.conf.17.nu.15. & per alios plures relatos à Nouell. in sua pract.crim.in ti.vbi agit de furto.

19 Idque in illis potissimum delictis accidit, in quibus signa non remanent, quæ facti transeuntis, non autem permanentis esse dicuntur; vt in adulterio, in furto sine fractura, in simplici insultu, in blasphemia,& similibus: & ratio à necessitate probationum orta est,ne delicta maneant impunita. Boss.in titul. de delicto nu.11. & sequen. Iul. Clar. in sua pract. crimin.quæstio.55. & in quæst.4. dicit in furto sine fractura facto, quamuis non constet de delicto, Iudicem tamen, post porrectam querelam posse inquirere contra accusatum, & extantibus indicijs posse indiciatum citare,vel carcerare, & ita obseruari affirmat. Quod etiam confirmat Brun. in tract.de indic.& tort.fol.57.num. 11.& Cason.in pract.crim.fol.67. numer.6. & Boss.in tit. de delicto num.21.Ang.& Ias.in l. Si quis ex argentarijs.§.Prætor ait.ff.de edē. post. Bart. in d. §. An vero nec hæredi,& idem Bart.in l.Si quando C.vnde vi. & in l. 1. ff. de furt. aduer.naut.caup.stab. Specul. in tit.de furt.circa finem. Alexan.in cons. 53. vol. 2. Hier. Gabr. cons. 159.num.9. Mascar. de probationibus conclu.1124.num.7. & in princ.dictæ concl. dicit duo esse genera obscuritatis, alterū quod nullo modo, alterum quod difficulter probari potest, vt ibi per eum copiosè differitur.

20 Intellige tamen indicia,& coniecturas facere probationē, quum cæteræ omnes probationes deficiunt: quarum quidem probationum septem species traduntur à Mascar.de probat. vol.1.Quæst.4. hoc est, Per testes, per instrumentum seu aliam legitimam scripturam,per confessionem,per euidentiam facti, per iuramentum, per iustam præsumptionem,& per famam, & ibi plura idem Masc. adducit,vt tu,lector,videre poteris. Quando igitur ex natura negotij, de quo agitur, verisimiliter aliæ

C 4 pro-

probationes haberi non possunt, coniecturæ admittuntur, secus vero esset si probationes haberi possent, vt tradit etiam Butr. in c. Tertio loco. de probat. & in cons. 24. Alex. cons. 64. num. 5. vol. 1. & cons. 152. num. 11. vol. 5. & in consil. 148. num. 6. & 151. nu. 4. vol. 1. Iaf. in l. vlt. nu. 8. C. de his quibus vt indig. Hippol. de Marsil. sing. 73. nume. 2. Gerar. de Petraf. in sing. 24. Bertr. cons. 24. vol. 3. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 47. num. 5.

21 Coniecturæ autem vt probent debent esse probabiles, & concludentes l. Milites. §. oportet. C. de quæst. Bald. cons. 259. Verba inquisitionis col. 1. lib. 1. Crau. cons. 6. nu. 12. & cons. 6. nu. 12. & cõs. 99. num. 1. Iaf. cons. 143. Ista quæstio col. 3. in fine lib. 2. & cons. 66. Viso testamento col. penult. libr. 3. Socin. cons. 62. Viso cap. in fine lib. 3. & alij allegati per Symonem de Prætis, de coniect. vlt. volunt. lib. 1. dub. 1. fol. 1. num. 11.

22 Si igitur coniecturæ in crimine furti loco probationum recipiuntur, tanto magis id fiet per testes inhabiles, quales sunt domestici, familiares, & similes, vt docuit Bart. in l. Si quando num 4 & 5. C. vnde vi, & in l. Quoties C. de naufr. lib. 12. l. Consensu. C. de repud. Bald. consil. 427. Quædam mulier. num. 5. vol. 5. & in Auth. sed cum testator col. 2. vers. Quæro C. ad l. Falc. Paris consil 75. Ad victoriam num. 22. vol. 1. & cons. 74. nume. 12. eod. vol. Ang. de malef. in verbo, Et vestem cælestem in fine. Abb. in c. Super eo num. 9. De his quæ vi metu've ca. fi. & in c. De cætero, de testibus, quem sequitur Alex. cons. 64 col. penult. vol. 1. Grat cons. 95. nu. 30. vol. 2. & Mascard. de probat. libr. 2. conclu 831. num. 5. & seq. Apostilla ad Decis. Tolos. num. 4 vers. Item admittuntur domestici. Et dictum socij criminis quod nam faciat indicium vide Iul. Clar. in pract. criminal. quæst. 21. vers. Dictum socij criminis, & ibi leges & Doctores ab eo citatos.

23 Ideirco licet à statuto cautum esset vt in causis ascendentibus certam summam non posset fieri probatio per testes, nihilominus in crimine furti per testes probatio esset admittenda, vt tradit Ioannes de Anan. in cõs. 55. Quia dubia, quem sequitur Hippol. de Marsil. in rubr. C. de probat. nu 68. & notauit Mascar. loco citato.

24 In illis autem casibus, in quibus coniecturalis probatio per indicia admittitur, ipsa indicia habentur pro euidenti probatione. l. Si quis locuples in fine. ff. de manumiss. test. l. Si creditor C. de pign. act. l. Licet Imperator in prin. ff. de leg. 1. & ibi Bart. & idem Bart. in l. Si quis ex argentarijs num. 3. ff. de eden. in l. In illa stipulatione, si calendis, in fine. ff. de verb. oblig. & in l. De pupillo § Si quis ipsi Prætori num. 17. ff. de oper. no. nunc. l. Filium de fin mus. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. Si vicinis C. de nupt. l. Consensus. §. Super C. de repudijs c. Veniens il 2. in fin. de testib. cap. Michael de fil. presb. notabilis est textus in l. Nõ omnes. §. A barbaris. ff. de re milit.

Dec.

Dec.in rubr. de probat. nume.17. & num.116.& tradit Mascard. de probat.vol.1.quæstio.10. quæ est de probatione,quæ fit per pręsumptionem. Bald. in l. Si tutor petitus in princ.numer.2.C.de priuil. tut. & in l. Quicunque C. de seru. fugit.& in l. Si quis in hoc C. de epis.& cler. Paris consil.57.nu.34. vol.1.Alex.cons 24.num.6.vol.2. & consil.64.num.5.vol.1. & consil.23.& cons.24.num.6 vol.2.& cons.156. num 18. vol.4. Thom. Gramm.cons.41. num.2. Io.Crotus.consil.36. In causa inquisitionis formatæ num.31. vol.1 Ang. cons.218. Visa narratione num.7. Lancellot.Corrad.in tract.de Decur.tit.de furtis § Furtum nu.14. Ruin. cons.218. Viso, & perlecto num.8.vol.1. Castren.cons.28. In causa num.3.vol.2. Io. And.in addit. ad Specul. in tit. de teste §. 1. vers. Item excipitur in c. 1. de dolo,& contum.lib.6.Butr. in c.Veniens ad nos, de test.b. Abb.in c. vlt.de testib.cogen.Grat.cons.95. Christi Saluatoris num.12. vol.2.

25 Nunc dicamus de indicijs particularibus, quæ in hoc furti crimine considerantur: præmittendo tamen; Materiam indiciorum esse arbitrariam:vt docet Hippol. de Marsil.in pract crim.in §. Diligenter num.24.& in l.fin. num.2. ff. de quæst. Salic. in l. fin. C. de quæst. Bald. consil 364. nume.2. vol.3.& cons.259. nume 4. vol.1. Alex. in l.Si quis. §.Sed si num.17. ff.de acquir. hæred. Imo arbitrarium est etiam Iudici, attenta qualitate personarum, adhibere fidem coniecturis, vel requirere probationes Alex. cons.53. nu.3. vol.3. Fran.Brusat.cons.325. nu. 133. lib.3.

26 Quædam autem sunt indicia ad inquirendum,& ad capturam; quædam ad formandam,& transmittendam inquisitionem reo, hoc est ad reum absentem citandum, ac proclamandum, vel ad carceratum examinandum, & interrogandum de crimine sibi obiecto: quædam ad torturam:& quędam etiam indubitata ad condemnandum. Et quoniam à Doctoribus plerumque hoc generali vocabulo indiciorum comprehenduntur suspiciones, præsumptiones, signa, adminicula, coniecturæ;ideo reiecta huiusmodi verborum distinctione, de qua loquitur Nouell. in sua pract. crimin. in princ.num.34. & seq. & Iul.Clar. in pract.crimin.quæst.20.in prin. Sat erit nunc præfari, quædam esse indicia,& quędam pręsumptiones: indiciaq; alia esse propinqua, alia remota à delicto, de quibus inferius apparebit, & de quibus loquitur post alios idem Nouell. loco citato num.38.

27 Præsumptio autem est aut legis,aut hominis:quæ legis est,alia est iuris tantum, dum quod est verisimile consideratur; & operatur vt transferat onus probandi in aduersarium. Ias. in l. Si mater nu.7. C.de inoff.test. l. Si pactum, ff.de probat. Ill.Mantica lib.1. tit. 2.nume.2. de coniect.vlt. volunt. Alia dicitur iuris, & de iure, quia à iure inducitur, & super illa deciditur, contra quam non recipitur probatio in contrarium, & est

suffi-

sufficiens ad condemnandum. l. Antiquæ C.ad S.C. Velleian.l.vlt. C. arbitr. tutel. l. Si qui adulterij C.ad l.Iul.de adult. Iaſ.in l.Naturaliter.§.Nihil commune nu.121. ff. de acquir. poſſ. Alciat. in tract. præſumpt.in 2.part.doctiſſ.Mantica loco citato. num.3.

28 Hominis autem præſumptio, aut eſt temeraria, quæ ratione caret, & longe diſtat à veriſimili vt idem Mantica teſtatur loco iam citato num. 6. & animum iudicis non mouet: vel non temeraria; quæ aut eſt leuis, aut vehemens, aut violenta: quæ habet perſuadendi neceſſitatem Mantica ibi num. 5.7.& 8. Ex qua violenta poteſt deueniri ad diffinitiuam ſententiam :. Afferte de præſumpt.Hippol.de Marſ.in repet.rubr. de probat. num. 230. & ibi Salyc. num.12.Et Iaſ.in l.1.num.2.C.de ſer.fugit. Menoch.de arbit.iudic. libr.2. caſ.270. Farinac. in praxi, lib.1.tit.de indicijs.

29 Illud etiam non eſt prętermittendum,Iudicem, quando iudicat ex pręſumptionibus, debere multum temperare pœnam, & mitigare ſententiam Innoc. in c.Quia veriſimile de pręſumpt. Hippol. de Marſil. in l. Repeti num.24. ff. de quęſt.vbi plures adducit authoritates, & in l. 1. §. Diuus Adrianus nume.37. ff. ad l.Corn. de Sicar.& in rubr.C.de probat. nume. 241.Iul.Clar.in pract.crim. quęſt. 20.verſ.Scias tamen,quia quando non eſt plenè probatum,poteſt iudex interdum errare, & innocentem condemnare, quia rationes quę ex coniecturis pendent diſputationibus huc,atque illuc trahũtur, nullamque adhibent perſuadendi neceſſitatem,vt inquit Cic. lib.2. Acad. Quęſt. relatus ab Illuſtriſſ.Mantica lib.1. tit.1. nu.9. de coniect.vlt.volunt. ideo iudex caueto ne facilè inſæuias in eos quos caſtigas ex indicijs, & pręſumptionibus.

30 Poſſem plura exempla, & antiqua, & noua recenſere, in quibus propter vrgentia indicia rei innocentes fuerunt damnati: ſed ad quorundam iudicum imperitam ſeueritatem,ſi fieri poteſt,compeſcendam,duo tantum referam, alterum recens,& alterum antiquũ, nouum tale eſt: Miniſtri, & Satellites Magiſtratus noctu inciderũt in cadauer adhuc calidum, tunc enim fuerat homo occiſus, cultro in vulnere relicto, ibique inuento piſtore,qui pro more ibat ad excitandum vicinos vt panem facerent, eum detinuerunt (inſurgit enim indicium contra repertum in loco delicti, vt mox dicemus) qui cum neſcio quo caſu, vaginã vacuam ad cingulum haberet pendentem,cui optimè cultrum illud reſpondebat,hiſce indicijs, acriùs quàm par erat,tortus, doloris impatiens, delictum, quod non patrarat,confeſſus,innocens capite fuit punitus. Vetus autem, ac memoratu dignum exemplum eſt Palamedis Vlyſſis inimici fraude extincti. Vlyſſes enim adulterinam epiſtolam Priami nomine Palamedi ſcripſit, in qua eidem de proditione gratias agendo, aurũ ei clàm ſe tranſmiſiſſe dicebat: litteris dolo ad Gręcorum conſilium

lium

lium perlatis, Palamedes proditionis accusatur, quem cùm Vlysses tamquam amicus tueri simularet, dicebat litteris fidem non esse adhibendam, cum de auro non constaret, instabatque rei tentoriũ scrutari, vt, auro non inuento, illius innocentia comprobaretur: verum cum in tabernaculo aurum inuenissent, quod clam Vlysses per seruos corruptos infodi curauerat, innocens Palamedes tamquàm proditor lapidibus obrutus fuit: & sic indicijs vrgentissimis, sed falsis innocens fuit damnatus, & Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 64. versic. Vltimo videndum dicit multos innocentes fuisse damnatos, qui propter tormentorum sæuitiam non patrata delicta confessi fuerunt.

31 Inter cæteras defensiones quibus suspectus de furto excusatur; ac iustificatur, illa est potissima, si erat impotẽs ad obiectum furtum committendum: vel quia tunc in carcere esset constitutus, vel ęgrotus, vel alibi reperiretur; vel testes deponerent vidisse illum solum contrectantem rem magni ponderis, quam, re vera, vnus homo contrectare non posset: nam dato impossibili in esse nullum sequitur contingens. l. Filium. ff. Qui sunt sui vel ali. iur. Brun. in tract. de indic. quæstio. 5. primæ partis num. 3. vers. Et ideo si testes. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cas. 472. num. 21. Rom. cons. 113. nume. 5. Et per hanc impossibilitatem facile quæcunque indicia soluntur, & optimè reus iustificatur. Sed veniamus ad particularia indicia, contra fures.

32 Mala natio facit indicium: sunt enim singulis prouincijs, & locis vitia quædam propria, & peculiares mores, & ideo ex natione plerumque desumitur indicium bonæ, vel malæ qualitatis alicuius c. Si gens Anglica, & seq. 56. dist. Bald. in l. fin. ff. de hæred. instit. Iac. Butr. in l. Neque natales C. de probat. Blanc. de indicijs nu. 257. & ex quibusdam prouincijs, & ciuitatibus omni tempore (pessimæ gentes prodierunt: vt de Cretensibus Paul. Apostolus sic testatus est cap. 1. ad Titum: Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta; Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est: sic ex alijs regionibus fures abundasse liquet, quorum non expedit mentionem facere. Hispanos tamen esse versutos, & callidos, ac iactabundos; Gallos stolidos, & apertos; Scythas crudeles, & grassatores; Schlauones nequissimos; Syrios auaros; Siculos acutos; Asiaticos luxuriosos tradunt Doct. relati à Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 57. num. 46. & seq. In hac re ergo valet argumentum à communiter accidentibus: quod genus argumentandi esse in iure validum tradunt Doct. in l. Non hoc. C. Vnde legit. Fel. in c. Quia verisimile. de præsumpt. Euerard. in loco dictæ argumentationis. Nouell. in pract. crimin. in princ. nume. 112. Verum enim est cæli temperiem non solum corpori, sed etiam animo plurimum prodesse, vel nocere: vnde Aristotelis

testi-

testimonio videmus effætis moribus illos esse, qui in nimio ęstu, vel nimio frigore vitam degunt: de qua re tractat Bald. in l. fin. C. de hær.instit.& Mascard.de probat.concl.1008.num.14. Quintil. cap.10.lib.5.instit.orat.inquit gẽtibus proprios esse mores, nec idẽ in Barbaro, Romano, Græco probabile esse, & Cic.de lege Agraria inquit: Non ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis, ac seminis, quàm ab his rebus, quę ab ipsa natura loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur, & viuimus. Carthaginienses fraudulentos, & mendaces nõ genere, sed natura loci: quod propter portus suos multis, & varijs mercatorum, & aduenarum sermonibus ad studium fallendi studio quæstus vocabantur. Ligures montani, duri, atque agrestes docuit ager ipse nihil ferendo nisi multa cultura, & magno labore quęsitum. Campani semper superbi fertilitate agrorum, & fructuum. Et idem Cic. contra Rullum inquit: Coloni Capuæ in domicilio superbiæ, & in sedibus luxuriæ collocati. Idem de patria est dicendum, quia vt idem Quintil. loco citato ait; Ciuitatum leges, instituta, opiniones habent differentiam: quædam enim facilius admittuntur in vna vrbe, quàm in alia. Qui in marinis vrbibus habitant pessimos esse dixit supra Cicero Carthaginiensium exemplo: & Plato in Phædro inquit; in nauibus educatos illiberales, & malos esse, & ipse Plato Academiam erexit in loco insalubri, vt bonum vitæ suæ habitum, luxuriamque compescerет: vt Diuus Basilius & Hieronymus confirmant. Persasque cupientes regionem suam asperam, & montuosam in planam, & mollem permutare, non permisit Cyrus eorum rex, quia existimauit, vt plantarum semina, sic hominum vitas regionibus similes fieri Plutar. in apophtegm. quam sententiam approbat Arist. libr. 3. politicorum cap. 10. & Cicero in oratione de prouincijs consularibus, & Plato libr. 5. de legibus in fine inquit, magnam esse locorum ad ferendos meliores, peioresque homines differentiam: quippe alij varietate ventorum, & turbidine difficiles, & proterui sunt, alij propter aquas, alij propter cibos, qui ex terra non solum corporibus commodi, aut incommodi oriuntur, verum animis quoque non minus. Sed hoc caput concludamus pulcherrimo textu in terminis in l. Quod si nolit. ff. de ædil. edicto. §. Qui mancipia vendunt nationem cuiusque in venditione pronuntiare debent: plerunque enim natio serui aut prouocat, aut deterret emptorem: iccirco interest nostra scire nationem. præsumptum etenim est quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamatæ: quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Hoc autem indicium ex patria generale, & fallax esse inquit Simanca de hæret. cap. 50. num. 6. & 9. & propria patria vnicuique cęteris præstantior videtur. l. Moueor C. de ser. ex.

fer. export. propter illius amorem dulcissimum. l. Qui habebat, ff. de leg. 3. & Virg. in Buccol.

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.

33 Malum genus etiam facit indicium: præsumitur enim filium esse patri similem Aristotelis iudicio de gener. animalium libr. 1. cap. 10. inquitque ex melioribus meliores procreari probabile esse, & Quintil. cap. 10. lib. 5. Instit. orator. ait: Similes parentibus, ac maioribus suis filij plerumque creduntur, & nonnunquam ad honestè turpiterque viuendum inde causæ fluunt: Nam cum filij parentes suos ament, & ab eis omnia ferè discere soleant: quæcumque in eis vident, bona, honesta, & licita esse putant. qualis igitur pater, talis etiam filius l. Quisquis §. Filij, & ibi gl. C. ad l. Iul. maiest. text. iuncta gl. in l. Quod si nolit. ff. de ædil. edic. §. Qui mancipia l. Si cohortalis. C. de cohortalibus lib. 12. Odofr. in l. 1. ff. de iust. & iur. Io. de Plat. in proem. instit. in §. Quarum. & Poeta liricus inquit:

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et ille etiam dixit:

Sæpe solet similis filius esse patri:
Qualis erit mater filia talis erit.

Et Aristoteles libr. 1. Rhetor. Nobilitas, & educatio ad faciendam fidem adhibetur: verisimile enim est probum ex probis euasisse. Significationem autem horum verborum; genus, & gens tradit Symon de Prætis de interpret. vlt. volunt. lib. 3. dub. 1. fol. 11. nu. 34. Bene igitur in dubio præsumitur de eo, qui est natus ex bonis parentibus l. Quod si nolit. §. Quia mancipia, & ibi gl. & Doct. ff. de ædil. edicto, Io. de Amicis consil. 86. nume. 13. & consil. 134. nume. 10. Luc. de penna in l. Quemadmodum C. de agr. & consil. libr. 11. vers 167. & 168. Cyn. in l. Prouidendum C. de postul. Gand. in tit. de præsumpt. & indic. dubit. Et contra male de eo suspicatur, qui à malis parentibus originem ducit Io. Andr. in c. Semel malus, de reg. iur. in 6. facit c. Si gens Anglorum 56. dist. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 24. Cæphalus cons. 140. num. 30. Imo filios esse parentibus suis peiores videtur dicendum iuxta illud Horatij. Carm. lib. 3. Od. 6.

Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum peior auis tulit,
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Et Demosthenes solitus erat dicere fato nescio quo præstantibus viris accidere, vt improbos generent filios, & Minerua apud Homerum lib. 2. Odyss. sic Thelemacum alloquitur:

Pauci enim filij similes patri sunt,
Plures peiores, pauci autem patre meliores.

Ælius Spartianus hoc multis exēplis confirmat in vita Seueri Imp. & Val. Max. lib. 3. cap. 5. tit. de his, qui à præclaris parentibus degenerarunt. Et apud Euripidem in Heraclitis extat tale dictum. Forsan vnum inter plurimos inuenies, qui parente suo non sit nequior.

quior. Huius degenerationis ratio redditur a Ioanne Huarte in libro, quem examen ingeniorum inscripsit, vbi noua, curiosa, ac præclara traduntur. & ideo summa cum ratione Plutar. de liberis educandis admonet nos, vt cum vilissimis mulieribus liberos non suscipiamus; ne parentum vitijs coinquinentur. Et Euripides in Hercule furente inquit.

Nisi fundamenta stirpis iacta sint probè
Miseros necesse est esse deinceps posteros.

& Virgilius.

Qui viret in folijs venit à radicibus humor:
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Et hac forsam de causa sancitum fuit in legib XII. tabul. vt matrimonia inter patres, & plebeios separata essent. Negari tamen non potest, quod Horat. testatur Sat.6. lib.1. sæpe accidere:

Multos sæpe viros nullis maioribus ortos,
Et vixisse probos, amplis & honoribus auctos.

Plura de hac re scripsit Cyrill in summa crim. rubr.29. De quæst. §.4.num.1.& 2. Siman. de hæret. cap.50.num.10.

34 Parentum autem testimonium etiam conferre ad mores filiorum comprobandos habetur in l. penult. ff.de cur.fur. Luc.de penna in l. vnica C. de quæstor. l.br. 12. Mascard. de probat. concl. 1068. num. 15.

35 Mala educatio facit etiam indicium: verisimile enim est male educatum malum euasisse: & profectò ex ipsa educatione tota ferè hominis vita pendet; vt latè docet Plutarchus in libro De liberis educandis, vbi sic inquit: Vnum esse primum, idemq; & medium, & vltimum in hac re caput, educationem rectam, legitimamque institutionem:& nihilominus homines insipientes nihil minùs curant liberorum educatione: imò sæpe parentes eorum pessimo exẽplo filiorum mores impiè corrumpunt. Sicuti enim maiorum nostrorum bono exemplo ad præclaras excitamur virtutes, vt tradit etiam Abb. in cap Venerabilis. de præben. & in viam virtutis ducimur, vt Salomõ testatur prouerb. cap. 4. dum ait: Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis: quas cum ingressus fuer s, nõ arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum: sic è contrà improbo parentum exemplo ad nefaria crimina patranda filij acutis stimulis incitantur, huiusmodique parentes a Plutar. scelerum consultores filiorum appellantur Cic. libr 1. offic. scriptum reliquit: plerumque parentum præceptis imbuti filij ad eorum consuetudinem moremque deducuntur. & Plato lib 4. de Rep. inquit: Educatio, eruditioque bona seruata, ingenia quoque bona efficit. & libr. 1. de legib. idem Philosophus dicit, caput disciplinæ esse rectam educationem, & Horat. Sat.3. lib.1. ait:

Neglectis vrenda filix innascitur agris.

& Aristoteles lib.2. Ethicorum.

Si

Si quis, inquit, à teneris annis assuescat bene agere, magnum habet in virtute momentum: & contra in malum consuetudo, vitiorum fit maxime sectatrix. Hinc Iuuenalis de eadem re cum loqueretur scriptum reliquit Sat. 14.

Nil dictu fœdum, visuque hæc limina tangat
Intra quæ puer est, procul hinc, procul inde puellæ,
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpe paras nec tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

& in nostris legibus XII. tabul. scriptum legimus: Filius arte carens patris incuria eidem necessaria vitæ subsidia ne præstato, quia ex ocio, & inertia omnia ferè crimina oriuntur, vnde Ouid. de remedio amoris:

Quæritur, Ægysthus quare sit factus adulter:
In promptu causa est, desidiosus erat.

Et notatu dignum est illud Cratetis dictum, se ex altissimo vrbis loco, si fieri posset proclamaturum: Homines perperam agere, dum omne studium in diuitijs comparandis impendant, & filios negligant, quibus ipsas diuitias relinquunt. Ex studijs suis intelligitur puer si munda, & recta sunt opera eius inquit Salomon in prouerb. cap. 20. quod est in canones relatum, in c. 7. de præsumpt. & Horat. inquit.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Et apud Simanch. de hæreticis cap. 50. num. 12. & seq. alia plura in hanc sententiam leguntur.

36 Sexus etiam consideratur: quędam enim crimina facilius ab hominibus, & quædam facilius à mulieribus committuntur: nam, vt inquit Quintil. lib. 5. Inst. orator. c. 10. Latrocinium facilius in viro, veneficium in fœmina credas. Boer. decis. 254. num. 21. Decian. in tract. crim. libr. 6. cap. 34. num. 47. inquit mulierem etiam in sacrilegio excusari, vt mitiùs puniatur.

37 Ab ætate etiam desumitur indicium, non enim omnia scelera æquè omnibus ætatibus conueniunt; alia puer concupiscit, alia adolescens, alia vir, & alia senex; & prout cuique ætati quædam vitia propria sunt, sic ex illis vrgentiora insurgunt indicia: hos ætatum mores egregiè Horat. in Poet. sic expressit.

Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere: & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper
Vtiliū tardus prouisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusque, & amata relinquere peruix.

Com-

Conuersis studijs ætas, animusque virilis
Quærit opes, & amicitias: inseruit honori:
Commisisse cauet, quòd mox mutare laboret.
Multa senem circumueniunt incommoda, vel quòd
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet vti:
Vel quod res omnes timidè, gelidèque ministrat,
Dilator, spe longus, iners, auidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti,
Se puero censor, castigatorq; minorum.

Aristoteles quoque lib. 2. Rhetoricorum accuratè agit de moribus ætatum, ad quem lector accedat, vt multa perdiscat.

38 Conuersatio cum furibus facit furti indicium, quia ex mala conuersatione homines mali euadūt, quamuis natura boni essent, facit l. Ædilea §. Pedius. ff. de ædil. edicto: malorum enim consortia sæpe etiam bonos corrumpunt cap. sæpe 28. q. 1. Plutar. in lib. de liberis educandis monet parentes vt non permittant filios suos cum prauis hominibus consuescere, ne inde aliquod vitij ducant: qui enim cum claudo habitat, subclaudicare discit. Et vt est in trito adagio: Morbida facta pecus totum corrumpit ouile. c. Sed illud in fin. 45. dist. cap. Fertur 1. quæst 1 cap. Referandæ 24. q. 3. Vel quia cum similitudo sit mater amicitiæ, vnusquisque talis esse præsumitur quales amicos sibi deligit: inquit enim Philosophus: Talis qualis quisque est, talium consortio delectatur: similis enim sibi similem quærit c. Recolentes de statu monach. & Iuuenalis Sat. 2.

——dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vuaq; contacta liuorem ducit ab vua.

Hinc prouerbiorum 13. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorum similis fiet, & pares cum paribus, veteri prouerbio, facillimè congregantur, ait Cicer. item in lib. de amicitia inquit: Nihil est quod ad se rem vllam tam alliciat, & tam attrahat, quàm ad amicitiam similitudo: concedatur profectò esse verum, vt bonos boni diligant, adsciscantque sibi quasi propinquitate coniunctos, atque natura: nihil est enim appetentius similium sui, nihil rapacius quam natura. Et contrà inter dissimiles viget naturalis discordia. Horat. ep. 18. lib. 1.

Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi,
Sedatum celeres, agilem, gnauumque remissi.

Et ideò quia Amphion, & Zethus fratres diuersis artibus incumbebant, inter eos amor non vigebat: vnde Horat. eadem epistola:

Nec cum venari volet ille, poemata panges.
Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atque
Zethi dissiluit, donec suspecta seuero
Cōticuit lyra, fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion.

Zethus

Zethus enim agriculturam exercebat, & Amphion musicam, quam tandem deseruit, vt fratris beneuolentiam redimeret. Charondas apud Thurios legem tulit, vt ciues à malorum familiaritate, & consuetudine abstinerent: & actionem prauæ consuetudinis proposuit graui mulcta huic delicto imposita, vt est auctor Diodor. Sicul. lib. 12. Biblioth. Iure igitur Doctores ex hac mala consuetudine, malum præsumentes indicium dixerunt exoriri, arg. text. l. Item apud Labeonem. §. Ab duxisse in fine. ff. de iniur. l. 2. in prin ff. de excusat. tut. l. Si plures. §. Quamuis. ff. de administr. tut. Gand. in tit. de præsumpt. & indicijs dubit. col. 1. Vers. Item habet indagare Bart. in tract. testimoniorum num. 14 Brun. de indic. & tort. quæst. 5. par. 1. num. 2. Guid. de Suzar. in tract. de tortura col. 6. vers. Quærat iudex. Mascard. de probat. concl. 1003. nume. 66. & 1068. nume 6. Ang. Aret. in tract. malef. in verbo. Quod fama publica num. 19. Nouell. in tract. crimin. in princ. num. 124 Blanc. de indic. num. 253. Hippol. in pract. crim. in §. Expedita num. 91. 92. & in suo sing. 351. Amicitia magna, &c. æquiparat amicitiam sanguinis coniunctioni. Bald consil. 95. num. 1. Et conuersatio continuaque familiaritas cum homicida parit indicium ad tormenta. c. sæpe 23. q. 1. Bart. in l. si plures §. Quamuis. §. Si parens ff. de admin. tut. Bald. cós. 95. vol. 1. Alex. consil 119. col. 2. consil. 154 col. 2. vol. 5. Crauet. consil. 220. nume. 12. vol. 2. Ego non semel animaduerti nobiles, ac diuites adolescentes, mala ductos conuersatione, ac prauorum hominum consuetudine corruptos (à quibus libenter in eorum consortium trahuntur, vt si delictum detegatur, non audeant, qui passi sunt reclamare; vel, si opus fuerit, melius in iudicio defendantur) etiam turpia furta commisisse, quod cum imprudenter potius, quàm impudenter egerint prudentes iudices, qui lepram à lepra distinguere sciunt, debent ætati inconsultæ indulgere, familiæque dignitati parcere, periculum infamiæ ostendere, & illis, qui aliorum potius scelere, quàm propria culpa deliquerunt, veniam concedere, illos commonefacere, & laudabili charitate ad bonam frugem traducere: vt etiā nos admonuit Plato, dum libr. 11. de legib. sic scriptum reliquit: Prę terea in singulis iniurijs, vt quis moderatior fiat, mulcta afficiatur: leuiore quidem si propter iuuentutis imprudentiam aliena malitia fuit impulsus, &c. idque præsertim est faciendum in primo lapsu: qui enim illos corrumpunt, maius peccatum habent, & tamquam iuuentutis corruptores seuerè sunt puniendi. Adolescentes igitur qui potiùs per lasciuiā, quàm per fraudem peccant excusandi sunt, vt tradit etiam Nouellus in pract. crim. ad defens. in tit. Homicida quibus ex causis à pœna mortis excusetur, nume. 59. & in tit. An indicia pro reo danda sint numer. 46. Vitanda est ergo malorum conuersatio, vt nos

quoque monent diuinæ litteræ. Prouerb. cap.4. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via: fuge ab ea, nec transeas per illam, declina, & desere eam. Verissimum est enim illud Dauid Psal.17. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris: & alia plura in hanc sententiam adducit Farinac.in praxi, lib.2.tit.de indic.& tort.quęst.52. numer.85. & seq. è contrà bona conuersatio est testis bonæ vitæ, c. Valentinianus cum gl.63. dist. Qui ergò bonorum consuetudine vtitur bonus, & qui malorum malus existimatur Bald.cons.311. col.2.vol.2.Crauet.cons.35.num. 13.& consil.73. nume.12. vol.1. Et hinc est quod conuersatio obligat ad mores, 41.dist.c. Quisquis clem.2.in prin.de Cens.& ibi Card.10.q.3.c.ad mēsam,& ideò, qui hospitantur in Monasterio,nō secus,ac Monachi, à carnibus abstinere debent.

39 Contra detinentes seruos,& familiares fures, ac rapaces insurgit quoque indicium furti. §. Item exercitor in fine Inst.de oblig.quę ex quas.del.nasc.in illis verbis: Et aliquatenus reus fit, quòd opera malorum hominum vteretur l.Si seruus seruum. §.Si quis insulam, & §.si furnum.ff.ad l. Aquil. l.Vnica vers. Cum ergo. ff. de furt. aduer.naut.caup.stab.l. Videamus in prin. ff.locati. Sicut enim ex amicorum consuetudine,sic,& multò magis, ex qualitate familiarium, quos vnusquisq; ad suum libitum deligit, deprehenduntur cogitationes, & mores dominorum. Card.in clem. Ne in agro.§.Porrò in 4. not.de sta. Monach. Iac. de Beluis.in sua pract.in tit.de quęst. col. 5. vers. Quartumdecimum crimen, vbi citat textum in §.Hęc ergo nos, in Auth. de non alien. aut permut.reb.eccl.Blanc. de indicijs nume. 254. Cùm quæreretur à Thoma Sarazanensi, qui postea fuit Nicolaus V.Summus Pōtifex, qualis esset Papa Eugenius IV. respondit, hoc facilè ex eius familiaribus cognosci posse, cum talis sit Princeps, qualis est eius familia,vt Æn.Syluius scribit lib. 4.comment. in dict. & fact. Alphonsi Regis Aragonum. & Demosthenes, vt persuaderet Atheniensibus Philippum esse animi abiecti Regem hoc ex eius vilibus, ac turpibus familiaribus argumētabatur. in Philip.2. Et profectò illud verissimum est quod dici solet: Indignum serui facinus domini improbitatem accusare: & ideò legitur in diuinis litteris c.7. Ecclesiastici: Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem relinquas illum. Tiraq.de nobilitate cap.23.num.9. inquit, illos, qui verè nobiles non sunt, sed quandam velut imaginem nobilitatis gerunt,superbos,rixosos, & arrogantes esse, & habere seruos sibi similes, iuxta vetus adagium: Operculum patella dignū. Et Euripides in Alcmæone apud Stobæum cap.60. Serui dominorum morbis inficiuntur,& Alexis ibidem:

Cæterum erga vulgus seruos similes
Habere videbis mores dominis.

Qui-

Quibus & illud addi potest adagium: Similes habent labra lactucas, & quæ in illud scribit adagiorum auctor. Vlpianus in l. 2. ff. de noxal. act. inquit: Si seruus sciente domino occidit: in solidum dominum obligare, ipse enim dominus occidisse videtur: & imputari dominis factum seruorum, ac famulorum si scierunt, & prohibere potuerunt, nec prohibuerunt. notat Bart. in l. De pupillo §. Si quis ipsi Prætori. ff. de oper. nou. nunc. in 10. quæst. & in l. Prætor ait §. Familiæ, & ibi etiã Rom ff. de publ. & vectig. Felinus in c. Petrus de homic. vbi plures citat Alciat. in tract. de pręsumpt. reg. 3. præsumpt. 40. num. 4. Dec. in l. Nullum crimen. ff. de reg. iur. & bonus est textus in c. Constitutis il primo, & ibi glo. in verbo. Verisimile de testibus: & à delicto improborum seruorum dominos non excusari si delicti ignorantiã adducant, sed teneri, cùm præuidere potuerint à malis hominibus mala fore patranda, & ideò culpa non carere, quamuis dolo careant. facit c. Negligere 2 q 7. & c. Licet Heli in princ. de Symon. d. Clem. Ne in agro §. Porro, & ibi glo. in verbo Familiaribus de stat. monach. & glo. in c. Cùm ad sedem in verbo, Interdictum, vers. Sed non ne ex eo, & ibi copiosè Ant. de restit spoliat. Alber. in 1. parte stat. quæst 50. Item an valere, Alciat. in l. Pronunciatio §. Seruientium. ff. de verb. sign. Dum Verres excusare vellet furta sibi obiecta, diceretque nihil se accepisse, sed Volcatium, qui è comitibus eius erat; Cicero inquit: Comites illi tui delicti manus tuæ erant, quo quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur, & quæ sequuntur. De nautis autem qui non idoneis hominibus nauem committunt, quorum culpa nauis perit, tractat Stracchа in tract. de naut. part. 3. num. 12. Quamuis ergo vera sit regula, Dominos non teneri pro delictis famulorum, vt post alios tradit etiam Plaza cap. 14. libr. 1. Epitom. delict. nu. 2. & Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 86. in princ. Hoc tamen, vt ipse Clarus inquit locum habet nisi dominus aleret in suis ędibus viros notoriè scelestos, tunc enim pro eorum delictis vtique teneretur: & ita optimè multis legibus, & argumentis concludit etiam d. Plaza in d. cap. 14. num. 1. & 3. & dicit hanc esse apud omnes receptam sentẽtiam. & ideo quando dominus vexatur pro delicto seruorum eidem expedit probare ipsos famulos communi opinione fuisse habitos viros probos, & integræ famæ: interdum enim etiam probis dominis improbi serui inseruiunt quia, vt inquit Iuuenalis Sat. 5.

Maxima quæque domus seruis est plena superbis.

40 Vicini, & domestici non carent furti indicio: contra vicinum enim potius præsumitur furtum ab eo esse factum, quàm ab alio l. Si ita §. vlt. ff. de fund. instr. & ibi Bart. l. Ne quid ff. de incend. ruin. & nauf. quia habent ædificiorum notitiam, vt inquit l. Da-

minus horreorum. ff. locat. Bald. in l.1.C.locat.Lucas de Penna in l.Quemadmodum C.de agric. & censit. vers. Nonagesimo præsumitur. lib.11. Guid. Pap. in tract. de præsumpt. numer. 108. Franc. Marz. quæst.181. nume.7. libr.1. Marãta in l.Is potest. ff.de acquir. hæredit. nume.235. Socin. Senior cons.54. col.penult.libr.3. Grammat.consil.22.num.4. Hippol.de Marsil.in pract.crim.in §.Diligenter num.97.Tiraq.de pęnis legum caus.23.num.10. & caus.51. num. 59. Farinac.in praxi. lib.2.tit. de Indic.& tort. quæst.52. num.127. & seq. Cuius quidem rei ea est ratio, quia, vt diximus, vicini habent cognitionem particularem ædium, in quibus furtum factum fuit: non enim videtur verisimile ad illas ædes, vt furaretur, accessisse illum, qui illarum notitiam non habebat, & illarum penetralia ignorabat: & ideo Bartol.in d. l. Dominus horreorum dicit habentes notitiam domus esse suspectos, quando domus frangitur: & has personas facilè torqueri posse ad indagandam veritatem, & M. Ant.Blancus in tract.de indic. nume.412. inquit,officiales, quando occulta crimina committuntur, consueuere vicinos detinere: quia aut ipsi deliquerunt, aut verisimiliter delinquentes scire potuerunt Bald.in d.l. Dominus horreorum. Ias.in l.Si quando num 38. & seq. C. vnde vi, & in l. In actionibus num.42.ff.de in lit.iur. Farinac.in praxi. lib.1. tit.de Indicijs, & tortura quæst.37.nu.15. & seq. Hippol.de Marsil.cons.52. Misericordia Dei num.41. & in pract.crim. in §.Diligenter num.96. Roland. à Valle consil.45.nume.42. vol.1. Ang.de malef.in §.Fama publica, versic. Quæro in quo casu Brun. de indic.quæstio.3.part.1.num.2. & 3. Oct.Vulpel.consil.149.nu.2. vol.1. Mascard. de probat. concl. 831. num. 13. Ex quibus colligitur illud verissimum esse; Malum vicinum esse magnum malum, & bonum rem optimam,vt Hesiodo olim placuit.

Damnum,inquit, malus vicinus, tantumque bonus magna vtilitas.

Sortitus est honorem, qui sortitus est vicinum bonum.

& ideo Varro inter bonas fundi conditiones illud etiam addere solebat: Et bonum habet vicinum. Hoc solatio afficiuntur,qui ædes proprias non habent, sed conductas inhabitant: nam si illis est malus vicinus, inde recedentes facilè hoc incommodum euitare possunt: idque facilius Scythæ euitabant, dum plaustris circumagebantur, vt Horat. testatur lib. 3. Ode 24.

Campestres melius Scythæ
Quorum plaustra vagas trahũt domos
Viuunt.

De quibus agit Valer.Max.libr.5. cap. 4. dum de Dario, & de filio Croesi loquitur. quod non accidit illis, qui proprias habitant ædes: sæpe enim ob malos vicinos acres lites,ac graues inimicitias patiuntur. ab humilioribus autem potentiorum vicinitatem esse euitandam nos monet apologus ille, in quo olla fictilis ollæ æneæ societatem renuit, dum ambæ in amnis

amni traherentur, ne fragilis à firmiori frangeretur: Quid enim cacabus ad ollam? Hinc illud desumitur saluberrimum præceptũ, Cum potentiori non esse ineundam societatem, si quid enim infortunij accidit, illud totum in debiliorem cadit, isque exterminatur illæso potentiore; de qua re agit quoque Alciat. in suo emblematum libello. Hucque spectat illud Salomonis: Nihil cum potente communica: Dissimilium enim est infida societas. Non ineptè igitur qui apologum illum composuit, in quo cochlea à Ioue, omnia interdum, quæ ab eo peterentur concedente, petijt se propriam domum secum deferre posse, vt malos deuitaret vicinos, verissimum est enim: Vicinitatem malam instar infortunij esse, sæpe enim vicinorum incommoda experimur; iuxta illud Horatij in Ep. 18. lib. 1.

Nam tua res agitur paries dum proximus ardet.

Et hinc est vicinum non posse in domo sua exercere artem fætidã, vel molestam vicinis inuitis l. 2. §. Idem ait, si odore ff. Ne quid in loco publ. Cæpoll. de seru. vrb. cap. 48. & in tit. de aere. Nec posse meretricem detinere in sua domo vicinis reclamantibus. Gul. de Cug. in l. 2. C. de summ. trin. Cæpol. de ser. pasc. quæst. 6. Vicinitas ergo sæpe parit incommodum gl. & Card. in clem. 1. §. Terra de pæn. Et ideo nostra interest emere agrum vicinum etiam pretio ingenti, & excessiuo l. Si cui fundus ff. de leg. 2. Est igitur suspectus vicinus, quia habet, vt diximus, ædes notas, & scire facta vicini præsumitur. c. Quosdã, & c. Quanto, & ibi Docto. de præsumpt. Bart. Alex. & reliqui in l. 1. ff. si cert. pet. Tiraq. de pœnis legum caus. 23. num. 2. Corras. in tract. de iure ciuili in artem redigendo part. vlt. cap. 16. & late Mascar. de probat. concl. 1406. & Ouid. lib. 4. Metamorf.

Notitiam, primosque gradus vicinia fecit.

& Cic. in oratione pro Planco ait: scire enim hoc propter vicinitatem facile possum. Faciunt ad hoc argumenta Bald. in d. l. Si ita ff. de fund. instr. instr. leg. vbi inquit, patrato aliquo delicto, vicinos, & domesticos, qui habeant notam domum, vbi factum est delictum, potiùs esse tormentis subijciendos, quàm alios, & sic furtum potius præsumi factum à familiaribus nostris, quàm ab alijs: quod etiam confirmat ibi Salic. & Bart. in l. fin. C. de quæst. & facit quod legitur in cap. 21. Deuteronomij. Sed quid si eiusdem domus etiam illi, qui non erant vicini, habebant notitiam, & erant non integræ famæ? Quid enim operatur ista vicinitas? nonne, & illi, qui in alio vico morabantur potuerunt ad illas ædes sibi notas accedere, & furari? Vicinitas ergo non parit indicium, nisi contra eum vicinum, qui malè audiat, non in eum qui sit bonæ famæ. Bart. in l. 1. §. Serui. ff. de furt. Rolandus à Valle cons. 45. nume. 42. vol. 1. Bald. in l. fin. C. locati. Bart. in d. l. Dominus horreorum, Brun. de indic. in 3. quæst.

3. quæst. princ. in princ. Ang. de malef. in verbo Fama publica col. 6. & ibi Aug. de Arimino in addit. Hippol. de Marsil. in l. Qui falsam monetam in princ. num. 117. ff. ad l. Corn. de fals. Marant. in repet. l. Is potest nume. 235. ff. de acquir. hær. Calcan. cons. 63. Ventura, & fratres num. 2. Tiraq. de pœn. leg. caus. 51. nume. 59. Blanc. de indic. num. 413. Mascard. de probat. con cl. 831. nume. 14. Nouell. in pract. crim. in princ. num. 8. & in tit. vbi agit de furto nume. 25. & in tract. ad defens. tit. An indicia pro reo danda sint: & proposuit hanc hypothesin in vicino malè conditionis, & famæ assiduo domi, in qua furtum commissum est; & contra hunc dicit extare præsumptionem, & ibi plura affert. Si autem tria concurrant in reo, scilicet vicinitas, mala fama, & illius domus assiduitas, poterit torqueri. Tu ergo curiosè, qui adeo libenter aliena perscrutaris, & per alienas ædes, tamquam musca, aduolas, & reuolas, nota ex hac rerum alienarum notitia insurgere indicium: harumque rerum ignorantiam prodesse, & ideo si sapis attende tibi, & quæ ad te non spectant prætermitte. Et recordare dictum Ecclesiastici cap. 21. Pes fatui facilis in domum proximi. Et tu diligens pater familias, vt inquit Sapiens, non omnem hominem introducas in domum tuam, multæ enim sunt insidiæ diaboli dolosi; & caueto à fabris ferrarijs, qui dum seras, & scrinia quotidie domi tuæ resarciunt, & adaptant, ad furta tibi facienda incitantur; & ideo omitte superuacaneas instaurationes, & vana puerorum oblectamenta, ne de te illud Martialis lib. 9. dicatur.

Gellius ædificat semper: modo limina ponit:
Nunc foribus claues aptat, emitque seras,
Nunc has, nunc illas mutat, reficitque fenestras
Dum tamen ædificet, quidlibet ille facit:
Orantiue nummos vt dicere possit amico
Vnum illud verbum Gellius, ædifico.

vel illud Horatij

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis

Et potissimum caueto à fabris lignarijs, qui ipsas ędes construunt, & resarciunt; isti enim quia pauperes sunt, quia ædes habent notissimas, quia facilè ædificia conscendunt, & loca clausa suis instrumentis sibi patefaciunt, vt plurimum maiora furta committũt; ad costruendas, & resarciendas tuas domos, fabros deligito quantum poteris probos, & noli quotidie arcana domus tuæ omnibus patefacere. Vicinus autem alicuius domus dicitur, qui à vicino exaudiri potest l. 1. §. Hoc autem, ff. ad S.C. Syllan. Signorol. consil. 32. numer. 1. Qui dicantur vnde Cic. pro sexto Roscio, Cantu neruorum tota vicinitas personat. Tiraq. de retract. consanguinei §. 1. glo. 9. nume. 21. & Bart. in l. Si tertius in princ. ff. de aqua plu. arc. dicit, illos esse vicinos, qui ex eo loco communem vocem exaudire possunt. Plura de hac re scripsit Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. cas. 222.

caſ.212.& vox ipſa indicat, cum ille vicinus ſit, qui eſt ex eodem vico, ſiue ex eadem vicinia. Cic. ad Atticum libr. 2. C. Arrius proximus eſt vicinus, imo ille quidem iam contubernalis. Et inter vicinos eſt quædam ſpecies coniunctionis: nam quemadmodum magis amamus eos, qui ſunt e noſtra prouincia, quàm ex alijs, & plus ciues quàm aduenas, ſic cariores nobis ſunt vicini, quàm illi, qui ex alijs vicis ſunt. Cic. pro Cluentio: Mihi cum eo vicinitas, & magnus vſus eſt. & pro Plancio inquit: Iam municipia coniunctione, etiam vicinitatis vehementer mouentur. & ad Atticum: Propter vicinitatem totos dies ſimul eramus iuncti.

41 Mala vita rei facit contra eum indicium: Nam, vt inquit Quintilianus lib.5. Inſt. orat. cap.10. ſpectanda ſunt ante acta & dicta: ex præteritis enim æſtimari ſolent præſentia. Quod verum eſt etiam in genere l. Si cui §.1. ff. de accuſat. l. De minore. ff. de quæſt. l. Deſertorem. §. Is qui. ff. de re milit. l. Nō omnis §. A barbaris. ff. eod. l.4. §. Iulianus. ff. de liber. exhib. l. Iubemus, & ibi gl. C. de probat. Blanc. de indic. num.241. Gand. in tit. de præſumptionibus col.1. verſ. Aliquando, & verſ. fin, & hoc propter connexitatem quam habent vitia inter ſe Alciat reg.3. præſumpt.7. numer.2. Menoch. de præſumpt. lib 5. præſumpt.32. num.26. nam, vt inquit Plaut. in Trinummo: Mores mali, quaſi herba irrigua, ſuccreuerunt vberrimè: & inquit c. Mandata Cæleſtia de præſumptio. Ex tranſacta in te vita didicimus, quid de ſubſequenti conuerſatione tua præſumamus. optime facit ad rem. c. Cum in iuuentute de præſumpt.

42 Multò magis hoc verum eſt in ſpecie, vt malus præſumatur malus in eodem genere mali. c. Semel malus de reg. iur. in 6. & ibi Dyn. & alij tradit Blanc. loco citato, & Hippol. de Marſ. in pract. crimin. in §. Diligenter num.99. & ſeq. & ſing.74. Tu habes, & in ſing.393. Regula ſemel malus, &c. Bald. in l.1. prope finem C. ſi quis omiſſa cauſa teſt. Auth. de teſtib. §. Sancimus: & de qualitate perſonæ in ſpecie facit l. Si ſeruus plurium §. fin. ff. de leg.1. Bart. in l. De minore §. Plurimum. ff. de queſt. Nouell. in pract. crim. tit. de homicidio num 5. Maſcar. de probat. con clu.222. & 1068. num.8. & Alciat. de præſumpt. reg.3. præſumpt.2. num.7. Talis enim quis præſumitur qualis antea fuit. Doct. in l. Cū quidam, in l. Pater §. Rogo ff. de leg.2. Card. Alban. in addit. ad Bart. in l. Merito. ff. pro ſocio, vbi hanc concluſionem ampliat duodecim modis.

43 Sed difficultas eſt, conſtante reum in eodem crimine ſępius deliquiſſe, an ob id poſſit torqueri, vt in furto exemplificari poteſt; an reus ſuſpectus de furto, poſſit ideo torqueri, quia antea alia furta commiſerit: & ſic ex quo fuit malus in eodem genere mali, poſſit ob hoc indicium tormentis ſubijci: liquet enim ſolitum furari in dubio furem præſumi gl. in l. Inciuilem C. de furt. facit l. Non omnes

nes §. A barbaris. ff. de re milit. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 7. num. 2. prima limit. Cæphal. consf. 82. numer. 34. Nat. cons. 362. num. 8. & consil. 420. nume. 40. & 422. num. 21. vol. 2. Cacher. in decis. pedam. 88. numer. 27. Riminal. Sen. cons. 391. num. 22. vol. 2. Sic solitus fænerari in dubio præsumitur fænerator glo. in l. Cum allegas C. de vsuris. Communis est sententia, & sic seruatur, ob hoc solum indicium, seu potius præsumptionem, quæ leuior est (semel enim malus non inditiatur vt malus, sed præsumitur malus) non posse reum torqueri, & ita sentit Blanc. de indic. numer. 246. & seq. Farinacius in praxi. tit. de delict. & pœnis. quæst. 23. nume. 20. & seq. vbi multos congerit Doctores sibi consentientes. Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. Diligenter numer. 99. & seq. vbi confutat contrariam sententiam: stat enim inconcussa regula ab omnibus approbata, & præsertim à Bart. in l. fin. ff. de quæst. & à Salyc. in l. fi. C. eod. tit. indicium à maleficio remotum (vt hoc est) non esse efficax ad torturam. Hoc tamen limitatur in fure insigni, qui nullis etiam præcedentibus indicijs torqueri potest. Hippol. de Marsil. in l. 1. numer. 2. ff. de quæst. ex l. Omnes C. de defens. ciuit. post Rom. Barb. & Ang. Aret. & notat etiam Menoch. de arbitr. iudic. libr. 1. quæst. 48. num. 8.

44 Si tamen per triennium post delictum, rectè reus probet se vixisse cessat præteritæ nequitiæ suspicio, & vitæ emendatio arguitur. Giul. de Bened. in repet. cap. Raynutius §. Qui cum alia nume. 274. de testam. Sal. in l. Si minorem C. de in integr. restit. min. Alex. in l. Si fideiussor §. Si satisdatum. ff. Qui satisd. cog. Iul. Clar. in sua pract. crim. quęst. 21. in princ. Decius consi. 163. col. 8. in prin. Imol. in c. Cum deputati de iud. Ias. in l. Si prius col. 15. in prin. ff. de oper. no. nunc. Curt. Iun. in l. 1. num. 36. C. de prohib. seq. pec. Farinac. in prax. lib. 1. tit. de delicto quæst. 23. num. 26. & seq. Imo si post delictum constat delinquentem probum euasisse, & sic ad bonam frugem fuisse conuersum non debet præteriti sceleris pœnas luere, post alios scribit Marsil. in l. Qui falsam monetam in prin. num. 49. ff. ad l. Corn. de fals. Complures enim, quamuis in iuuentutis feruore, quando motus animi rationi non parent, vitam suam varijs criminibus commaculauerint: tamen postea ex longa rerum experientia prudentes effecti, præclaram traduxerunt vitam, vt Val. Max. lib. 6. cap. 8. de Q. Fab. Maximo, & de C. Val. Flacco testatur: & Cic. in oratione pro Cælio inquit, multos vidisse, & audiuisse, qui totam adolescentiam sacrilegijs, rapinis, luxuria, ac varijs vitijs inquinarunt, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam recepisse.

45 Mala fama, quæ ex improba vita, prauisque preteritis actionibus oritur, in eodem genere mali præsertim, producit indicium contra reum: & ratio est, quia ex frequentibus actibus fit habitus, qui in-

naturam conuertitur: ea autem quæ secundum naturam fiunt iucundè fiunt, & iccirco etiam libenter: vnde præsumitur illud facilè fieri, quod sæpè antea factum fuit: & hinc est quod Oratores dicunt; vitam hominis ex antea factis esse spectandam l. De minore §. Tormenta. ff. de quæst. in illis verbis: cuius æstimationis quisque in ciuitate sua est. Istamque malam famam facere indicium tradit gloss. in l. In ciuilem, & ibi Bald. & Salyc. C. de furt. Salyc. etiam in l. Si fugitiui C. de ser. fug. gl. in l. Cum allegas C. de vsuris. Bart. in l. Cassius. ff. de Senat. & in l. fin. ff. de quæst. & cons. 191. Domino Paci, Aret. consil. 73. Diligenter, & maturè nume. 10. & seq. idem Aret. de malef. in verbo, Fama publica, vers. Et an fama. Hippol. de Marsil. in d. l. De minore §. Plurimum num. 27. & seq. & in rubr. C. de probat. num. 214. & 343. Blanc. de indic. nume. 410. & 411. Brun. de indic. quæst. 3. i. par. nu. 2. Mascard. de probat. li. 2. concl. 831. num. 10 & 11. vbi plures alios allegat, prout facit Farinac. in praxi. libr. 1. tit. de delicto quæst. 33. num. 51. quos prætereo, cum id sit exploratum. Non tamen hoc est indicium sufficiens ad torturam, vti à crimine remotum, vt attestatur Bart. in l. fin. ff. de quæst. Marsil. in d. §. Plurimum quoque num. 27. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 21. versic. 1. vbi inquit, Famam esse indicium, valde à delicto remotum, & valde fallax. Farinac. in praxi lib. 1. tit. de Indicijs, quæst. 37. numer. 66. idem Blanc. loco citato, & etiam numer. 311. & seq. vbi recenset requisita ad famam. & Nouell. in pract. crimin. sub tit. de puro homicidio nume. 17. plura quoque adducit; & dicit infamiam quattuor producere effectus, vt ibi per eum. Verum si fama esset frequens, & admodum vehemens, etiam sola faceret indicium ad torturam Bart. consil. 191. Domino Paci li. 1. Marsf. sing. 97. Fama, &c. Fel. in c. Veniens il primo nu. 15. de testibus Plotus in l. Si quando num. 891. C. Vnde vi. Quæ autem sit frequens, & vehemens fama est in arbitrio iudicis, vt tradit Marsil. in l. Quæstionis modum num. 19. & 47. ff. de quæst. quem secutus est Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. num. 2. & 3. Sed cum mala fama dicitur præsupponitur etiam bonam reperiri in illis, qui reputantur boni, vt mala in illis qui creduntur mali: Fama enim est opinio, quæ de conditione, & moribus alicuius habetur. Bona autem fama est æstimatio bonæ vitæ alicuius; & mala fama est æstimatio malæ vitæ: & sicut mala fama est res pessima, & valde præiudicialis, & appellatur infamia, sic bona est optima, & preciosa, vt legitur etiam in diuinis litteris. Salamon in Prouerb. cap. 22. Melius est bonum nomen quàm diuitiæ multæ: & cap. 41. Ecclesiastici: Curam habe de bono nomine; hoc. n. magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi, & magni. Plaut. in Mustellaria: Et si bonam famã mihi seruasso, sat diues ero, & Philelphus in Satyris.

Omnia

Omnia si perdas famam seruare memento:
Qua semel amissa, postea nullus eris.
& Laberius in suis Mimis inquit: Honestus rumor alterum est patrimonium: & nimirum si bona fama, tamquàm magnum bonum, rependitur cum sit proprium virtutis præmium. Et qui propriam famam negligunt, dicentes sibi coram Deo sufficere bonam conscientiam, à Di. Augustino reprehenduntur qui in hunc modum concludit, vt habetur in c. Non sunt 11. q. 3. Quisquis à criminibus flagitiorum, atque facinorum vitam suam custodit, sibi bene facit: quisquis autem etiam famam, & in alijs est misericors: nobis enim necessaria est vita nostra, alijs fama nostra. Duo enim sunt nobis necessaria fama, & conscientia; fama quo ad proximum, conscientia quo ad Deum, & quo ad nos. c. Nolo 12. q. 1. & in c. Non sunt audiendi 11. q. 4. Abb. in cap. Monasteria in gl. 1. de vita, & honest. cler. De fama vide, quæ plenissima manu post alios scripsit Farinac. lib. 1. suæ praxi. tit. de Indicijs q. 47. Rectè igitur dictum, famam bonam esse thesaurum inæstimabilem, & sicut libum dare suauitatem odoris, Bald. in l. 1. col. 5. C. de confessis, & mirabilem effectum producit, vitamque dat rebus inanimatis, & atra in candida conuertit. Boss. in tit. de inquisit. nu. 37. & veluti sol illustrat corpus nostrum, vt dixit Bald. in cap. Veniens, de testib. Ad defensionem ergò reorum meritò Aduocati semper, & in quocunque crimine proponunt capitula de bona fama eorum, & ideò appellatur herba betonica habens virtutes plurimas; & bona fama probata elidit vnum inditium, Bald. in l. fin. C. de probat. Alex. in l. fin. ff. de quæst.

46 Illud autem vulgatum est verissimum, magis esse credendum testibus deponentibus de bona fama alicuius, quàm illis, qui de mala deponerent, etiam si illi essent illis pauciores. c. Cum in tua de sponsal. Abb. in c. Cum oporteat in fine de accusat. numer. 10. Bald. consil. 166. Proponitur in fine vol. 2. & cons. 77. col. 2. vol. 3. Corn. cons. 261. col. 9. vol. 4. Ancher. cons. 189. num. 7. Innocen. in c. Qualiter, & quando de accusat. Fel. in c. Cum contingat col. 2. de rescript. Socin. consil. 54. col. 2. vol. 3. Crauet. consil. 276. num. 12. Alex. cons. 150. col. 5. vol. 5. Hippol. de Marsil. in l. De minore. §. Plurimum num. 91. ff. de quæst. De fama plura vide scripta per Hippol. de Marsil. in d. §. Plurimum quoque l. De minore ff. de quæstion.

47 Ex transitu insolito, & viæ frequentatione, sicut in homicidio oritur indicium, & arguitur delictum Bart. in l. fin. numer. 5. ff. de quæst. Salyc. in l. fin. nu. 9. C. eod. tit. Blanc. de indic. nume. 70. Paris de Put. in tracta. Sindic. in verbo, Tortus cap. 3. num. 13. in fine, & in verbo, Tortura cap. 5. in princ. Cason. de indic. tract. 3. cap. 2. nu. 2. & 3. Boss. in tit. de indic. & consid. ante tort. Canonistæ in c. Tertio loco de prob. Nouell. in pract. crimin.

min.in princ.num.59. & ad defensam tit. An indicia pro reo danda sint num. 63. Et si constat de occisore præsumitur eum deliberatè, & præmeditatè occidisse, vt Nouell. Cason. & Blanc. in locis supra citatis testantur. Sic accidit in crimine furti; fures enim tamquàm periti milites vt rem optatam facilius consequantur, locum præuidere, & ante explorare solent: & ob id transitus insolitos, & frequentes conficiunt; ex quibus cōtra eos oritur indicium arg. l. Iusto. ff. de vsucap. & docet Bart. in l. 2. C. de curs. pub. libr. 12. Doct. in l. fin. ff. de rer. diuis. & hoc indicium in homine malæ conditionis, & famæ sufficere ad torturam maxime si non est solitus illud iter frequentare scribit Farinac. in praxi. tit. de indic. & tort. lib. 2. quæst. 52. num. 142. 143. Et ille, qui deprehenditur extra viam publicam, incidit in malam suspicionem, vt habetur in l. Si quis. C. de curs. pub. libr. 12. Io. de Plat. in d. l. 2. Blanc. de indic. nume. 71. & quando reus fugit per loca deuia, & insolita, maiori indicio grauatur. vt tradit Gramm. consi. 17. num. 11. vbi dicit loci qualitatem attendi ad reddendum reum suspectum. Nouell. in princip. suæ pract. crim. nume. 25. & nume. 52. tractat de indicio assumpto ex loci obseruatione, & num. 59. & 60. & de transitu insolito agit etiam in dicta pract. crim. ad defens. in tit. An indicia pro reo danda sint num. 63. Quintil. cap. 10. libr. 5. instit. orat. inquit duci argumenta ex loco ipso, dum spectatur ad fidem probationis, an montanus, vel planus sit, maritimus, vel mediterraneus, consitus, an incultus, frequēs, vel desertus, propinquus aut remotus, opportunus consilijs an aduersus; vt etiam præclarè tractauit Cicero in oratione pro Milone. Beneuen. Straccha in tract. de nautis part. 3. num. 6. agit de nautis, qui, recta nauigatione contempta littora deuia sectātur: quos inquit. esse in culpa, & teneri de naufragio, & de depradatione facta à pyratis; & faciunt ad propositam materiam quę scripsit eodem in loco sub numer. 15. 19. & 20. Quando autem ex transitu per vias inusitatas præsumatur mercatorem vectigal soluere noluisse, docet Mascard. de probat. concl. 834. num. 23. & seq. & legitur in Euangelio, non intrantem per ostium furem esse, & latronem.

48 Deprehensus in loco furti habet contra se indicium, vt habet ille, qui reperitur in loco homicidij commissi. Bart. in l. fin. ff. de via publ. gloss. in l. Ciuilem C. de furt. Bart. & reliqui Doct. in l. Iustè in princ. ff. de vsucap. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de homic. § 1. vers. sed pone, Guid. de Suzzar. in tract. de indicijs dicit hoc verum esse, si hic deprehensus in loco delicti, consueuerat huiusmodi delicta committere: & tradit Carrerius in l. Obseruare curabis num. 127. C. Quor. appell. non recip. Bart. in l. Ædiles. ff. Ne quid in loco publ. Paris de Put. in tract. sind. ver. Mandauit Rex nume. 13. Lud. Rom. in l. 1. §. Hoc rescriptum.

scriptum.ff. ad S.C.Syllan.Spec.in tit.de teste. §. 1. vers. Sed si quattuor Dyn.in l. 1.§. Hoc autem Senatusconsultum. ff. ad S. C. Syllan.Gramm. vot.23. & 24. consil. 32. num. 10. Fel.in cap. Afferte de præsumpt.col.antepenult. Quintil.cap.10. libr.5. instit.orat. dicit genera credibilium tria esse, vnũ firmissimum quod ferè accidit, vt liberos à parentibus amari: Alterum veluti propensius; Eum qui rectè valeat in crastinum peruenturum: Tertium tantum non repugnans; in domo furtum factum ab eo qui domi fuit.

49 Contra deprehensum in furto, idest in flagranti crimine nullum est indicium, sed plena probatio per facti euidentiam, & ideo potest illico puniri, & patibulo tradi, vt tradit Hippol.de Marsl. in l. vnius §. Cogniturum nu. 84. ff. de quæst. & in l. Vnica. C. de rapt. virg. nu.88. & 89. & in rubr. C.de probat.num.157.& seq.dicit probationem per rei euidentiam omnibus alijs probationibus præferri: idem dicit Bald. in d. rubr. de probat. col.1. & in l.1. C. si aduers. libert. facit c. Euidentia de accusat. Abb. in c.1. de purg. can. Iaf.in l.1 ff.de no op.nunc. nu.10. Card.Alban.consil.97.num.3. vbi plura adducit gloss.in cap. Ad nostram il terzo, in verbo Requirit, de iureiur. Mascard. de probat. vol.1. quæst. 8. in qua ex professo tractat, de probatione quæ fit per euidentiam facti, vbi plura ad hãc materiam pertinentia adducit, ad quem lectorem remitto. Vide tamen Abb. in c. Cum non ab homine, versic. Ad secundum de iudic. Alex. consil.a 16. Ponderatis num.2.& seq.vol.3. Debet nihilominus furem in flagranti captus constitui; & si furtum neget potest statim quæstioni applicari: & ita Assessores in praxi obseruare tradit Angel. in l. Interdum §. Qui furem numer. 8. ff. de furt. quem refert, & sequitur Iul.Clar. in pract.crim. quæst.8. vers. Scias tamen illique debet significari, vt faciat defensiones suas, eique copiam indiciorum tradi. Nec iudex debet affectare sanguinem reorum: nec capitales sententias fulminare: præcipitata enim sententia est nouerca iustitiæ. In leuioribus autem delictis iudex potest illico punire reum captum in flagranti crimine: verbi gratia vt fustigetur fur, vel ad cathenam damnetur absque alio processu, & ita obseruari testatur Angel.à qua consuetudine dicit non esse recedendum, & illum refert Paris de Put.in tract. sindic. fol.287. nu.8. & ita etiam testatur Bart. in l. Leuia nume. 12 ff.de accusat.& dicit Ang.in l. Ictus fustium numer. 2. ff.de his,qui not.infam.hodie seruari, vt deprehensos in vuarum furto ministri ducant, absque vlla sententia, per vrbem cum vuis ad collum appensis, quod est species infamię, & sic sine iudicis sentẽtia pœnam irrogari: quod in persona nobili, non esse seruãdum nos admonet Iul.Clar.in pract.crim.q.8.

50 Si autem in loco furti instrumentum ad furandum repertum fuerit, vel alia res à furibus relicta; non solum furtum fuisse factum

appa-

apparebit, sed contra dominum, seu potius possessorem illius rei, graue insurget indicium. Grat. consil.95.nu.20. Hippol. de Marsil consil.8.num.2.& nu.5. Blanc. de indic.num.427.versic. Res aliqua, Paris de Put. in tract. Sindic. col.6. Fuit interdum fur inuentus hoc modo: quidam noctu ex apotheca furatus fuerat merces quam plurimas, ibique palo ferreo, quo ostium fregerat relicto, eo inuento, ac in iudicium perlato, iudex inspexit pali signum, seu mercum, solent.n.fabri operibus suis proprium signum apponere, vt illius auctor agnoscatur (prout recognosci doctè scribit Mascard. de probat.concl.1048.& cōcl.160.) euocato pali auctore ab eo iudex quęsiuit, cui nam palum vendidit, à quo nominatis quibusdam, qui ab eo palos emerant, detentis illis, qui erant suspecti, delictum fuit in comperto, & fures laqueo suspensi. Empedocles Poeta vt homines crederent, suo corpore nusquam inuento, illum ad superos euolasse, in ardentē Ætnam se deiecit: verum cum eius ferreæ crepidæ ab impetu flammarū postea eiectæ, fuissent repertę in loco delicti mortales illius stultitiam riserunt, de quo Horat. in Poet.

——Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles ardentem frigidus Ætnam
Insiluit; sit ius, liceatque perire Poetis.
Inuitum qui seruat, idem facit occidēti.

De re autem relicta in loco delicti ex qua insurgit indicium vide Cic. de inuent. Quintil. lib.5.c.9. & 10. & Auth. ad Herennium lib. 2. ait: In consequenti tempore spectabitur a quo factum sit, hoc modo, si telum, si vestimentum, si quid eiusmodi relictum sit &c. & Cic. in partitionibus inquit: Consequentia quædam signa pręteriti, & quasi impressa facti vestigia. & quæ sequuntur. Mascard. de probat. vol.1.q 8.numer.24. refert quomodo in sua patria Sarazanæ, patricius quidam inuenit rusticum furem, qui noctu ex illius agro peponas subtraxerat, cū enim, rusticorum more, quasdam peponas etiam in loco furti comedisset, in corticibus impressiones dentium furis apparebant: & cum fur ille duobus anterioribus dentibus careret, ex illa distantia, ac tali dentium vestigio in iudicium vocatus, & de furto conuictus dignam mulctam reportauit.

51 Instrumenta furum si in domo alicuius, vel penes aliquem repetiuntur, graue in eum assumitur indicium: debet enim accuratus iudex illico mittere ministros, vel etiam ipse accedere ad perquirendum in eius domo, & in eius vestimentis, quibus indutus est: & de repertis debet diligenter in constituto interrogari à quibus habuerit, & ad quod opus exercendum illis vtatur. Instrumenta autem furum sunt claues quædā, quibus ferè omnes seræ aperiuntur, quæ à nobis vulgò grimaldelli appellantur. Item nouaculæ, vel cultri rasorij, forfices ex parte dorsi cędentes, quas fures in vestimenta immittunt, & per se apertæ facilimè incidunt, ita vt inde marsupium, aut spontè exeat, aut nullo

nullo negocio extrahi possit, harpagones quibus rès remotas ad se attrahunt, lapis filicis, cum alijs necessarijs ad excutiendum, & accendendum ignem, & maximè si hæc reperiuntur secum fures habere: noctu enim alienas ædes ingressi, omnibus dormientibus, lumen accendunt vt furari possint. Panis, vel venenum quod solent canibus porrigere ne ab illis detegantur. Calcei quoque lanei, scalæ ex cannabe, vel serico confectæ, & alia huiusmodi sunt furum instrumenta. Item si in eorum domibus reperiuntur latibula, ac abditi recessus ad res occultandas. Ex huiusmodi rebus desumitur nō leue furti indicium Farinac. in praxi. libr. 2. tit. de Indic. & tort. quæst. 52. numer. 163. inquit ex præparatione armorum, seu alterius rei, vel instrumenti ad delinquendum insurgere indicium. Cason. de indic. & tort. tract. 3 cap. 4 numer. 1. Vt in crimine homicidij ex armorum qualitate resultare indicium contra reum post alios tradit Blanc. de indic. nume. 65. Bald. & Salyc. in l. 1. C. de emend. seruorum facit l. 1. §. Diuus. ff. ad l Corn. de Siccar. & in crimine falsæ monetæ dum penes reum reperiuntur instrumenta falsam monetam cudēdi tractat Hippol. de Marsil. in l. Qui falsam monetam in princip. num. 105. & 114. ff. de fals.

52 Scala autem si reperta fuit sub fenestra domus, in qua furtum factum fuisse dicitur, furtum fuisse commissum prçsumitur: qui enim in alienas ædes insolita via ingreditur, præsumitur fur, iuxta illud Euangelij Ioannis cap. 10. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde ille fur est, & latro. Quòd si probetur cuius fuerit scala, contra illius dominum extabit indicium: & maximè si est vir diminutæ: si autem esset vir integræ famæ, vel scalam in loco aperto seruare consueuisset, vt villici faciunt, ex quo loco alij scalam accipere potuissent, in neutro istorum casuum extaret indicium ad quæstionem. Paris de Put. in tract. Sindic. in verbo an stetur dicto torti col. 7. versic. An si reperiatur. Blanc. de indic. nume. 428. & Salyc. in l. fin. C. de quæst. & de scalis ad furandum adhibitis meminit quoque Iustinianus in §. Interdum quoque instit. de oblig. quæ ex del. nasc. ibi: Qui scalas forte fenestris supponit. & facit l. fin. ff. de rer. diuis. in illis verbis: Si quis transcenderit scalis admotis. vbi Bal. dicit ascendentem noctu cum scalis alienam domum puniri debere pœna vltimi supplicij. & licet pro executione cuiusdam statuti, quidam nobilis adolescens Neapolis fuerit morte affectus ob tale crimen, illam tamen sententiam fuisse crudelem, & per totam Italiam contemptam (quamuis Grammat. decis. 36. illam conetur tueri) tradit Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 68. versic. Ascendens cum scalis. Vide decis. Affl ct. 276. & Mant. consil. 31. numer. 2. libr. 2. & d. l. fin. non loquitur de ascendente domum priuatam, sed de Remo fratre Romuli, qui ad-

motus

motis scalis mænia ciuitatis transcendere voluit, quod est hostile, & abominandum vt ipsa lex inquit, idque etiam nostris temporibus capitali pœna interdum vindicatum fuit; quod tamen tempore belli non autem pacis esse intelligendum, & obseruandum habetur apud Iul. Clarum in dicta quęstio. 68. versic. Muros ciuitatis. Sed de hac materia plura poteris lector videre apud Prosper. Farinac. in sua prax. crimin. tit. de delictis, & pœnis. quæst. 20. nu. 145. & sequentibus.

53 Ab ipsis vestibus etiam contra furem interdum insurgit indiciū, exempli gratia, si noctu fuit inuentus laruatus, vel alieno habitu indutus, succincto, ac expedito: ita enim incedere solent fures, vt non cognoscantur, & vt melius possint alienas ædes conscendere, facilius bona asportare, & se facilius fugæ committere. quas quidem laruas tanto odio ius canonicum prosecutum est, vt monstra laruarum appellauerit in c. Cum decorem de vit. & hon. cler. In scelestos laruatos extat lex Veneta anni 1549. 18. Iulij Consilij X. Virum, quę cuicumque facultatem impartitur impunè eos interficiendi, & mandat pagorum communibus, vt contra illos pulsent campanas, eos capiant, & interficiant; conceditque eorum arma, equos, pecunias, & quodcunque penes illos reperitur interfectoribus. Altera quoque extat lex eiusdem Consilij 19. Februarij 1561. quæ prohibet sclopetos, & balistas sub certis pœnis, quas tamen mandat duplicari in laruatis, qui talia arma deferrent. Sed hoc loco liceat in modum parergi dicere amico nostro, (nobili quidē, & si non Senatori, at saltem non vulgari subsannatori, & in litteris adeo versuto, vt non prorsus nomine liturati viri sit indignus) vt licet aliquando meum sclopum subriserit, nunc in nostros sclopetos cachinnum non excitet, audiatque, & discat me & tunc, & nunc rectè dixisse. Persium inquam audiat sic Sat. 5. dicentem.

Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas.

Quod autem ad vestes attinet earum origo fuit post lapsum primorum parentum: vt primum enim peccarunt aperti sunt oculi amborum, cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata vt Geneseos cap. 3. legitur. & postea ibi quoq; scriptum est: Deum Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas fecisse, & eos induisse. Cic. de oratore inquit, vestem primò frigoris depellendi causa repertam fuisse, & postea ad ornatum, & dignitatem corporis fuisse adhibitam. Sed Plutarchus quæst. 6. Symposiacon 6. inquit vestes nec calidas, nec frigidas esse; & ideo Germanos illis contra frigus vti Æthiopes vero contra æstum. Cum postea legibus, & moribus receptum fuerit, vt secundum varias personarum qualitates, varijs vestibus homines vterentur digni tatis ergò, aliæ enim sunt vestes clericorum. cap. clerici de vit. & hon. cler. & aliæ Monachorum in clem. 2.

clem. 2. §. 2. de vit. & honest. cler. & etiam vt Miles à Doctore, monachus à laico, plebeius à Senatore discernerentur, istisque notissimis signis dignoscerentur. Et si quis esset, puta, Doctor, & Miles, in actibus doctoralibus vestes doctorales gestare deberet, & in militaribus militares, per tradita à gl. in c. Ecclesiastica 23. dist. quam sequitur Io. And. in c. Vt quisque de vit. & hon. cler. & in terminis nostris loquitur Lud. Rom. sing. *366.* Hoc tamen esse intelligendum non de necessitate, sed de libertate: ita vt non cogantur, sed possint pro libito vestes vtriusque dignitatis portare glo. in l. Vnica C. de honoratorum vehiculis lib. 11. & ibi Bart. dicit, licet viris in dignitate constitutis concessum sit vti carrucis per vrbem, non tamen coguntur, sed volentes ipsis vehiculis vti possunt, & Doctorem posse vehiculo vti sicut Princeps habetur in l. 1. C. de honor. vehic. lib. 11. & sic inquit ibi Bart. de Doctoribus, qui non coguntur semper gestare insignia doctoratus, sed possunt si velint, etiam vbi adest Princeps. Sed ò tempora, ò mores, per vrbem nunc in huiusmodi illustrium virorum sellis trahuntur vilissimæ, ac infames pecudes, meretrices, pellices, cinędi, & hoc genus omne. Sed ad vestitum redeamus, in quo non minus peccatur in exuperãtia, quam in defectu: non enim minus reprehensionem merentur, qui in hoc nimiam exquisitam diligentiam adhibent, vt molles, ac vani videantur; quàm qui nimiam negligentiam vt agrestes, & sordidi: in vestitu ergo mediocritas quoque retineatur, vt præcipit summus Pontif. in cap. 1. 41. dist. & c. 2. de pæn. c. Principium dist. 1. Card. in clem. 2. de vit. & honest. cler. Et idem affirmat etiam Cicero lib. 1. officiorum. Quomodo autem, & quibus aureatę, & preciosæ vestes concessæ sint habetur in tit. de vestibus holoberis C. lib. 11. Aduocati quoque coram iudice debent vti vestibus talaribus, & suo officio congruentibus, vt animaduertit etiam Specul. in tit. de aduocato. §. 2. in princ. Quia quemadmodum illos contemnere videmur coram quibus neglectis vestibus vtimur: sic est reuerentiæ, & honoris indicium ad aliquem elegantissimis vestibus accedere: in domibus enim Regum sunt qui mollibus vestiuntur Lucæ c. 7. Et ideo Principes inter se congrediuntur preciosis vestibus induti. Seneca inquit vxori Neronis: Indue te delicatè charissima, non propter te, sed propter honorem imperij, relatum a Specul. in d. §. 2. de aduocat. & quod attinet ad Aduocatos hoc semper in illis, & in omnibus, qui auram popularem aucupãtur, fuit obseruatum: est enim quoddam aucupij genus: nam quemadmodum si essent sordido paliolo induti, pauperes à plebe existimarentur, & per consequens indocti: qui enim ex arte sua non lucratur imperitus est: sic cum ex splendido vestitu bene nummati credantur etiam periti censentur: verum est enim illud quod dici solet.

Vir

Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus
Creditur à mille, quamuis idiota sit ille.
Si careat veste, nec sit vestitus honestè,
Nullius est laudis, quamuis sciat omne quod audis.

& ideo Gel. lib. 1. cap. 5. noct. attic. inquit, Demosthenem, & Hortensium celebres oratores nimio corporis cultu fuisse notatos: sed hoc etiam eos fecisse dici potest, quia frequẽter coram principibus viris, & magistratibus versabantur, dum causas agerent. Cum igitur vnusquisque proprium habeat vestimentorum genus illorum mutatio non fit sine causa. Mutabant antiqui vestem quando reo aderant, vt ex Cic. oratione pro Cn. Plancio apparet: fiebat etiam ob deprecationem: & propter luctum quoque, vt sua causa fuisse factum gloriatur Cic. in oratione pro P. Sextio sic inquiẽs: Quid enim quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quàm pro vno ciue, & bonos omnes priuato consensu, & vniuersum Senatum publico cõsilio mutasse vestem? quæ quidem tum mutatio non deprecationis causa est facta, sed luctus, &c. Et permittitur etiam clericis ex causa habitum mutare. c. Clerici officia, de vit. & hon. clericor. his verbis: Nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. & ibi notat glo. & in clem. 2. de vit. & hon. cler. & de clerico incedente alieno habitu tractat Marsi. sing. 383. Clericus incedens. Cic. in oratione pro C. Rabirio eum defendit quod aliquando ex causa alienum vestimentum sumpserit: idque interdum licere exemplis Romanorum quorundam Senatorum confirmat. & alijs etiam de causis fiebat vestium mutatio: vt latè recenset Petr. à Plaza cap. 5. libr. 1. epitom. delict. & propter festiuitatem, vel ratione loci vestium mutatio concessa est. Card. in clem. 2. quæst. 3. de vit. & hon. clericorum. Cum igitur hæc mutatio non fine causa fiat: hinc est insurgere, vt diximus, indicium contra eos, qui alienis vestibus reperiuntur induti, cum re vera alij sint, quàm profitentur: ita vt in eos euangelicum illud dici possit: Veniunt in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Si ergo quis reperitur in habitu furum, creditur fur: talis enim quis esse præsumitur, in quali habitu reperitur cap. Si quis virgines de sent. excom l. Diuus. & l. Sed si accepto. ff. de iure fisci: & inquit Vlpianus in l. Item apud Labeonem. §. Si quis. ff. de iniur. in hunc modum: Si quis virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas, minus peccare videtur: multo minus si meretricia veste fœminę, non matrumfamiliæ vestitæ fuissent: si igitur non matronali habitu fęmina fuerit, & quis eam appellauerit, vel ei comitem abduxerit, iniuriarum non tenetur. Postea idem iu … ölultus inquit. Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Et ex qualitate habitus iniuriam esse atrociorem inquit l. Atrocem C. de iniur. Ideo iure merito Imp.

in l. Mimæ. C. de episc. aud. prohibuit meretricibus habitum virginum Deo dedicatarum; per quam legem Bald. ibi notat inter habitum meretricalem, & matrimonialem esse debere distinctionem; & meretrices cogi posse ad gestandum habitum distinctum, vel aliquod signum, vt ab honestis mulieribus internoscantur, quemadmodum obseruatur in Iudæis. Vnusquisque enim secundum suum ordinem, & dignitatem debet proprias vestes portare clem. 2. de vit. & hon. cler. & ibi glo. in verbo Congruentibus; & portare debet suas vestes patentes non occultas gl. in d. clem. 2. in verbo Extrinseci, vbi agit de Monacho, qui portabat habitum suum, sed alio habitu clericorum secularium tecto. Venetijs meretrices ab honestis mulieribus cognoscuntur; extat enim lex X. Virum 1572. 28. Martij, qua fuerunt ex vrbe Veneta eiectæ omnes meretrices, quæ per quinquennium ante ad vrbem accesserant sub pœna sex mensium carceris, & soluendi ducatos 25. secreto accusatori: & secundò eis duplicetur pœna: & tertiò eisdem nasus amputetur. Alijs autem meretricibus prohibentur domicilia penes ecclesias, earumque introitus tempore frequentiæ personarum, nec cum honestis mulieribus se permiscere, nec ad ecclesias vbi solemnia fiunt accedere, nisi solitarijs primis horis pomeridianis. Et in simili in iure canonico prohibentur ludi in ecclesijs, in quibus fiunt vestium mutationes, & laruæ interueniunt, & qui ludibrio habitum monachorum gestant damnantur in Auth. de sanct. epi. §. vlt. colum. 9. & tradit gl. in c. Cum decorem de vit. & hon. cler. in verbo Laruarum. Quales autem esse debeant vestes clericorum distinctè dicitur in c. Clerici officia de vit. & hon. cler. Et plura circa superfluas pretiosas vestes mulierum, & hominum annotauit Boer. ad Dyn. in c. fin. de reg. iur. in 6. & habetur etiam in clem. 2. de vit. & honest. cler. Nec mirum ex qualitate habitus indicia in fures insurgere, vt diximus, cum ex ipsis met vestibus, morum etiam intrinseca honestas, siue turpitudo, & sic animi etiam affectus, & passiones internoscantur. d. clem. 2. de vit. & hon. cler. quod animaduertit etiã Lancell. in suis canonicis Instit. in tit. de vit. & hon. cler. §. oportet: & in c. fin. 41. dist. ex Di. Augustini auctoritate habetur, incompositionem corporis inæqualitatem mentis indicare. Cum autem in diuinis litteris Deuteron. cap. 22. vir prohibeatur, vti veste mulieris, & e contra; quamuis hoc misticum sensum contineat, non tamen littera à proposito nostro abhorret. Vestimentum autem viduæ non esse pro pignore accipiendum Deuter. cap 24. ob honestatem vidualem, & in gratiam miserabilium personarum sancitum fuit. & sic in vestibus doctoralibus est obseruandum, vt a creditoribus non auferantur Doctoribus, nec arma militibus. Vxor autem non potest viuente marito vti habito viduali, ipso marito con-

contradicere, quamuis castitatem vouisset. cap. Quod Deo patri 33. q.5. Lud. Pont. in sing. vers. Quęro coniuges. Nec etiam vxor, viro reclamante, potest sibi incidere comam, vel capillos prætextu religionis, & si hoc facit incidit in excommunicationem Lud. Rom. sing 594. incip. Est nunc Florentiæ. Sicut autem gestare vestes preciosas, elegantes, & recentes est letitię & iucunditatis signum: sic veteres, ac laceratas luctus, & doloris. Imo præ dolore, & indignatione Iudæi vestes scindebāt, vt sæpè legitur in sacra scriptura Iosue c.7. Iud. 11. Reg. 1. & in euangelio quoque Marci 14. Matthæi 26. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? Dissolutos autem, & fractos vestibus reprehendit sum. Pontif. in c. Parsimoniam 41. dist. Debemus ergo nostrum propriū habitum gestare, ne in nos aliquod insurgat indicium: & in vestitu etiam debemus vti moribus præsentibus, haberéque rationem loci, temporis, & personarum: alioquin in nos insurget indicium hominis intemperantis, aut superstitiosi, vt præclarè habetur in c. 1. & in c. fin. 41. dist. De re vestiaria præclarum opus scripsit Lazarus Bayfius in l. Vestis ff. de aur. & arg. leg. à quo plura studiose lector poteris edifcere, & plura quoque congessit Plaza in d. c. 5. lib. 1. ep. tom. delict.

54 Forma pedis, seu potius illa pedis impressio, & vestigium, quod in molli terra, puluere, vel niue relinquitur in loco furti commissi facit indicium contra eum, cuius pedibus respōdet; vt scribit Alber. in l. Indicia col. 2. C. de rei vend. vbi inquit reum suspectum subtraxisse vuas ex vinea fuisse condemnatum, quia apparuit formam vestigiorum suis pedibus conformem esse. Verum quoniam hoc est signum satis vniuersale, & commune; multi enim facilè suis pedibus eandem formam imprimerent: ideo hoc indicium leuissimum semper existimaui, & nisi cum eo alia indicia concurrerent nequaquam sufficeret ad torquendum, vt etiam voluit Bald. in l. Non hoc C. Vnde legit. & in consil. 427. Quædam mulier numer. 11. vol. 5. Blanc. in tract. de indic. num. 426. Mascard. de probat. vol. 1. quæst. 8. Cason. in tract. de indic. tract. 10. cap. 5. & Bald. in dicto consil. 427. inquit vestigia pedum designare luporum, & vulpium qualitatem, ac ex ipsorum pedum impressione cognosci quà transierit latro, qui soliciti venatoris laqueum non euadit, per l. In laqueum. ff. de acquir. rer. dom. Et omnibus vestigijs indagare aliquid, est quam diligentissimè aliquid inuestigare. Apologus est satis vulgatus, sed perbellus, de leone senio confecto, qui cum venatione victum quærere amplius non posset, se in antrum recepit, seque morbosum esse simulans, ac gemens auxilium precabatur, ad quem cum bestiæ accederent, eas protinus deuorabat. Vulpes autem ad antrum cum peruenisset, leonemque foris

stans salutasset, ab eo interrogata cur non ingrederetur ipsa respondit;

——Quia me vestigia terrent
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

vt inquit Horat. ep. 1. lib. 1. epistolarum. Et legitur Cacum per caudam retrogradè traxisse iuuencas in speluncam, ne ex illorum vestigijs illius furta detegerentur: de quo Virg. lib 8 Æneid.

Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros
Auertit: totidem forma superante iuuencas.
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis:
Cauda in speluncam tractos, versisque viarum
Indicijs raptos, saxo occultabat opaco:
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.

Et Propertius lib. 4. de ipso Caco sic scriptum reliquit:

Hic ne certa forent manifestæ signa rapinæ
Auersos cauda traxit in antra boues.

Verum nostris temporibus latro quidam famosissimus Cacum ipsum superauit, is enim cum iuuencam furto subtraxisset quadam nocte crebra niue tunc e cælo cadente, ne ex illius vestigijs furtum detegeretur, proprias, ac socij ochreas iuuencæ imposuit, ita vt bestia ochreis ingrediens vestigia hominis reliquerit, & sic furtum celauerit. Et non semel milites aufugientes conuersis ferreis soleis equorum insequentes deceperunt. & Virg. lib. 3. Georg. eam iuuencam laudat quæ

Et gradiens ima verrit vestigia cauda.

& auctor ad Herennium lib. 2. inquit: In consequenti tempore spectabitur à quo factum sit: hoc modo, si telum, si vestimentum, si quid eiusmodi relictum sit, vel vestigium repertum fuerit. Huiusmodi vestigijs Daniel apud Babilonios detexit nequitiam sacerdotum, qui deuorabant esculenta illa, quæ quotidie in templo apponebat Rex Bel eorum idolo, introeuntes noctu in templum per absconditum, & cæcum ingressum, & dicentes illa à Bel comedi. Daniel enim cribrato cinere per vniuersum templum, & obsignato templi ostio Regis annulo signatorio sequenti mane ex virorum, mulierum, ac infantium vestigijs in cinere relictis, illorum fraudem deprehendit, & occidit illos Rex, & tradit Bel in potestatem Danielis, qui subuertit eum, & templum eius, vt testatur diuina scriptura Danielis cap. 14. Non dissimilis nequitia refertur à Martiano in l. Hac lege. ff. ad l. Iul. peculat. inquit enim à Diuis Seuero, & Antonino quendam clarissimum iuuenem inuentum arculam in templo deponere, ibiq; hominem includere, qui post clausum templum de arca exiret, & de templo multa subtraheret, & se in arculam iterum referret, conuictum in insulam fuisse deportatum.

55 Contra eum, qui domo, vbi furtum commissum fuit, cum fasciculo sub veste, exire visus est, indicium est furti, si res furtiua erat talis, quæ sub pallio asporari posset.

set Ang.in l.1.C.de quæst.& cum hoc sit indicium propinquum delicto,erit sufficiens ad quæstionẽ, vt inquit Blanc.de indic. nu.418. Corrad.in tract. Decurionum tit. de furtis §.Furtum nume.17.Mascard. de probat. concl.831. nu.2. Hoc tamen limitatur in honesto, ac probo viro, nisi alia concurrerent indicia Ang. in l. Milites C. de quæst. vbi loquitur de diuite, & magno mercatore, in quem suspicio furti non cadit, relatus à Beneuen.Straccha in tract.de mercat.par.2.num.24.Brun.de indic. col. 2. Aug. de Arimino in addit. ad Ang.de malef.in verbo Fama publica num. 12. Magis tamen vrgebit indicium si noctu aliquis ex illa domo visus fuerit exire, in qua furtum factum fuerit, vt tradit Blanc.de indic.nume.419. & Bald. consil. 427. Quædam mulier num.11.vol.5.inquit,si persona suspecta noctu visa fuit ambulare per loca suspecta poterit torqueri l. Dolum C.de dolo.Lancellot.Corrad. in tract.Decurionum tit.de furtis. Franc. Brunus de indic.& tort.quæst.5.par.1. num.2. Mascard. de probat. conclus.831. num.1.

56 Quamuis ex paupertate, alijs indicijs non concurrentibus, non oriatur furti suspicio: pauper.n.si est fidelis non dicitur suspectus l. Suspectum.ff.de suspec.tut.Auth. de testibus. §.Sancimus. & si paupertas esset de genere malorum, & infamiam argueret, etiam sancti illam abhorruissent. Specul.in tit.de teste §.1. vers.item quod est pauper. Imo fidelitas, & integri mores præualent diuitijs, & dignitatibus l.Scire §. Cum reliquis ff. de tut. & curat. dat. ab his Angel. in §. Nouissime Inst. de susp. tut.Bald.in c.pen.de probat.Contra pauperem tamen pecuniam dilapidantem est furti indicium, si verisimiliter ex quantitate arguitur de suo ære non expendere, per quod indicium multi homines improbi, qui sua scelera occultè commiserunt, venerunt in suspicionem Magistratus, & in eius laqueos inciderunt: ideo apud Venetos prudentissimos vigent plures leges contra hos vagabundos, qui non habent quo se alant, nec aliquam honestam artem profitentur,quarum altera est Conf.X.Virum anni 1567. 20.Febr. & altera eiusdem Consilij 1574. 15. Aprilis,quibus hi Errones,qui incertis sedibus vagantur,pęna triremium commi[n]ata, eijciuntur ex Dominio Veneto,& eorum denuntiatores, quorum auxilio deueniunt in manus Magistratus, facultatem consequuntur liberãdi bannitum ad tempus ex vrbe Venetiarum, vel ex quacunque alia vrbe Venetæ Reipub. Ignaui hi homines non inuenustè fucis æquiparantur, qui videntur, sed non sunt apes,non mellificant,sed furtim mel ab apibus congestum deuorant.quod fit ab oberrantibus,qui nullam artem exercentes alienam substantiam abripiunt, & consumunt: & vt fuci inertes ab apibus eijciuntur, vt inquit Virg. in Georgicis.

—— *Agmine facto*
Ignauũ fucos pecus à prę sepibus arcēt.

Ita merito hi vagi certam sedem non habentes sunt ex bonorum, industriumque virorum consortio expellendi, & exterminandi. Imo à Varrone lib.3.cap.16. de re rustica fuci fures appellantur. Et etiam ab Arist.hist.animal.libr.5. cap.22.& lib.9.cap.40.

57 Sicuti ergo bene præsumitur de illis, quibus sunt integræ facultates,& nobilium maiorum suorum hæreditates incolumes, vt inquit l.2.in prin.C.de debit.ciuit.li.11. gloss.in c.Illud 40.dist.Io.And. in c. Constitutis il 2. col.penult. de appell.Rom.sing.726. Barba.in l. Sed si ex stipulatu col.9.ff.de verb. oblig.& in tract.de præst.Card.in 1.quæst. vlt.par. vers. Tu allega, & cons.62.col.4.lib.1. & consil.3. col.13.lib.2.& cons.35.col.1. eod. lib. 2. Alciat.in tract. præsumpt. reg.1.præsumpt.48.in prin. Gherard. de Petrasancta sing. 30. Soc. Iun.consi.39.col.4.num.26. lib.2. & multa diuitum commoda, ac priuilegia refert. Marsil. in l. 1. §.Præterea numer.21.ff.de quæst. Mascard.de probat.lib.2.conclus. 1003.num.6.& num.67.Menoch. de præsumpt. libr.5. præsumpt.4. numer.6. & seq. Farinac. in praxi lib.1.tit de indic.& tort.quęst.47. num.281.

58 Sic contra eum qui decoxit, & qui cum pauper sit multum expendit insurgit malum indicium, faciunt tradita a Bart.in l.fin. ff.de quæst.& in arg. text.in l.Quintus. ff.de don.inter vir.& vxor. Salyc. in l.fin. C. de quæst. Blanc. de indic numer 421. Nouell. in tract. crim.ad defens.in tit. An indicia pro reo danda sint num.150. Mascar. de probat.concl.831. num.5. Istique obærati,& Vespertiliones infames habentur,& infamiæ nota bonis turpiter cedentes, se a periculo carcerum eximunt nudis natibus lapidem percutiendo gl. in §.fi.Inst.de act.& Ias.ibi. Apud Tirhenos, vt Hieracles libro de politijs testatur eum qui æs, alienum conflauerat, & non persoluisset, pueri vacuum marsupium gestantes per ignominiam insequebantur. De paupere ergo, vt plurimùm, malum præsumitur, cum credatur eum facilè posse corrumpi,l.3.in princ.ff de testib. l.Christianos. C. de pag.gloss. & Ang.in §. Si vero col.1. in Auth. de hæredib & falc. Debitor tamen pauper,qui non est soluendo, potest cogi ad præstandas operas, & creditori seruire,donec ei satisfaciat gl Bart.& Ang.in l.Pro hærede, §.si quid tamen ff.de acquir. hæred.Bald.in l.fin.C.de captiuis.

59 Si autem pecunia consumpta erat eiusdem formæ,& qualitatis, qua erat subtracta, tanto validius insurgit indicium,& validissimũ, si eiusdem similitudinis pauca circumferebatur. vt tradit Ang. in l.Milites.C.de quæst.Brun.de indic.quæst.3.circa prin.Blanc.de indic. num 420. Paris consil.156. num.36.37. Ex hoc tantum indicio reum non esse tormentis subijciendum monet Blanc. de indic. numer. 420. quod est de mente Ang.& Mascard.concl.831. nu.5. subscripsit, quod intellige in primo capite quæstionis propositæ, quando scilicet quis pauper multum

tum expendit:quia in vltimo casu quādo pauper multam pecuniam expēderet eiuldē notæ cuius erat subtracta,cuius generis pauca alibi reperiebatur, arbitror posse torqueri.

60 Res Furtiua apud aliquem reperta an faciat contra illum indicium videamus,qua in re sic arbitror esse distinguendum pro exacta discussione huius quæstionis. Aut ille penes quem res furtiua reperitur est solitus tales res emere,vt sunt aurifices,qui anulos,& gemmas emunt, & cætera huiusmodi: vel mercatores, & fæneratores,qui emunt vestes,& hoc casu isti siue bonæ sint famæ, siue malæ, nō tenentur indicare à quo emerint, quia præsumitur illos bona fide emisse: non enim insurgit indicium contra aliquē,quando facit illud,quod facere consueuit,quia ratione officij sui excusatur. Hippol. de Marsil. in sua prac.crim.in §.Diligenter nu 90. cum enim à pluribus, & etiam ab ignotis soliti sint emere, credendum est non recordari personas venditorum. Blanc.de indic. numer.417. sequutus Salyc. in l.fin. C.de fur.

61 Hinc est quod per totam ferè Italiam extant statuta, & priuilegia, quæ concedunt facultatem Iudæis mutuandi sub vsuris pecuniam etiam super rebus furtiuis, nec illas dominis tradere cogantur, nisi prius eisdem restituto capitali, cum vsuris. Quæ tamen priuilegia sunt intelligenda quando Iudęi ignorant res quas emunt esse furtiuas: si enim scirent ipsas res fuisse furto subtractas, tenerentur illas sine capitali, & sine vsuris dominis suis reddere. l.Seruus cuiusdam ff de cond.indeb.& ibi Bald.& Doct.Hippol.de Marsil.sing.13. Io.de Anan. consil.70. Visis,& ponderatis Bald.cons.92. Tria possunt vol.4. Fel. in c. Causam quæ col.9 de rescript.Bald.in l.Eos. C.de furt. & in rubr. C. de cond.ob turp.caus. Rolan.à Valle consil.45. vol.1. num.1. Hec tamen priuilegia Iudæorum eis non prodessent si ageretur de rebus furtiuis Ecclesiæ:vel etiam personæ exteræ, quæ vti non subiecta iurisdictioni illius,qui talia priuilegia concessit,nō potest illis obligari, nec per ea ipsi potest præiudicium inferri Abb. in c. Clericis de foro comp.Barb.cons.75. Viso puncto, vbi plura allegat. Alex. consil.44. Videtur vol.5.Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. & ibi etiam Fel. Hippol. de Marsil.in l.fin.num.118.de tur. omn.iud.

62 Si autem non est solitus tales res emere, aut est vir malæ famæ, aut bonæ: si est malæ,aut declarat à quo emit res furtiuas,& excusatur l.Inciuilem, & l.Ciuile. C.de furt.& ibi glo. & Doct. & præsertim Salyc. & Ang. Aut non dicit à quo habuerit,& potest torqueri. Bald & Salyc. in l. fin.C. de furt. d.l.Inciuilem, & l.Ciuile. C. eod. Bald.& Imol. in l.fin. vers. Addo ad idem. ff.de hæred.instit. Rom. consil. 54. Visis circa id nume.6. Barb. consil 42 Illud in medium afferam col.7 nume. 25 volum.2. Blanc. de indic.numer.417. Paul.

Castr. in d. l. Inciuilem numer. 2. C. de furt. Iaf. conf. 2. num. 8. Grat. conf. 94. num. 18. vol. 2. Ang. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem col. 6. verf. Quæro an eo ipso, & in verbo, Fama publica col. 4. verf. Vel quia res furata. Hippol. de Marsil. consil. 57. Misericordia domini num. 33. & 40. & consil. 72. num. 21. & in sua pract. crimin. §. Diligenter numer. 95. & sing. 392. Aduertas ad vnum, & in l. Qui falsam in princ. nu. 116. ff. de fals. Bart. in l. vlt. nu. 5. ff. de quæstio. Rolan. à Valle consil. 45. num. 41. lib. 1. Mascard. de probat. concl. 1003. num. 32. si res furtiua reperiatur penes aliquem, qui illam paruo precio, & clam emerit, sit tamen solitus huiusmodi res emere, dubitatum fuit an possit condemnari. Vincentius Carrocius in suo tract. de re furtiua penes tertium reperta, quæst. 3. dicit ista non sufficere ad condemnandum, & citat Alber. in l. Inciuilem C. de furt. quæst. 3. Ang. in verbo. Vestem cælestem nume. 28. Alex. consi. 5. num. 2. vol. 1. & conf. 205. num. 5. volum. 6. Vide tamen Menoch. de præsumpt. libr. 5. præsumpt. 29. num 7.

63 Tantò magis vir malæ famæ, qui nō aperit à quo rem furtiuam habuerit torqueri poterit si est solitus res furtiuas emere. gloss. in l. Inciuilem in verbo, Incidatis C. de furt. quam gl. ibi Bart. & Bald. sequuntur, Barbat. consil. 42. col. 7. num. 25. vol. 1. Alex. conf. 5. Visis col. 4. num. 8. lib. 1. Brun. de indic. quæst. 3. part. 1. num. 5. verf. Quod verum esse dicunt. Aufrer. in decis. Tolos. 151. num. 2. Mascard. de probat. concl. 831. num. 20.

64 Si vero est vir bonæ famæ, & alia indicia non concurrunt, non potest torqueri, & ratio est, quia quantum grauatur ipsius rei furtiuæ inuentione, tantum subleuatur sua bona existimatione; indicijs enim indicia tolluntur contraria, & vna præsumptio tollit aliam, & fortior debiliorem l. penult. ff. de rest. in integr. Felin. in c. Vigilanti in fine de præsumpt. Bald. consi. 249. circa finem vol. 3. Boer. decis. 211. numer. 18. part. 1. Crauett. in tract. de antiq. temp. par. 4 §. Materia numer. 21. Corn. conf. 136. col. fin. verf. & per hoc vol. 2. Aret. consil. 102. col. 1. Sed quando est malæ famæ, & penes illum res furtiua reperitur, duobus vrgetur indicijs, & ideo non mirum si eo casu potest tormentis subijci. Virum autem integræ famæ ob inuentionem rei furtiuę penes illum non posse torqueri tradunt Bald. & Salyc. in d. l. Inciuilem. C. de furt. facit l. Non omnes §. Barbaris. ff. de re milit. glo. in l. Ciuile, in verbo fuisse C. de furt. & gl. in l. De minore. §. Nam ex sermone, iuncto textu ibi cuius existimationis. ff. de quæst. Grat. consil. 94 num. 2. vol. 2. Marsil. in d. conf. 52. nume. 40. & 41. & consil. 72. Munda cor meum num. 22. & in suo sing. 391. Aduertas ad vnum. Thom. Gram. consil. 14. Ang. de malef. in verbo. Et vestem cælestem verf. An eo ipso, Tiraq. in tract. de pœn. temper. caf. 51. num. 131. Menoch. de arbitr iud. lib. 2. caf. 462. num. 10. Nouell. in

tract.

tract. ad defens. in tit. An indicia pro reo danda sint num. 149. & in tit. de excus. à reo facien. num. 19. Rol. à Valle cons. 45. nu. 41. Brun. de indic. fol. 25. numer. 5. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 21. in fine. Decian. cons. 93. numer. 81. vol. 2. vbi multa quæ ad rem faciunt in medium adducit. Et sat esse quod iuret se non cognouisse illum, à quo emit rem furtiuam tradit Aug. ad Angel. de malef. in verbo, Et vestem cælestem num. 20.

65 Hoc tamen limitatur nisi esset Minister domini rei furtiuæ, tunc enim quamuis esset vir probus, nec alia concurrerent indicia, hoc casu præsumitur domino suo illa bona subtraxisse. Bald. in cap. 1. de contentione inter domin. & feud. de inuestig. feud. num. 1. in vsibus feudorum, & in l. Cum oportet numer. 13. ff. de bon. quæ lib. Et ratio potest esse ob commoditatem quam familiaris habet furandi: vel quia non sit credibile eum emisse ab extraneo rē, quam facilè cognouisset ab eius domino fuisse subtractam. Si vero alia indicia concurrerent contra virum bonæ famę penes quem bona furtiua fuissent reperta, pro modo indiciorum posset subijci, vel non subijci quęstioni ex ipsius Iudicis arbitrio: est enim materia arbitraria, vt diximus. Ex prædictis infertur ad similes quæstiones, videlicet, an ille, penes quem reperiuntur libri hæretici præsumatur hæreticus; Idem dici potest de falso instrumento, vel de illis instrumentis quibus falsa moneta cuditur, an isti prę sumantur falsarij, vel monetarij tractat Carrocius in suo tract. De re furt. penes tertium reperta quæstio. 4. Quando igitur ille penes quem res furtiua reperitur est bonæ, atque integræ famæ, ei sufficit eum nominare, à quo rem habuerit, & ei creditur: si autem malè audit, ei non creditur, nisi probauerit à quo emerit. Carroc. loco citato quæst. 5. num. 2. Et viro integro fides adhibetur etiam si iuret non cognouisse illum, à quo habuerit: & etiam si nominet mortuum, & dicat ab illo rem furtiuam habuisse. Carroc. ibi num 3. & 4. Immò nec etiam tenetur indicare à quo habuerit. Rol. à Valle consil. 45. num. 41. vol. 1. & in eo cessat omnis suspicio. Doct. in d. l. Inciuilē C. de furt. Carroc. loco citato quæst. 6. num. 1.

66 An autem quis furem indicare teneatur nunc est videndum. Imp. in l. Ciuile C. de furt. dicit rem ciuilem esse, & idem sentiunt Bart. Ang. & Raphael, & ibi dicūt ex vrbanitate teneri, & dicta lex inquit, suspicionem contra illum oriri, qui dicit ab ignoto emisse, hoc modo. A transeunte, & ignoto te emisse dicere non conuenit volenti euitare alienam bono viro suspicionem: faciunt ad propositum scripta à Ias. in l. 1. §. Si tibi indicium nume. 1. ff. de cond. ob turp. caus. Bald. in proœm. decretal. Rex pacificus num. 30. Decian. d. cons. 93. numer. 118. vol. 2. Si est ciuilis, & vrbana res furem indicare, ergo quis cogi non potest ad indicādum, quod apertius Iureconsultus in hæc verba de-

monstrauit, in l. Qui vas. §. Qui furem. ff. de furt. Qui furem nouit, siue indicet eum, siue non indicet, fur non est, cum multum interfit furem quis celet, an non indicet. Cum autem actione præscriptis verbis indicij precium peti possit, dummodo dolus indicantis absit, l. Solent. ff de præscript. verb. & ibi Bart. l. Idem §. fin. ff. de cond. ob turp. caus. si quis furem indicare teneretur, precium indicandi accipere non posset, turpe enim lucrum esset: cum ille dicatur turpiter pecuniam accipere ad id faciendum, quod gratis facere tenetur. l. 1. & 2. & l. fin. ff. de cond. ob turp. caus.

67 Ad rem nostram ergo in viro bonæ famæ non præsumitur aliquid mali, sed imo ignorantia rerum furtiuarum interpretatur Rom. consil. 473. Aret. consil. 22. Fel. in c. Cognoscentes col. penul. de const. Nellus in tract. bannitorum in 3. parte secundi temporis, Bart. in l. Omnes C. de agr. & cens. lib. 11. Boss. tit. de rapinis num. 17. cogi non potest ad indicandum à quo r. m emerit d. l. Qui vas §. Qui furem. ff. de furt. & l. 4 §. Si tibi ob indicium. ff. de cōd. ob turp. caus. & licet non manifestet venditorē non ob id debet torqueri Bald. & Imol in l. vlt. in fine. ff. de her. inst. Sal. in l. vlt. C. de quæst. Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. Diligenter num. 96. & in cons. 52. Misericord a Domini num 40. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 21. versic. Si res furata reperiatur vbi de communi opinione testatur. gl. in l. Si seruus. C. de his qui ad eccl. confug. l. Solēt. ff. de præscr. verb. Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de furt. c. Dilectus de excess. prælat. c. Quod quidem §. Ex eis, & ibi gloss. notab. 1. q. 1. Gand. in tit. de furib. & latr. in fine, vbi hanc quæstionem examinat. Sæpè enim per fraudem, & calumniam in ędes insontium fuerunt res illatę, inscijs domorum dominis, vt de illis criminibus conuincerentur, quæ nunquam commiserāt, prout testatur etiam Decian. consil 93. num. 85. vol. 2. In saccum Beniamin illatus fuit scyphus argēteus, & pecunia vt innocens adolescēs pro furto damnaretur. Gen. c. 44. & apud Plutar. legitur Philippum Archanem medicum fuisse à Parmenione accusatum quod venenum pro medicina Alexandro ægroto dare voluisset supposito veneno in cubiculū medici id prorsus ignorantis. Per similem Tarquinij superbi calumn ā Turnus innocens damnatus fuit pluribus gladijs in eius diuersorium clandestinè illatis Liui. lib. 1. Et scribit Eusebius lib. 10. hist. eccl. Cecilianum Carthaginēsem Episcopum frustrà simili calumnia fuisse vexatum, quod scilicet sacras litteras infidelibus concremandas transmisisset, in eum falso indicio machinato litterarum infidelium ad Episcopum scriptarum, & in eius domo repertarum, in quam calūniator dolo immiserat. Prout in tentorium Palamedis per seruos corruptos argentum Vlyssis eius inimici fraude fuisse defossum, & ob id innocentem Palamedem morte aff. ctum diximus

etiam

etiam suprà numero 30.

68 Tu tamen obserua in praxi, licet hoc casu vir bonæ famæ, non ostendens à quo emerit, torqueri non possit, quia hoc solum indicium, & maximè alienum à bona eius fama, non sufficit ad quæstionem, inducit tamen aliquam suspicionem alienam à bono viro, vt habetur in d.l. Ciuile C. de fur. Et cum vnusquisque natura cupiat, se quantum fieri potest, ab omni fraudis suspicione expurgare, idq; non faciat, non caret scrupulo suspicionis, quæ cum aliquo alio congruenti indicio facilè induceret Iudicis arbitrium ad illum torquendum glo. magna in d.l. Ciuile. C. de furt. & Paul. Castren. ibi num. 3.

69 Ex prædictis ergo apparet veram esse conclusionem Martini Azpilcueta Nauarri in consil. 10. in fine lib. 3. Vt ille, qui vidit aliquem furantem, quem verbo, vel facto potuit impedire, & non impediuit, non ob id teneatur: nisi ratione officij sui ad id faciendum teneretur, scilicet ad tuendam, vel custodiendam illam rem: vt notat Blanc. de indic. num. 303. & seq. & ratio est, quia de iure ciuili nemo tenetur obuiam ire delicto etiam vociferatione, vt post alios ab eo relatos tradit Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 87. & latissime hoc concludit Farinac. in praxi. libr. 2. tit. de Indic. & tort. quæstio. 51. numer. 4. Et successiuè hoc loco differendum esset quando quis ex sola scientia delicti patrandi, si non propalauit, puniri possit: sed satis erit in vniuersum dicere tunc scientem, & non reuelantem esse puniendum, si delictum erat committendum in eum, cui sciens erat subiectus l. 2. & ibi gl. ff. ad l. Pomp. de parric. vt accidit in filio non reuelante delictum in eius patrem committendum in d. l. 2. & in l. Vtrum ff. eod. in subdito non propalante coniurationem contra patriam, vel Principem suum. in l. Quisquis C. ad l. Iul. maiest. In clerico non indicante delictum contra suum Episcopum. Quando autem quis non est subiectus illius in quem est delinquendum, sciens ex sola scientia non tenetur gl. in l. Culpa caret ff. de regul. iur. Quid autem sit dicendum in foro pænitentiali scribit Abb. in cap. 1. de restit. spol.

70 Quamuis quando agitur ad instantiam partis Iudex, vt diximus, non possit cogere bonæ famæ emptorem rei furtiuæ vt indicet à quo rem illam emerit: tamen si agat Iudex vel eius officio implorato, vel per inquisitionem generalem, tunc potest cogere quemcumque ad furem indicandum Bart. in l. Ciuile C. de furt. & in l. Qui vas §. Qui furem in fin. ff. de furt. glo. in verbo Reperti l. Idem & si §. Si tibi. ff de cond. ob turp. caus. & Bald. ibi col. 1. versic. Postea statim, & col. 2 vers. Quærit glosa an ex naturali, & ib Ias numer. 1 vers. Tertio limita, & nu. 5. vers. In quarta. Abb. in c Qui cum fure numer. 5. de furt. Fulg. in d. l. Ciuile nume 3. Neuiz. in sua Silua nupt. libr. 3. in verbo Regula est quod Episcopus numer. 30 vbi testatur de communi opinione. Et

ratio

ratio est illa vniuersalis, quia Reip. interest inuenire sceleſtos, & illos puniendo expurgare prouinciam prauis hominibus. l.3. & l.Congruit. ff.de off præſid. Farinac.d.quæſt.51.num 12.

71 Cum ergo quis à Magiſtratu cogitur vt tamquam teſtis de persona furis deponat, eo caſu furem propalare tenetur: tum quia tali casu fur non eſt omnino occultus, imò eſt parti manifeſtus non autem Magiſtratui: tum etiam quia iuriſiurandi religione adſtringitur. l.Locum §.Hoc interdictum. ff.de tab.exhib.l.1.ff.de furt. Ant. de Butrio in c.Nemo de Symon.

72 Intelligends eſt etiam ſupraſcripta deciſio de iure ciuili, quo iure, vt diximus, quis non tenetur furem indicare, vt idem Farinac. teſtatur loco citato numer.7. ſed ſecus eſt de iure canonico. c. Qui cum fure, & ibi glo.de furt. Rom. ſing.794. Nunquid teneatur quis indicare Alber. & Iaſ. in l. Idem etſi §. Si tibi indicium in prima fallent. ff. de cond. ob turp. cauſ. Abb.in c. Dilectus vlt.notab. de exceſſ. prælat. Ang. in l. Ex quibuſdam §.vlt.ff.de iur.fiſc. Et ita Epiſcopi cõſueuerunt excommunicare non indicantes fures, vel non propalantes furta. c.Qui cum furem de furt. Et Iul. Clar. in §.Furtum, verſ.ſolent etiam, dicit concedi litteras monitorias, quibus ſub vinculo excommunicationis iubetur vt res furtiuæ indicentur: & idem Clar.tradit in ſua pract.crim.q.27.verſ. Sed quæro, & ſeq. Menoch. de arbitr. iudic. lib.2.caſ.355.num.5.& ſequen. & Farinac.d.quæſt.51.nume.19. & ſequen. Et legitur in diuinis litteris Leuit. cap.5. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, teſtiſque fuerit quod aut ipſe vidit, aut conſcius eſt: niſi indicauerit portabit iniquitatem ſuam. Di. Hierony. ſuper cap.26. Prouerb. vbi habetur participantem cum fure occidere animam ſuam, inquit non ſolum furem eſſe reũ, ſed etiam eum, qui furti eſt conſcius, ſi quærente poſſeſſore non indicet: quod Ledeſma, & Sotus negãt verum eſſe in fure occulto.

73 Non tamen quis tenetur indicare illum furem, qui rem furtiuam aut iam reſtituit, vel reſtituere non poteſt, licet monitoria Epiſcopi, vel alterius ſuperioris ſuper hoc fulminata fuerint, vt tradit d. Nauarrus conſil.75. nume.30.lib.3.

74 Qui autem indicat furem dum illum miniſtri inſequuntur, & occidatur, illeque ſcierit quæri ad mortem efficitur irregularis: ſecus eſt ſi neſcit, nec ſuſpicari potuit illum ad mortem quæri. Nic. Polutus de irregularitate nu.15.

75 Ad arcenda rei ruſticæ furta noſtris temporibus, in omnibus ferè Italiæ vrbibus, extant ſtatuta, vt vniuerſitates Villarũ teneantur indicare fures, & depopulatores, alioquin reſarcire damna, & furta in ipſis Pagis commiſſa. quæ quidem ſtatuta, licet æquitatem in ſe non contineant, d[illegible] vnum pro alterius facto [illegible] tamẽ quia publicum [illegible] ſpectant, ideò valen[illegible] ſunt Bald. conſil[illegible]

hanc pulchram quæstionem: an scilicet, stante hoc statuto, si Villa fuit condemnata, & postea ille agrorum depopulator, qui hoc damnum intulit, capiatur, & suspendatur, ipsa Villa hoc casu sit liberata ab hac condemnatione. Villam dixi pro Pago, communē Doctorum vsum secutus, licèt non ignorem Villam ædem particularem non pagum significare, iuxta illud Plinij lib. 18. cap. 6. Modus hic probatur, vt neque fundus villam, neque villa fundum quærat. Et Cic. pro Q. Roscio Comedo ait: Tum erat ager incultus, sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa. quam villam Columella in tres partes distinguit: vnam enim vrbanam appellat, quæ prætorium etiam dicitur, in quam dominus se recipere solet, & ideò vrbanum nitorem redoleat; alteram rusticam, in qua Colonus, cum sua familia, & omni rustico instrumento inhabitat, & fructuariam in qua fructus reponuntur.

76 Operepretium nunc est videre in casibus, in quibus quis tenetur furem indicare, quomodo indicare illum debeat: & profectò non sat esset si illum tantum m[illegible] minaret, sed [illegible] cere, & ple[illegible] furtiuam [illegible] in l. Ind[illegible] las. in [illegible] de [illegible]

effectu: nec iuris remedia debent esse delusoria. Nihil enim operaretur nominare mortuum, vel absentem, aut incognitum, & multo minus illum, qui id negaret: imò cum argueretur mendacij, maiori indicio grauaretur: & esset inuenta facilis cautela ad celanda furta, vt etiam Mascard. loco citato animaduertit.

77 Aliud tamen est si agatur non de fure indicando, sed de furto propalando: ex taciturnitate enim delicti insurgit indicium contra tacentem, qui debebat reuelare furtum. Paris de Puteo in verbo Tortura col. 3. in tract. de indic. ad tort. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. Expedita num. 93. vbi plura adducit, ad quem lectorem remitto. Huc Batti fabula spectat, quem cum Mercurius rogasset ne boues à se abactas cuiquam indicaret, cumque ille ostenso lapide respondisset:

Tutus eas, lapis iste prius tua furta loquetur.

fidei suæ periculum facturus Mercurius alia persona suscepta sciscitatus est ab eo vidisset ne vsquam boues sibi nuper furto surreptas, tauro furtum prodenti in præmium proposito, cuius cupiditate all[illegible] ettus, posthabita iurisiu[illegible] ione, boues vbi vider[illegible] Mercurius indig[illegible]

[illegible] ait, perimeque [illegible]

[illegible], qui nunc quoque [illegible]

[illegible] coticula rigemma [illegible] aurum prodit [illegible]

iusmodi sit, qui Lydius quoque, & Heraclius lapis appellatur.

78 Quādo autem ille, penes quem res furtiua reperta fuit est torquēdus, res nō debet esse minimi momenti: non enim consueuerunt boni practici in leuibus criminibus reos torquere, vbi enim corporis pœna inferri non solet, ibi quæstio non adhibetur. l. Edictum, & l. Diuus, & ibi Bart. & Alex. ff. de quæst. Gand. sub tit. de quæst. & tort. num. 2. Crauet. consil. 137. nume. 12. & seq. Doct. in c. 1. de deposito. Nam maior esset pœna in delicto inuestigando, quàm in puniendo, vt tradit Ioseph Ludouic. concl. 38. vers. Infertur num. 106. Bart. in l. Leuia. ff. de accusat. Salyc. in l. Non ideo minus. C. de accusat. Receptum tamen est, vt hoc arbitrio Iudicis relinquatur: Verum tamen est in crimine furti facilius ad quæstionem deueniri, vt idem Ludouic. loco citato affirmat. Saluo semper in hoc iudicis arbitrio.

79 Non tamen bene faciunt Iudices, qui quoscunque suspectos de furto facile tormentis subijciunt, vt docet etiam Cason. in tract. crim. cap. de non torquendo reo, nisi constet de delicto in fine, & plura adducit Fran. Brusatus consil. 325. num. 12. lib. 3. & Iudex debet esse multum circumspectus in tormentis adhibendis, & in fide habenda confessioni in ipsis tormentis facta; quia licet reus præsumatur in tormentis dicere verum Alber. in rubr. C. de quæst. num. 9. Boer. decis. 163. nume. 12. l. 1. §. Si quis vltrò. ff. de quæst. l. Hoc quod C. eod. Ghir. de tort. part. 1. quæst. 5. Guid. de Suzzar. de tort. num. 50. Re tamen ipsa cognoscitur torturam esse experimentum periculosissimum, & genus probationis fallacissimum: multi enim delinquentes pertinaces tormenta superant, & contemnunt: alij doloris impatientia falsa fatentur: nam, vt inquit Seneca, & innocentes cogit mentiri dolor. l. 1. §. Quæstionis. ff. de quæst. gloss. in l. Edicta eod. tit. l. 1. §. Diuus Seuerus ff. de quęst. Marsil. in l. Quæstionis modū nu. 1. & 7. ff. eod. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 269. in princ. & cas. 172. lib. 2. Gand. de quæst. & tort. num. 3 & num. 13. Et de delicto debet prius constare: & reus in tormentis debet super circunstantijs interrogari, & verisimilia deponere, vt prudens iudex ei fidem adhibere possit. Si quis doloris impatiens confessus fuerit in tormentis furtum commisisse quod non commisit, & fuerit suspensus; postea qui verè furatus est debet etiam suspendi l. Qui seruum, & ibi Alex. de Imola ff. de inter. act. Bald. in cap. Iniuria in fine, de pace iur. firm.

80 Fur si propter valida indicia super vno furto torquetur, potest etiam interrogari in genere de alijs furtis ab eo commissis: quāuis de illis nullum extaret indicium: & multò magis de alijs furtis in tormētis interrogari debet, si aliquod furtum confessus est, aut de eo est conuictus. Ang. de Malef. in verbo. Et vestem cælestem in fin. Dec. in c. Tertio loco in fin.

in fin. de probat. Alex. consil. 52. colum. 1. vol. 3. Boss. in tit. de furt. num. 66. & ita de consuetudine in Italia seruari dicit Paris de Put. relatus à Marsil. in l. Repeti nume. 41. ff. de quæst. Gand. in tract. malef. tit. de quæst. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 64. vers. successiuè quæro. Quod tamen est intelligendum quando reus habetur pro insigni fure, aliàs non debet de alijs furtis, de quibus non constaret, torqueri. Franc. Brun. in tract. de indic. & tort. fol. 13. volum. 2. quem sequitur Marsil. in d. l. Repeti nu. 41. & hoc etiam placet Farinac. in praxi. libr. 1. tit. de Indic. & tortur. quæst. 37. numer. 163. & seq. & præsertim nume. 171. & sic famosum latronem posse de alijs latrocinijs interrogari, & torqueri tradit ibidem Farinac. num. 167. & seq.

81 Si vero fur confiteatur plura furta commissa, de quibus non appareat, an huic suæ confessioni sit credendum tradit Ang. de Malef. in verbo. Et vestem cęlestem colum. 2. & ibi Aug. de Arimino in addit. Boss. in tit. de furtis numer. 17. & copiosè Farinac. in pract. crim. tit. de inquisit. quęst. 2. num. 15. vbi dicit non sufficere ad condemnandum furis confessionem, sed oportere vt furta allegata comprobentur. nisi confitens esset solemnis fur, tunc enim ex pluribus furtis quæ iste fassus esset, si duo, aut tria comprobarentur, hæc ad condemnandum sufficerent. Grammat. decis. 48.

82 Qui asserit bona fide rem emisse, non tenetur bonam fidem probare, quia præsumitur: sed aduersarius qui bonam fidem negat, debet probare eum mala fide emisse. Roffred. in suo tract. de libell. in 1. part. in rubr. de act. pub. num. 6. Mascard. de probat. conclus. 224. num. 2. & ibi plura tradit ad hanc materiam pertinentia.

83 Verum quoniam bona fides nō solum præsumitur, sed etiam ex coniecturis probatur l. 3. §. Si seruus. ff. de acquir. possess. Bart. & Doct. in l. Celsus. ff. de vsucap. Alex. cons. vlt. vol. 1. Card. Alban. consil. 28. num. 3. Bald. consil. 20. num. 4. & 5. vol 5. Crauett. de antiq. temp. par. 1. §. Quæritur etiam num. 40. & 41. Dec. cons. 266. 267. & 275. Ang. consil. 130. Roland. à Valle consil. 3. num. 94. volum. 1. Soc. Iun. cons. 144. num. 48. vol. 1. Afflict. decis. 369. num 8.

84 Ideo ad cognoscendum an emptor rei furtiuæ scienter, vel ignoranter rem illam emerit, primum conijci poterit, an clam, an vero palam emerit, quia sicuti dolus nō præsumitur, in his quæ publicè, & palam fiunt. l. Palam ff. de ritu nupt. l. Cum ipse tutor ff. de contrah. empt. l. Si is qui bonis ff. de acquir. hæred. & ibi Bart. & reliqui, & in l. Non existimo, & in l. Quoties §. Notandum ff. de admin. tut. & in l. 1. §. Fuit quęsitum ff. ad S.C. Trebell. Bart. in l. Barbarius col. 1. ff. de off. præsid. sic qui clam emit habet contra se indiciū complicitatis, & potest torqueri, vt tradit Castren. in l. Inciuilem numer. 1 & 2. C. de furt. Bald. in l. Eos. C. eod. l. fin. ff. de rit. nupt. Barb. cons. 47. col. 15. & consil 45. col. 8.

col.8. vol.5. Cæpol. consil. crim. 26. Magnifice, & generose Prętor num.12. Ang. de maleficijs in verbo, Et vestem cælestem colum.5. versi. Quid si quis emit, & seq. & in §. Is qui num.2. Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. vbi hanc esse communem opinionem testatur. gl. in l. Quæ contra in verbo, Errore acerrimo C. de incest. nupt. & in l.1. C. de interd. matr. Alex. consil.60. nume.8. vol.1. Boss. in tit. de indic. nume.6. Mascard. de probat. concl.831. num.16.

85 Opera enim clandestina, & furtim facta sunt semper suspecta, & detestata: & ideo quando contractus fit clam in eo præsumitur fraus. cap. vnico vt eccl. benef. & c. Cum inhibitio de cland. despōs. facit l. Cum ipse C. de contrahen. empt. & l. Donatio §.1. C de donat. Salyc. in l. Ciuile in fine. C. de furt. Socin. cons.80. Præsens consultatio colum.3. vol.4. Cæpol. in tract. de simulat. contr. num.66. & in consil.26. Magnifice col.3. vbi expresse dicit ementem clam aliquam rem præsumi furem, & allegat Paul. de Castro in l. Inciuilem C. de furt. glo. in l. Si in emptione. §. vlt. ff. de contrah. empt. Bart. in l. Non intelligitur §. Tacita ff. de iure fisci.

86 Et quod clam factum fuit probat contra eum qui clam fecit Crauett. consil.129. num.11. per l. fin. ff. de rit. nupt. & l. Non existimo. ff. de admini str. tut. & l.1. C. de interd. matr. c. Consuluit §. Ne vero iudicium ff. de offic. deleg. c. Anastasius uncta gl. in verbo, Occultè 19. dist. l. Ita fidei. ff. de iure fisci.

cap. Perniciosam 18. quæst.2.

87 Clam facere dicitur ille, qui celat aduersarium, neque ei denunciat, si modo timuit eius controuersiam, aut timere debuit, vt iurisconsultus declarat in l.3. §. fin. ff. Quod vi, aut clam.

88 Vel quæ post motam litem facit, vt se à negocio eximat, duriorem que actionem aduersario constituat, quæ cum in alterius fraudem facta esse comprehendantur, clam facta interpretantur. l. Quo tutelam. §. Clam. ff. de reg. iur.

89 Quod etiam fit parte non citata clam fieri dicitur l. Aut qui aliter. §. Si quis te. ff. Quod vi aut clā. Innoc. in cap. Cum olim, iuncta g o. de re iud. Aut non legitime citata, vel fraudulenter citata Mascard. conclu.297. num.12. & seq. de probat.

90 Vel clam fieri dicitur quod ita fit, vt non possit peruenire ad notitiam eius, cuius interest l. Clam possidere. ff. de acquir. poss. l. Non intelligitur §. Tacita, & ibi Bart. ff. de iure fisci. Bart. in l.2. De his qui ex pub. rat. libr. 10. & in l.2. C. de præd. cur. non alien. libr.10. Iaf. in d. l. Clam possidere Fel. in cap. Consuluit de off. deleg. & ibi apostilla. Barb. cons 46. volum.1. Socin. consi.86. num.53. volum.2. Corset. sing. in verbo occultè incip. Quid dicatur fieri occultè.

91 Ideo si adhibitis in aliquo contractu testibus necessarijs, illis, & Notario silentium iniungitur clā factum dicitur, Bart. in l. In fraudem in princip. ff. de his quib. vt indig.

92 Illud etiam quod fit per alium,

cum

eam per se fieri debebat clam dicitur factum. Bart.in l. Pupillus. §.fin.ff.de auth.tutor.

93 Quod etiam sine auctoritate Principis, vel Iudicis fit, clam factum dicitur. Bart.in l.2. C.ex his qui de pub. rat. libr. 10. & in l. 1. C.de præd.cur.lib.10.

94 Vel etiam sine necessarijs solemnitatibus Bart. in l. fin. ff. de rit.nupt. & in l.2. C. de his qui ex plub. ratio.lib.x. c.Cum inhibitio § 1. de clandest. desponf. & ibi Doct.Soc.Iun.consf.87 numer 48. & seq.lib.2.Innoc.Host.Io.Andr. & Ant.de Butrig.in c.Ex tenore, Qui fil. sint leg. Ruin. consil. 14. nume.10.lib.3. Cæphal.consf.503. col.penult.lib.4.

95 Potest autem dici aliquid clam factum etiam adhibitis testibus si publicè fieri debuit, vt moris est in matrimonio cōtrahendo. Bart. in l.2.C.de his qui ex pub. rat. lib. 10.glo.in c.1.in verbo, Clandestina.de Clandest.desp.

96 Quæ noctu fiunt clandestina quoque censentur ratione temporis incongrui, delicta enim noctu na clandestina dicuntur. Bald. in l. Cum fratrem in princ. C. de his quib vt indig. Ang.in l.1. §.Occisorum. ff. ad Syllan. Et quando quid dicatur clam fieri docet Iaf. in §. Item si quis in fraudem Inst. de act.num.43. Fel.in cap.Consuluit de offic.deleg.in verbo,Occultum col. fin. in cap. Porrò de sent. excom. in fine. Et quando dicatur delictum clandestinum tradit Bald.in l.Cum fratrem in prin. de his quib. vt indign. & occultum quoque multis modis dici tradit Luch.de Curte in suo consi.incip. Contingit Cassinam quod est 62. inter varia consil. crim. volum.1. num.18.& seq.

97 An vero grauius puniantur ea quæ fiunt clam, vel quæ palam. Iaf. in §.Ex maleficijs Inst. de act. numer.20. tradit hanc distinctionem post glos. ibi in verbo Quadrupli. In prohibitis seuerius puniri qui palam deliquit, & ideo grauius puniri furtum manifestum, quàm non manifestum. In rebus vero non semper, & expressè prohibitis acrius puniri clam delinquentes. Sed de hoc dicemus in §.12.

98 Perpendendum est etiam an emptor postquàm rem emit eam celauerit, & clanculum tenuerit: ex hac enim clandestina detentione complicitas arguitur. Et Rol. à Valle consil 45. nume. 25. vol.1. dicit, per text. in §. Præterea in verbo susceperit, & celauerit Inst. de oblig. quæ ex del.nasc. duo copulatiuè requiri vt emptor rerum furtiuarum puniri possit: Eum scilicet scienter suscepisse, & celasse: idque approbat Ang.in d.§. & Hippol.de Marsil. consil.30 nume.20. Mascard.de probat. concl. 831.num.19. Sed, pacè tantorum virorum dixerim, ipsi in hoc longè decipiuntur. Tum quia text. ab illis allatus, si bene perpendatur, hoc non dicit, tum etiam quia ratio naturalis reclamat, nam absurda consequerentur si hoc verum esset.

99 Imp. in d. loco primum tractauit, quæ nam furta essent manifesta, & quæ non manifesta, postmodum

dum de actionibus Furti concepti,& Oblati,ac Prohibiti egit,dixitque has actiones in desuetudinem abijsse, & inquit. Cum manifestum sit quod omnes,qui sciẽtes rem furtiuam susceperint, & celauerint furti nec manifesti obnoxij sunt. Iustinianus in summa hoc in loco dicit, illum furti nec manifesti teneri, non modo qui clanculum furatur; sed illum etiã qui rem furtiuam scienter suscipit, & celat, si enim scienter reciperet, & palam teneret furti manifesti teneretur, non autem nec manifesti. Et ita tantum abest vt Imp.voluerit hæc duo copulatiuè requiri, vt susceptor de furto teneatur; vt imo de hac re non sit loquutus: sed bene dixit,hæc duo requiri,& esse necessaria ad hoc vt susceptor furti non manifesti teneatur. Quid enim absurdius, & iniustius esset, si ille qui scienter res furtiuas suscepisset non teneretur si illas palam teneret: detinere enim bona siue palam, siue clam hoc non est delictum, sed ex istis accidentibus conijcitur an susceptor sciuerit illas res esse furtiuas vel ne. Verum quando præsupponimus susceptorem sciuisse res fuisse furtiuas,nihil refert quo modocunque illas tenuerit, nisi ad cognoscendum an susceptor furti manifesti, vel nec manifesti teneatur: & id appositè decisum fuit: nam quamuis ille, qui opem fert furi ad bona aliena contrectanda, eodem crimine teneatur, quo fur ipse principalis tenetur, videlicet, vel furti manifesti, vel nec manifesti, prout furtũ ab ipso fure commissum fuit: tamen quia in susceptore aliter res potuit contingere, ideo Imp. hanc rem decidere voluit. nam, exempli gratia, fur commisit furtum manifestum, cum furto aufugit, & alius scienter rem furtiuam clam suscepit,& celauit. Fur hoc casu tenetur de furto manifesto, & susceptor de furto nec manifesto. Vt ergo susceptor teneatur de furto nec manifesto inquit Iust. necesse est hæc duo concurrere,vt scienter susceperit,& celauerit,si autem scienter susceperit, & non celauerit tenebitur furti manifesti.

100 Quæ diximus de emptore, locum habent etiam in eo, cui res furtiua pignori data est Alex. in addit.ad Bart.in l.Inciuilem C.de furt. Castr.in l.Seruus cuiusdam §.Quæsitum est.ff.de cond.indeb. Bart. & Bald. in l. Eos qui C. de furt. Aret.in tract.malef.in verbo Vestem cælestem colum.5. versic. Quid si quis emerit scienter Rol. à Valle in consil.45.vol.1.num.2. Io.de Anania consil.70.Bald.consil.92.libr.4. Marf.sing.13.Aufer. Decis.Tolos.151.

101 Imo etiam in eo qui in depositum talem rem acciperet, vel ad custodiendam,& quocunque modo illam penes se haberet: & ideo Imper. vnico verbo generali Susceptoris hos omnes casus complexus est.

102 Precium quoque est animaduertendum, si quis enim vili precio emat rem furtiuam,præsumitur furti conscius, vti receptator, vel rei furtiuę vili precio emptor: quod

quod non est suspicandum si iusto precio, vel paulo minori emisset, glo. & Bart. in l. Inciuilem C. de furt. Io. de Imola in l. fin. ff. de hæred. instit.

103 Interdum quoque accidit vt ementes re vera non consentiant furibus, imo fures emptoribus affirment, bona esse sua, & emptores simulent se id credere: verum quoniam emptores ob emptionē clandestinam, ob modicitatem precij, vel ex qualitate ipsorum bonorum, vel ex conditione vendentis, aut ex alijs causis, & coniecturis potuerunt scire bona esse furtiua, non præsumuntur carere culpa, subinde à pœna non debent esse immunes, subministrantes hoc modo commoditatem furibus, & incitamentum ad furandum. Doct. in l. Inciuilem C. de furt. Bald. in l. Eos C. de furt. Paul. Castr. in d. l. Inciuilem nume. 2. dicit emptorem confitentem se sciuisse rem emptam fuisse furtiuam puniendum esse tamquam furti receptatorem Ang. de malef. in verbo, Quid si emit scienter col. 5. Aufrer. in Decis. Tholos. 151. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 19. num. 2. Rol. à Valle cons. 45. num. 25. vol. 1.

104 Deprehenditur etiam scientia emptoris ex qualitate rerum, vt si res emptę ipsi non conueniebant, nec illis egebat, vt si caupo emeret libros, vel vestes sericas grauius in eum insurgeret indiciū, quàm si res sibi congruentes emisset, vt frumentum, caseum, & similia: quæ quidem circumstantiæ ideo considerandæ sunt, quia accidentia non parum conferunt ad veritatem cognoscendam, vt tradit Bald. in l. Solam C. de test. Fel. in c. Cum causam de testib. l. Verum la 2. ff. de furt.

105 Aliud quoque indicium non leue insurgit contra rerum furtiuarum emptorem, eum scilicet scienter illas res emisse, si alias res furtiuas emere consueuit. Bart. in l. fin. ff. de quæst. & in l. 2. & in l. Milites, & in l. fin. C. de quæst. Ang. in l. Ancillæ C. de furt. & in sua pract. crimin. in verbo, Fama publica. Hippol. in l. Qui falsam monetam ff. ad l. Corn. de fals. nuxer. 112. Iul. Clar. in §. Furtum versic. Sed nunquid Bald. in l. fi. ff. de hæred. inst. in fine, sequutus opinionem Cyni. Semel enim malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali. c. Semel malus de reg. iur. in 6. l. Si cui §. Iisdem. ff. de accusat. l. Non omnes §. A barbaris ff. de re milit. Valet enim argumentum de tempore præterito ad tempus præsens. l. Si, ue possidetis. C. de probat. Bart. in d. §. Iisdem. & in l. Cassius. ff. de senat. Bart. in l. Si prius. ff. de no. op. nunc. Bald. in l. fin. ff. de hær. inst. & in c. 1. de feudo dato in vicem legis commiss. Innoc. in cap. Super his, de accusat. glo. & Abb. in cap. Proposuit de cler. excom. mini. & alios plures allegatos à Nic. Boerio in addit. ad dictam reg. Semel malus, Mascard. de probat. concl. 1003. num. 37. quæ regula limitatur si per tres annos post bene vixit, quia præsumitur emendatus, notabilis est text. in Auth. de Monach. § Hinc autem, & ibi Angel.

monstrauit, in l. Qui vas. §. Qui furem. ff. de furt. Qui furem nouit, siue indicet eum, siue non indicet, fur non est, cum multum interfit furem quis celet, an non indicet. Cum autem actione præscriptis verbis indicij precium peti possit, dummodo dolus indicantis absit, l. Solent. ff de præscript. verb. & ibi Bart. l. Idem §. fin. ff. de cond. ob turp. caus. si quis furem indicare teneretur, precium indicandi accipere non posset, turpe enim lucrum esset: cum ille dicatur turpiter pecuniam accipere ad id faciendum, quod gratis facere tenetur. l. 1. & 2. & l. fin. ff. de cond. ob turp. caus.

67 Ad rem nostram ergo in viro bonæ famæ non præsumitur aliquid mali, sed imo ignorantia rerum furtiuarum interpretatur Rom. consil. 473. Aret. consil. 22. Fel. in c. Cognoscentes col. penul. de const. Nellus in tract. bannitorum in 3. parte secundi temporis, Bart. in l. Omnes C. de agr. & cens. lib. 11. Boss. tit. de rapinis num. 17. cogi non potest ad indicandum à quo rem emerit d. l. Qui vas §. Qui furem. ff. de furt. & l. 4 §. Si tibi ob indicium. ff. de cōd. ob turp. caus. & licet non manifestet venditorē non ob id debet torqueri Bald. & Imol in l. vlt. in fine. ff. de her. inst. Sal. in l. vlt. C de quæst. Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. Diligenter num. 56. & in cons 52. Misericord a Domini num 40. Iul. Clar. in pract crim. §. fin. quæst. 21. versic. Si res furata reperiatur vbi de communi opinione testatur. gl. in l. Si seruus. C. de his qui ad eccl. confug. l. Solēt. ff. de præscr. verb. Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de furt. c. Dilectus de excess. prælat. c. Quod quidem §. Ex eis, & ibi gloss. notab. 1. q. 1. Gand. in tit. de furtib. & latr. in fine, vbi hanc quæstionem examinat. Sæpè enim per fraudem, & calumniam in ædes insontium fuerunt res illatæ, inscijs domorum dominis, vt de illis criminibus conuincerentur, quæ nunquam commiserāt, prout testatur etiam Decian. consil 93. num. 85. vol. 2. In saccum Beniamin illatus fuit scyphus argēteus, & pecunia vt innocens adolescēs pro furto damnaretur. Gen. c. 44. & apud Plutar. legitur Philippum Archanem medicum fuisse à Parmenione accusatum quod venenum pro medicina Alexandro ægroto dare voluisset supposito veneno in cubiculū medici id prorsus ignorantis. Per similem Tarquinij superbi calumn ā Turnus innocens damnatus fuit pluribus gladijs in eius diuersorium clandestinè illatis Liui. lib. 1. Et scribit Eusebius lib. 10. hist. eccl. Cecilianum Carthaginēsem Episcopum frustrà simili calumnia fuisse vexatum, quod scilicet sacras litteras infidelibus concremandas transmisisset, in eum falso indicio machinato litterarum infidelium ad Episcopum scriptarum, & in eius domo repertarum, in quam calūniator dolo immiserat. Prout in tentorium Palamedis per seruos corruptos argentum Vlyssis eius inimici fraude fuisse defossum, & ob id innocentem Palamedem morte aff. ctum diximus

etiam

etiam suprà numero 30.

68 Tu tamen obserua in praxi, licet hoc casu vir bonæ famæ, non ostendens à quo emerit, torqueri non possit, quia hoc solum indicium, & maximè alienum à bona eius fama, non sufficit ad quæstionem, inducit tamen aliquam suspicionem alienam à bono viro, vt habetur in d.l.Ciuile C.de fur. Et cum vnusquisque natura cupiat, se quantum fieri potest, ab omni fraudis suspicione expurgare, idq; non faciat, non caret scrupulo suspicionis, quæ cum aliquo alio congruenti indicio facilè induceret Iudicis arbitrium ad illum torquendum glo. magna in d.l.Ciuile. C.de furt. & Paul.Castren.ibi num.3.

69 Ex prædictis ergo apparet veram esse conclusionem Martini Azpilcueta Nauarri in consil. 10. in fine lib.3. Vt ille, qui vidit aliquem furantem, quem verbo, vel facto potuit impedire, & non impediuit, non ob id teneatur: nisi ratione officij sui ad id faciendum teneretur, scilicet ad tuendam, vel custodiendam illam rem: vt notat Blanc.de indic.num.303.& seq.& ratio est, quia de iure ciuili nemo tenetur obuiam ire delicto etiam vociferatione, vt post alios ab eo relatos tradit Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 87. & latissime hoc concludit Farinac.in praxi.libr.2. tit. de Indic. & tort. quæstio. 51. numer. 4. Et successiuè hoc loco differendum esset quando quis ex sola scientia delicti patrandi, si non propalauit, puniri possit: sed sat.s erit in vniuersum dicere tunc scientem, & non reuelantem esse puniendum, si delictum erat committendum in eum, cui sciens erat subiectus l.2. & ibi gl. ff. ad l. Pomp.de parric. vt accidit in filio non reuelante delictum in eius patrem committendum in d.l.2. & in l.Vtrum ff. eod. in subdito non propalante coniurationem contra patriam, vel Principem suum. in l.Quisquis C.ad l.Iul. maiest. In clerico non indicante delictum contra suum Episcopum. Quando autem quis non est subiectus illius in quem est delinquendum, sciens ex sola scientia non tenetur gl.in l.Culpa caret ff. de regul.iur. Quid autem sit dicendum in foro pænitentiali scribit Abb.in cap.1. de restit.spol.

70 Quamuis quando agitur ad instantiam partis Iudex, vt diximus, non possit cogere bonæ famæ emptorem rei furtiuæ vt indicet à quo rem illam emerit: tamen si agat Iudex vel eius officio implorato, vel per inquisitionem generalem, tunc potest cogere quemcumque ad furem indicandum Bart.in l. Ciuile C.de furt. & in l.Qui vas §.Qui furem in fin.ff. de furt. glo. in verbo Reperti l.Idem & si §. Si tibi. ff de cond. ob turp. caus.& Bald.ibi col.1. versic. Postea statim, & col.2 vers. Quærit glosa an ex naturali, & ib. Ias. numer.1 vers. Tertio limita, & nu.5. vers.In quarta. Abb.in c Qu. cum fure numer.5.de furt. Fulg.in d.l. Ciuile nume 3.Neuiz.in sua Silua nupt. libr.3. in verbo Regula est quod Episcopus numer.30 vbi testatur de communi opinione. Et

ratio

ratio est illa vniuersalis, quia Reip. interest inuenire scelestos, & illos puniendo expurgare prouinciam prauis hominibus. l.3. & l.Congruit. ff.de off praesid. Farinac.d.quaest.51.num 12.

71 Cum ergo quis à Magistratu cogitur vt tamquam testis de persona furis deponat, eo casu furem propalare tenetur: tum quia tali casu fur non est omnino occultus, imò est parti manifestus non autem Magistratui: tum etiam quia iurisiurandi religione adstringitur. l. Locum §. Hoc interdictum. ff.de tab.exhib. l.1. ff.de furt. Ant. de Butrio in c. Nemo de Symon.

72 Intelligenda est etiam suprascripta decisio de iure ciuili, quo iure, vt diximus, quis non tenetur furem indicare, vt idem Farinac. testatur loco citato numer.7. sed secus est de iure canonico. c. Qui cum fure, & ibi glo. de furt. Rom. sing.794. Nunquid teneatur quis indicare Alber. & Iaf. in l. Idem etsi §. Si tibi indicium in prima fallent. ff. de cond. ob turp. caus. Abb. in c. Dilectus vlt. notab. de excess. praelat. Ang. in l. Ex quibusdam §. vlt. ff. de iur. fisc. Et ita Episcopi cõsueuerunt excommunicare non indicantes fures, vel non propalantes furta. c. Qui cum furem de furt. Et Iul. Clar. in §. Furtum, vers. solent etiam, dicit concedi litteras monitorias, quibus sub vinculo excommunicationis iubetur vt res furtiuae indicentur: & idem Clar. tradit in sua pract. crim. q.27. vers. Sed quaero, & seq. Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. cas.355. num.5. & sequen. & Farinac. d. quaest.51. nume.29. & sequen. Et legitur in diuinis litteris Leuit. cap.5. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisque fuerit quod aut ipse vidit, aut conscius est: nisi indicauerit portabit iniquitatem suam. Di. Hierony. super cap.26. Prouerb. vbi habetur participantem cum fure occidere animam suam, inquit non solum furem esse reũ, sed etiam eum, qui furti est conscius, si quaerente possessore non indicet: quod Ledesma, & Sotus negăt verum esse in fure occulto.

73 Non tamen quis tenetur indicare illum furem, qui rem furtiuam aut iam restituit, vel restituere non potest, licet monitoria Episcopi, vel alterius superioris super hoc fulminata fuerint, vt tradit d. Nauarrus consil.75. nume.30. lib.3.

74 Qui autem indicat furem dum illum ministri insequuntur, & occidatur, illeque sciuerit quaeri ad mortem efficitur irregularis: secus est si nescit, nec suspicari potuit illum ad mortem quaeri. Nic. Polulus de irregularitate nu.15.

75 Ad arcenda rei rusticae furta nostris temporibus, in omnibus ferè Italiae vrbibus, extant statuta, vt vniuersitates Villarũ teneantur indicare fures, & depopulatores, alioquin resarcire damna, & furta in ipsis Pagis commissa. quae quidem statuta, licet aequitatem in se non contineant, dum vnum pro alterius facto obligant; tamẽ quia publicum commodum spectant, ideò valent, & seruanda sunt Bald. consil.203. examinat

hanc

hanc pulchram quæstionem: an scilicet, stante hoc statuto, si Villa fuit condemnata, & postea ille agrorum depopulator, qui hoc damnum intulit, capiatur, & suspendatur, ipsa Villa hoc casu sit liberata ab hac condemnatione. Villam dixi pro Pago, communẽ Doctorum vsum secutus, licèt non ignorem Villam ædem particularem non pagum significare, iuxta illud Plinij libr. 18. cap. 6. Modus hic probatur, vt neque fundus villam, neque villa fundum quærat. Et Cic. pro Q. Roscio Comœdo ait: Tum erat ager incultus, sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa. quam villam Columella in tres partes distinguit: vnam enim vrbanam appellat, quæ prætorium etiam dicitur, in quam dominus se recipere solet, & ideò vrbanum nitorem redoleat; alteram rusticam, in qua Colonus, cum sua familia, & omni rustico instrumento inhabitat, & fructuariam in qua fructus reponuntur.

76 Operepretium nunc est videre in casibus, in quibus quis tenetur furem indicare, quomodo indicare illum debeat: & profectò non sat esset si illum tantummodo nominaret, sed debet illum conuincere, & plenè probare se ab eo rem furtiuam habuisse text. iuncta gl. in l. Indicasse reum. ff. de verb. sig. las. in l. 4. §. Si tibi indiciũ num. 2. ff. de cond. ob turp. caus. Alex. consil. 205. Ponderatis his numer. 4. & 5. lib. 6. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 835. num. 12. & seq. & ratio est, quia res debent intelligi cum effectu: nec iuris remedia debent esse delusoria. Nihil enim operaretur nominare mortuum, vel absentem, aut incognitum, & multo minus illum, qui id negaret: imò cum argueretur mendacij, maiori indicio grauaretur: & esset inuenta facilis cautela ad celanda furta, vt etiam Mascard. loco citato animaduertit.

77 Aliud tamen est si agatur non de fure indicando, sed de furto propalando: ex taciturnitate enim delicti insurgit indicium contra tacentem, qui debebat reuelare furtum. Paris de Puteo in verbo Tortura col. 3. in tract. de indic. ad tort. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. Expedita num. 93. vbi plura adducit, ad quem lectorem remitto. Huc Batti fabula spectat, quem cum Mercurius rogasset ne boues à se abactas cuiquam indicaret, cumque ille ostenso lapide respondisset:

Tutus eas, lapis iste prius tua furta loquetur,

fidei suæ periculum facturus Mercurius alia persona suscepta sciscitatus est ab eo vidisset ne vsquam boues sibi nuper furto surreptas, tauro furtum prodenti in præmium proposito, cuius cupiditate allectus Battus, posthabita iurisiurandi religione, boues vbi viderit docet, tum Mercurius indignatus

Me mihi prodis? ait, periuraque pectora vertit
In durum Silicem, qui nunc quoque dicitur Index.

ea scilicet coticula nigerrima cuius attritu aurum proditur cuiusmo-

iusmodi sit, qui Lydius quoque, & Heraclius lapis appellatur.

78 Quando autem ille, penes quem res furtiua reperta fuit est torquendus, res nō debet esse minimi momenti: non enim consueuerunt boni practici in leuibus criminibus reos torquere, vbi enim corporis pœna inferri non solet, ibi quæstio non adhibetur. l. Edictum, & l. Diuus, & ibi Bart. & Alex. ff. de quæst. Gand. sub tit. de quæst. & tort. num. 2. Crauet. consil. 137. nume. 12. & seq. Doct. in c. 1. de deposito. Nam maior esset pœna in delicto inuestigando, quàm in puniendo, vt tradit Ioseph Ludouic. concl. 38. vers. Infertur num. 106. Bart. in l. Leuia. ff. de accusat. Salyc. in l. Non ideo minus. C. de accusat. Receptum tamen est, vt hoc arbitrio Iudicis relinquatur: Verum tamen est in crimine furti facilius ad quæstionem deueniri, vt idem Ludouic. loco citato affirmat. Saluo semper in hoc iudicis arbitrio.

79 Non tamen bene faciunt Iudices, qui quoscunque suspectos de furto facilè tormentis subijciunt, vt docet etiam Cason. in tract. crim. cap. de non torquendo reo, nisi constet de delicto in fine, & plura adducit Fran. Brusatus consil. 325. num. 12. lib. 3. & Iudex debet esse multum circumspectus in tormentis adhibendis, & in fide habenda confessioni in ipsis tormentis facta; quia licet reus præsumatur in tormentis dicere verum Alber. in rubr. C. de quæst. num. 9. Boer. decis. 163. nume. 12. l. 1. §. Si quis vltrò. ff. de quæst. l. Hoc quod C. eod. Ghir. de tort. part. 1. quæst. 5. Guid. de Suzzar. de tort. num. 50. Re tamen ipsa cognoscitur torturam esse experimentum periculosissimum, & genus probationis fallacissimum: multi enim delinquentes pertinaces tormenta superant, & contemnunt: alij doloris impatientia falsa fatentur: nam, vt inquit Seneca, & innocentes cogit mentiri dolor. l. 1. §. Quæstionis. ff. de quæst. gloss. in l. Edicta eod. tit. l. 1. §. Diuus Seuerus ff. de quæst. Marsil. in l. Quæstionis modū nu. 1. & 7. ff. eod. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 269. in princ. & cas. 172. lib. 2. Gand. de quæst. & tort. num. 3 & num. 13. Et de delicto debet prius constare: & reus in tormentis debet super circunstantijs interrogari, & verisimilia deponere, vt prudens iudex ei fidem adhibere possit. Si quis doloris impatiens confessus fuerit in tormentis furtum commisisse quod non commisit, & fuerit suspensus; postea qui verè furatus est debet etiam suspendi l. Qui seruum, & ibi Alex. de Imola ff. de inter. act. Bald. in cap. Iniuria in fine, de pace iur. firm.

80 Fur si propter valida indicia super vno furto torquetur, potest etiam interrogari in genere de alijs furtis ab eo commissis: quāuis de illis nullum extaret indicium: & multò magis de alijs furtis in tormētis interrogari debet, si aliquod furtum confessus est, aut de eo est conuictus. Ang. de Malef. in verbo. Et vestem cælestem in fin. Dec. in c. Tertio loco in fin.

in fin. de probat. Alex. consil. 52. colum. 1. vol. 3. Boss. in tit. de furt. num. 66. & ita de consuetudine in Italia seruari dicit Paris de Put. relatus à Marsil. in l. Repeti nume. 41. ff. de quæst. Gand. in tract. malef. tit. de quæst. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 64. vers. successiuè quæro. Quod tamen est intelligendum quando reus habetur pro insigni fure, aliàs non debet de alijs furtis, de quibus non constaret, torqueri. Franc. Brun. in tract. de indic. & tort. fol. 13. volum. 2. quem sequitur Marsil. in d. l. Repeti nu. 41. & hoc etiam placet Farinac. in praxi. libr. 1. tit. de Indic. & tortur. quæst. 37. numer. 163. & seq. & præsertim nume. 171. & sic famosum latronem posse de alijs latrocinijs interrogari, & torqueri tradit ibidem Farinac. num. 167. & seq.

81 Si vero fur confiteatur plura furta commissa, de quibus non appareat, an huic suæ confessioni sit credendum tradit Ang. de Malef. in verbo. Et vestem cęlestem colum. 2. & ibi Aug. de Arimino in addit. Boss. in tit. de furtis numer. 17. & copiosè Farinac. in pract. crim. tit. de inquisit. quęst. 2. num. 15. vbi dicit non sufficere ad condemnandum furis confessionem, sed oportere vt furta allegata comprobentur. nisi confitens esset solemnis fur, tunc enim ex pluribus furtis quæ iste fassus esset, si duo, aut tria comprobarentur, hæc ad condemnandum sufficerent. Grammat. decis. 48.

82 Qui asserit bona fide rem emisse, non tenetur bonam fidem probare, quia præsumitur: sed aduersarius qui bonam fidem negat, debet probare eum mala fide emisse. Roffred. in suo tract. de libell. in 1. part. in rubr. de act. pub. num. 6. Mascard. de probat. conclus. 224. num. 2. & ibi plura tradit ad hanc materiam pertinentia.

83 Verum quoniam bona fides nō solum præsumitur, sed etiam ex coniecturis probatur l. 3. §. Si seruus. ff. de acquir. possess. Bart. & Doct. in l. Celsus. ff. de vsucap. Alex. cons. vlt. vol. 1. Card. Alban. consil. 28. num. 3. Bald. consil. 20. num. 4. & 5. vol. 5. Crauett. de antiq. temp. par. 1. §. Quæritur etiam num. 40. & 41. Dec. cons. 266. 267. & 275. Ang. consil. 130. Roland. à Valle consil. 3. num. 94. volum. 1. Soc. Iun. cons. 144. num. 48. vol. 1. Afflict. decis. 369. num 8.

84 Ideo ad cognoscendum an emptor rei furtiuæ scienter, vel ignoranter rem illam emerit, primum conijci poterit, an clam, an vero palam emerit, quia sicuti dolus nō præsumitur, in his quæ publicè, & palam fiunt. l. Palam ff. de ritu nupt. l. Cum ipse tutor ff. de contrah. empt. l. Si is qui bonis ff. de acquir. hæred. & ibi Bart. & reliqui, & in l. Non existimo, & in l. Quoties §. Notandum ff. de admin. tut. & in l. 1. §. Fuit quęsitum ff. ad S.C. Trebell. Bart. in l. Barbarius col. 1. ff. de off. præsid. sic qui clam emit habet contra se indiciū complicitatis, & potest torqueri, vt tradit Castren. in l. Inciuilem numer. 1 & 2. C. de furt. Bald. in l. Eos. C. eod. l. fin. ff. de rit. nupt. Barb. cons. 47. col. 15. & consil. 45. col. 8.

col.8. vol.5. Cæpol. consil. crim. 26. Magnifice, & generose Pretor num.12. Ang. de maleficijs in verbo, Et vestem cælestem colum.5. versi. Quid si quis emit, & seq. & in §. Is qui num.2. Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. vbi hanc esse communem opinionem testatur. gl. in l. Quæ contra in verbo, Errore acerrimo C. de incest. nupt. & in l.1. C. de interd. matr. Alex. consil.60. nume.8. vol.1. Boss. in tit. de indic. nume.6. Mascard. de probat. concl.831. num.16.

85 Opera enim clandestina, & furtim facta sunt semper suspecta, & detestata: & ideo quando contractus fit clam in eo præsumitur fraus. cap. vnico vt eccl. benef. & c. Cum inhibitio de cland. despõs. facit l. Cum ipse C. de contrahen. empt. & l. Donatio §. 1. C de donat. Salyc. in l. Ciuile in fine. C. de furt. Socin. cons.80. Præsens consultatio colum.3. vol.4. Cæpol. in tract. de simulat. contr. num.66. & in consil.26. Magnifice col.3. vbi expresse dicit ementem clam aliquam rem præsumi furem, & allegat Paul. de Castro in l. Inciuilem C. de furt. glo. in l. Si in emptione. §. vlt. ff. de contrah. empt. Bart. in l. Non intelligitur §. Tacita ff. de iure fisci.

86 Et quod clam factum fuit probat contra eum qui clam fecit Crauett. consil.129. num.11. per l. fin. ff. de rit. nupt. & l. Non existimo. ff. de administr. tut. & l.1. C. de interd. matr. c. Consuluit §. Ne vero iudicium ff. de offic. deleg. c. Anastasius vncta gl. in verbo, Occultè 19. dist. l. Ita fidei. ff. de iure fisci. cap. Perniciosam 18. quæst.2.

87 Clam facere dicitur ille, qui celat aduersarium, neque ei denunciat, si modo timuit eius controuersiam, aut timere debuit, vt iurisconsultus declarat in l.3. §. fin. ff. Quod vi, aut clam.

88 Vel quæ post motam litem facit, vt se à negocio eximat, duriorem que actionem aduersario constituat, quæ cum in alterius fraudem facta esse comprehendantur, clam facta interpretantur. l. Quo tutelam. §. Clam. ff. de reg. iur.

89 Quod etiam fit parte non citata clam fieri dicitur l. Aut qui aliter. §. Si quis te. ff. Quod vi aut clã. Innoc. in cap. Cum olim, iuncta g o. de re iud. Aut non legitime citata, vel fraudulenter citata Mascard. conclu.297. num.12. & seq. de probat.

90 Vel clam fieri dicitur quod ita fit, vt non possit peruenire ad notitiam eius, cuius interest l. Clam possidere. ff. de acquir. poss. l. Non intelligitur §. Tacita, & ibi Bart. ff. de iure fisci. Bart. in l.2. De his qui ex pub. rat. libr. 10. & in l.2. C. de præd. cur. non alien. libr.10. Ias. in d.l. Clam possidere Fel. in cap. Consuluit de off. deleg. & ibi apostilla. Barb. cons 46. volum.1. Socin. consi.86. num.53. volum.2. Corset. sing. in verbo occultè incip. Quid dicatur fieri occultè.

91 Ideo si adhibitis in aliquo contractu testibus necessarijs, illis, & Notario silentium iniungitur clã factum dicitur, Bart. in l. In fraudem in princip. ff. de his quib. vt indig.

92 Illud etiam quod fit per alium, cum

eam per se fieri debebat clam dicitur factum. Bart. in l. Pupillus. §. fin. ff. de auth. tutor.

93 Quod etiam sine auctoritate Principis, vel Iudicis fit, clam factum dicitur. Bart. in l. 1. C. ex his qui de pub. rat. libr. 10. & in l. 1. C. de præd. cur. lib. 10.

94 Vel etiam sine necessarijs solemnitatibus Bart. in l. fin. ff. de rit. nupt. & in l. 2. C. de his qui ex plub. ratio. lib. x. c. Cum inhibitio § 1. de clandest. despons. & ibi Doct. Soc. Iun. cons. 87 numer 48. & seq. lib. 2. Innoc. Host. Io. Andr. & Ant. de Butrig. in c. Ex tenore, Qui fil. sint leg. Ruin. consil. 14. nume. 10. lib. 3. Cæphal. cons. 503. col. penult. lib. 4.

95 Potest autem dici aliquid clam factum etiam adhibitis testibus si publicè fieri debuit, vt moris est in matrimonio cōtrahendo. Bart. in l. 2. C. de his qui ex pub. rat. lib. 10. glo. in c. 1. in verbo, Clandestina. de Clandest. desp.

96 Quæ noctu fiunt clandestina quoque censentur ratione temporis incongrui, delicta enim nocturna clandestina dicuntur. Bald. in l. Cum fratrem in princ. C. de his quib. vt indig. Ang. in l. 1. §. Occisorum. ff. ad Syllan. Et quando quid dicatur clam fieri docet Ias. in §. Item si quis in fraudem Inst. de act. num. 43. Fel. in cap. Consuluit de offic. deleg. in verbo, Occultum col. fin. in cap. Porrò de sent. excom. in fine. Et quando dicatur delictum clandestinum tradit Bald. in l. Cum fratrem in prin. de his quib. vt indign. & occultum quoque multis modis dici tradit Luch. de Curte in suo consi. incip. Contingit Cassinam quod est 62. inter varia consil. crim. volum. 1. num. 18. & seq.

97 An vero grauius puniantur ea quæ fiunt clam, vel quæ palam. Ias. in §. Ex maleficijs Inst. de act. numer. 20. tradit hanc distinctionem post glos. ibi in verbo Quadrupli. In prohibitis seuerius puniri qui palam deliquit, & ideo grauius puniri furtum manifestum, quàm non manifestum. In rebus vero non semper, & expressè prohibitis acrius puniri clam delinquentes. Sed de hoc dicemus in §. 12.

98 Perpendendum est etiam an emptor postquàm rem emit eam celauerit, & clanculum tenuerit: ex hac enim clandestina detentione complicitas arguitur. Et Rol. à Valle consil 45. nume. 25. vol. 1. dicit, per text. in §. Præterea in verbo susceperit, & celauerit Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. duo copulatiuè requiri vt emptor rerum furtiuarum puniri possit: Eum scilicet scienter suscepisse, & celasse: idque approbat Ang. in d. §. & Hippol. de Marsil. consil. 30. nume. 20. Mascard. de probat. concl. 831. num. 19. Sed, pacè tantorum virorum dixerim, ipsi in hoc longè decipiuntur. Tum quia text. ab illis allatus, si bene perpendatur, hoc non dicit, tum etiam quia ratio naturalis reclamat, nam absurda consequerentur si hoc verum esset.

99 Imp. in d. loco primum tractauit, quæ nam furta essent manifesta, & quæ non manifesta, postmodum

dum de actionibus Furti concepti,& Oblati,ac Prohibiti egit,dixitque has actiones in desuetudinem abijsse, & inquit. Cum manifestum sit quod omnes,qui sciẽtes rem furtiuam susceperint, & celauerint furti nec manifesti obnoxij sunt. Iustinianus in summa hoc in loco dicit, illum furti nec manifesti teneri, non modo qui clanculum furatur; sed illum etiã qui rem furtiuam scienter suscipit, & celat, si enim scienter reciperet, & palam teneret furti manifesti teneretur, non autem nec manifesti. Et ita tantum abest vt Imp. voluerit hæc duo copulatiuè requiri, vt susceptor de furto teneatur; vt imo de hac re non sit loquutus: sed bene dixit,hæc duo requiri,& esse necessaria ad hoc vt susceptor furti non manifesti teneatur. Quid enim absurdius, & iniustius esset, si ille qui scienter res furtiuas suscepisset non teneretur si illas palam teneret: detinere enim bona siue palam, siue clam hoc non est delictum, sed ex istis accidentibus conijcitur an susceptor sciuerit illas res esse furtiuas vel ne. Verum quando presupponimus susceptorem sciuisse res fuisse furtiuas,nihil refert quo modocunque illas tenuerit, nisi ad cognoscendum an susceptor furti manifesti, vel nec manifesti teneatur: & id appositè decisum fuit: nam quamuis ille, qui opem fert furi ad bona aliena contrectanda, eodem crimine teneatur, quo fur ipse principalis tenetur, videlicet, vel furti manifesti, vel nec manifesti, prout furtũ ab ipso fure commissum fuit: tamen quia in susceptore aliter res potuit contingere, ideo Imp. hanc rem decidere voluit. nam, exempli gratia, fur commisit furtum manifestum, cum furto aufugit, & alius scienter rem furtiuam clam suscepit,& celauit. Fur hoc casu tenetur de furto manifesto, & susceptor de furto nec manifesto. Vt ergo susceptor teneatur de furto nec manifesto inquit Iust. necesse est hæc duo concurrere,vt scienter susceperit,& celauerit,si autem scienter susceperit, & non celauerit tenebitur furti manifesti.

100 Quæ diximus de emptore, locum habent etiam in eo, cui res furtiua pignori data est Alex. in addit. ad Bart. in l. Inciuilem C. de furt. Castr. in l. Seruus cuiusdam §. Quæsitum est. ff. de cond. indeb. Bart. & Bald. in l. Eos qui C. de furt. Aret. in tract. malef. in verbo Vestem cælestem colum. 5. versic. Quid si quis emerit scienter Rol. à Valle in consil. 45. vol. 1. num. 2. Io. de Anania consil. 70. Bald. consil. 92. libr. 4. Mars. sing. 13. Aufer. Decis. Tolos. 151.

101 Imo etiam in eo qui in depositum talem rem acciperet, vel ad custodiendam,& quocunque modo illam penes se haberet: & ideo Imper. vnico verbo generali Susceptoris hos omnes casus complexus est.

102 Precium quoque est animaduertendum, si quis enim vili precio emat rem furtiuam,præsumitur furti conscius, vel rec- vel rei furtiuę vili prec-

quod non est suspicandum si iusto precio, vel paulo minori emisset, glo. & Bart. in l. Inciuilem C. de furt. Io. de Imola in l. fin. ff. de hæred. instit.

103 Interdum quoque accidit vt ementes re vera non consentiant furibus, imo fures emptoribus affirment, bona esse sua, & emptores simulent se id credere: verum quoniam emptores ob emptionē clandestinam, ob modicitatem precij, vel ex qualitate ipsorum bonorum, vel ex conditione vendentis, aut ex alijs causis, & coniecturis potuerunt scire bona esse furtiua, non præsumuntur carere culpa, subinde à pœna non debent esse immunes, subministrantes hoc modo commoditatem furibus, & incitamentum ad furandum. Doct. in l. Inciuilem C. de furt. Bald. in l. Eos C. de furt. Paul. Castr. in d. l. Inciuilem nume. 2. dicit emptorem confitentem se sciuisse rem emptam fuisse furtiuam puniendum esse tamquam furti receptatorem Ang. de malef. in verbo, Quid si emit scienter col. 5. Aufrer. in Decis. Tholos. 151. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 19. num. 2. Rol. à Valle cons. 45. num. 25. vol. 1.

104 Deprehenditur etiam scientia emptoris ex qualitate [illegible] rum; vt si res emptę ipsi non [illegible] bat necillis egebat, [illegible] libros, vel ve[illegible] in eum insur[illegible] si res sibi c[illegible] mi [illegible] [illegible] q[illegible]

tia non parum conferunt ad veritatem cognoscendam, vt tradit Bald. in l. Solam C. de test. Fel. in c. Cum causam de testib. l. Verum la 2. ff. de furt.

105 Aliud quoque indicium non leue insurgit contra rerum furtiuarum emptorem, eum scilicet scienter illas res emisse, si alias res furtiuas emere consueuit. Bart. in l. fin. ff. de quæst. & in l. 2. & in l. Milites, & in l. fin. C. de quæst. Ang. in l. Ancillæ C. de furt. & in sua pract. crimin. in verbo, Fama publica. Hippol. in l. Qui falsam monetam ff. ad l. Corn. de fals. numer. 112. Iul. Clar. in §. Furtum versic. Sed nunquid Bald. in l. fi. ff. de hæred. inst. in fine, sequutus opinionem Cyni. Semel enim malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali. c. Semel malus de reg. iur. in 6. l. Si cui §. Iisdem. ff. de accusat. l. Non omnes §. A barbaris ff. de re milit. Valet enim argumentum de tempore præterito ad tempus præsens. l. Si ue possidetis. C. de probat. Bart. in d. §. Iisdem. & in l. Cassius. ff. de senat. Bart. in l. Si prius. ff. de no. op. nunc. Bald. in l. fin. ff. de hær. inst. & in c. 1. de feudo dato in vicem legis commis. Innoc. in cap. Super his, de accusat. glo. & Abb. in cap. Propo[illegible] ler. excom. mini. & [illegible]os pl[illegible] atos à Nic. Boe[illegible] in[illegible] ctam reg. Semel [illegible] de probat. concl. [illegible] quæ regula limita[illegible] annos post bene vi[illegible] umitur emendatus, [illegible] text. in Auth. de Mo[illegible] autem, & ibi Angel.

F 2 Lud-

Lud.Rom.consil.235.col.2.c.Ferrum 50.dist.Pelin.in c.Cum deputati in princ.de iudic. Card.Alex. in c. Leges col.vlt.53.dist.per tex. & glo.in c.1.17.q.2.Bald.cons.89. col.2.volum.3. Mascard. d.concl. 1003.nume.38.& seq. vbi optimè declarat,& limitat hanc regulam. Si enim bonus vir potest malè agẽdo effici malus, cur malus benè agẽdo non poterit ad meliorẽ frugem conuerti? & notissima sunt exempla eorum, qui prius deprauati ad bonam viuendi rationem redierunt. Si ergo is qui consueuerat res furtiuas emere, per tres annos abstinuit,& rectè vixit,cessabit præsumptio, & indicium contra illum. Quando autem rerum furtiuarum emptori, ad probandam eius bonam fidem sit deferendum iuramentum deprehendi potest ex traditis à Mascard. de probat.concl.227.

106 Graue quoque insurgit indiciũ contra reum, si illi soli res furtiua profuit; is enim fecisse creditur, cui bono cessit,vt exempli gratia, si instrumentum, vel testamẽtum subtractum fuerit,contra eum insurget indicium, qui ex illius subtractione aliquod commodum est reportaturus: nemo enim surriperet ea,quæ sibi aliquo modo non prodessent. Bart.in l.Vnica nu.5. ff.de quæst.per text.in l.1. §.Sed si quis instrumenta C.de lat.lib.tol. Brun.in tract.de indic.quæst.3.1. part.num.5. Ang.& Salyc.in l.fin. C. de quæst. Mascard. de probat. lib.2.conclus.831.num.12.Blanc. de indic.nume.422.vbi dicit hoc indicium non sufficere ad torturam, & rectè, cum sit à delicto remotum,& faciunt etiam tradita per Blanc.in d.tract. de indic. nume.255. Et in facto cum processus formatus contra quendam hæreticum, fuisset subtractus, & ob id indicium esset ortum contra ipsum hæreticum, quibusdam alijs suspicionibus concurrentibus, fuit tormentis suppositus, in quibus furtum confessus fuit.

107 Si hæres nõ fecit inuentarium, vt tenebatur, præsumitur bona defuncti subtraxisse, vt habetur in §. Hinc nobis, & in §. Si verò non fecerit inuentarium in Auth. de hæred.& falc. & in Auth. Sed cum testator. C.ad l. Falc. & ibi l.vlt.§. Etsi præfatam,& in §.Si verò postquam, & ibi glo. in verbo, Censuerunt C.de iur.delib.gl. in l.Tutoris la 2. C. de admin.tut. Guid.Pap. quæst.352. Iaſ. in l.Cũ necessitatem numer. 1. C.de fideicomm. Bart.in l.Nemo potest nume.12.& ibi Doct.de leg.1. & in l.In ratione §. Quod vulgo nu.2. ff.ad l. Falc.Rom.consil.118 Quo ad primum num.3.Guid.Pap. de præsumpt.num.58.& in decis.531. Obseruatur in iudicando, circa medium,Io.Crot.in rubr.ff.de op. no.nunc.nume 52.Abb.in c.Raynaldus nume.13.de test.Roland.à Valle in tract.de confect. inuent. in 5.part.tit.2.num.17.versicul.53. Franc.Brusat.consil.325. nu.115. volum.3.

108 An hæres omissione inuentarij amittat Trebellianicæ detractionem variæ sunt Doctorum opiniones relatæ à M.Ant.Peregrino in suo tract. de fideicommissis, art.3.

art.9. de Trebell. & Falc.num.73. & seq. & qui sustinet opinionem negatiuam, scilicet non amitti Trebellianicæ detractionem ob inuentarij omissionem: nisi hoc præceptum testatoris, & iuditialem monitionem hæres neglexisset, vt idem Peregr.ibi numer.76. concludit. Si vero hæres à testatore iussus, vel non iussus, inuentarium faciat,& scienter, ac dolosè aliqua bona supprimat, & surripiat, an perdat beneficium Falcidiæ, & Trebellianicæ varias pariter super hac quæstione fuisse scriptorum sentētias refert idem Peregr. loco citato numer. 80. ad quem lector accedat.

109 Surripiens autem aliqua bona, nec illa, vt debebat, describens in inuentario, an cadat à beneficio totius inuentarij, an vero quo ad bona surrepta tantum,gl.in verbo Lucrari §.Si vero non fecerit Auth.de hæredib.& falc.dicit perdere in totum, iure illo nouissimo, quam sequitur Bart. & Ang. & Bald. in cons. 219. numer.3. dicit hunc amittere commodum totius inuentarij, quia inuentarium fuit mala fide factum. Peregr. autem ibi nume.83. dissentit, & conatur sustinere hæredem ob suppressionem, ac surreptionem aliquarum rerum non cadere in totum à beneficio inuentarij: & quid in contingentia facti super hac re à clariss. Iurisconsultis iudicatum fuerit ibidem refert.

110 Si autem hæres inuentarium confecit, præsumitur illud rectè, & bona fide confecisse,nec aliqua bona prætermisisse, vel subtraxisse: & in dubio statur in iudicio ipsi inuentario, nisi creditores, vel legatarij probauerint alia bona extitisse in hæreditate l.Scimus §. Licentia. C.de iur. delib. & ibi Bart. & Doct. in l. Si constante. ff.sol.matr. l.Merito. ff.pro socio, Alex.& Aret.in l.In illa.ff.de verbor.oblig.

111 Etiam inimicitia parit indiciū furti, quia si inimicus semper cogitat male facere inimico, & ideo habet contra se indicium Nouell. in pract.crim.ad offensam,cap.De modo,& forma citandi reos nu.3. Hippol.de Marsil.in §.Diligenter nume.69.in sua pract. crimin.Iul. Clar.in pract.crim.quæst.21. versic. Inimicitia; nocetque inimico etiam proprio incommodo, & iactura, quanto magis hoc faciet suo commodo,& vtilitate? Hippol.de Marsil.in l.1. §. Præterea num.21.& seq.ff.de quæst.Si ergo fures etiam amicis suis bona arripiunt,tanto magis id extraneis,& incognitis, & longe magis inimicis. quid.n.est optabilius quàm vnico actu sibi prodesse, & inimicis obesse? & cum pecunia secundus sanguis hominum appelletur gl.iuncto text.in l.Aduocati C.de aduoc. diuers. iud. & alij relati à Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.cas. 110.numer.6. non est mirum si ab inimicis desideratur, & libenter extrahitur,& surripitur. Et contra ex ablatione rerum nostrarum inimicitiam contrahi docet post alios ab eo citatos Farinac. in sua praxi. libr.2. tit.de indic. & tort. quæst.49.num.16.17. Hoc tamen locum non obtineret in viro inte-

græ famæ, ac nobili, qui licet inimicum suum occideret, & eius etiam bona consumeret, atque incenderet, non tamen illa subtraheret; quia hoc turpe, illud autem gloriosum existimat. Imo qui habent inimicos multo magis à delictis abstinent, vt docet Plutarchus in lib. De vtilitate ex hostibus capienda.

112 Qui sine interesse non vocatus, se se rebus alienis immiscet habet indicium contra se: nam quemadmodum oritur suspicio contra eum qui officij sui partes non sustinet, sic contra eum qui ea præstat quibus nullo pacto tenetur. prudens enim iudex arguit illum non agere sine causa, & hoc bifariam accidere potest. Aut quando quis primus omnium venit ad denuntiandum, puta furtum, & sine aliquo interesse instat vt inquiratur, credens hoc pacto apud Iudices boni viri nomen præoccupare, ita vt etiam si contra eum aliqua postea superuenerint indicia, se ob id esse tutum, cum non consueuerint delinquentes instare vt de crimine inquiratur. Verum quoniam ars deluditur arte, quo modo isti credunt se tueri, eo modo se suspectos reddut, ex quo sine causa in alienis negocijs se ingerunt. l. Vnius facinoris. §. Seruo qui vltrò. ff. de quæst. l. Quæ omnia §. Sed si aduersarius. ff. de procur. l. Sēper. ff. de iur. immun. & l. Vxori ff. ad l. Corn. de fals. & in l. Si quenquam C. de episcop. & cler. Paris de Put. in tract. Syndic. fol. 99. col. 4. vbi dicit suo tempore hoc bis accidisse. Hippol. de Marsil. in §. Diligenter num. 156. & in d. l. Vnius facinoris §. seruo qui vltrò num. 6. Farinac. in praxi lib. 2. tit. de Indic. & tort. quęst 52. num. 93. & seq. vbi plura adducit. Alio modo quis redditur suspectus, dum sine apparenti interesse rei expeditionem nimis anxiè procurat, quod ipse facit, ne reus eius culpam, & complicitatem detegat: donec enim in manibus iudicis reus permanet, semper timet, nec se tutum putat, nisi è carceribus eximatur ille, qui potest illius scelera propalare, & ideo illius liberationem efflagitat, & hoc pacto redditur suspectus in illumq; insurgit indicium. Blanc. de indic. num. 286. Hippol. in d. §. Diligenter num. 150. Nouell. in pract. crim. in princ. num. 109. Non est ergo sine culpa, qui se immiscet rei, ad se non spectantis c. Non est de regul. iur. in 6. & ibi notata. Quod etiam in ipsis reis consideratur, experientia enim non semel obseruaui, non minus esse indiciū contra reos in carceribus existentes, qui causæ expeditionem pro viribus differunt, dignam pęnam reformidantes c. Nullus dubitat de præsumpt. quàm contra eos qui illico eorum expeditionem vehementer postulant timentes ne in dies alia eorum crimina detegantur, vel fortiora indicia, clarioraque argumenta, aut probationes insurgant, ad crimen sibi obiectum comprobandum. Prudens tamen iudex qui debet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, non ex abrupto proferet iudicium, præci-

præcipitata enim sententia est nouerca iustitiæ, nec iure subsistit, aut defendi potest c.2. & c.Cum Bertoldus de re iud. Bart.in l. Prolatā C.de sent. & inter. omn. iud. Crauet.cons.18.num 2. Menoch. de arbitr.iudic.quæst.42.nume.2. Specul.in tit.de instr.edit.§.Vidēdum restat, vers. Item non exhibeas l.2. C.de sent.ex breui.l.recit. c. Ex litteris §. Nos igitur de rest. in integr.Fel.in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.num.14. Et per sordes dicitur iudicasse,& barataria, vt aiunt, commisisse iudex, qui aliquid accipit, vt iustitiam celeriter administret, vt tradit Boer. post multos alios ab eo relatos,quæst.153.nume.2.& infra in §.5. de sordibus iudicum, & eorum furtis,Deo fauente,dicemus.

113 Qui potuit furtum prohibere, & non prohibuit redditur etiam de furto suspectus, vel de complicitate: hæc autem quæstio ab illa dependet, quam copiose examinauimus in nostro tract. de parricidio, dum (sumpta occasione ab illa quęstione, An quis sciens parricidium esse committendum, si non propalauerit,sola scientia puniendus sit) disputauimus,ad maiorem dilucidationem illius materiæ, An quis teneatur delicto obuiam ire, & ideo ad ea quæ ibi scripsimus lectorem remitto. Et ad hanc rem faciunt ea, quæ scripsit Nouell.in pract. crim. ad def. tit. An indicia pro reo danda sint num. 98. Illud tantum nunc non prætermitto de iure canonico quemcunque teneri: at de iure ciuili neminem adstringi delicto obuiare:quod tamen limitatur,vt diximus, in dicto nostro tractatu.

114 Prohibens ne fur capiatur, & ad Magistratum ducatur, habet indicium complicitatis furti, facit l.si.ff.de cust. & exhib. reorum l.1.in prin. ff.de eo per quem fact. er.Bonif.de Vitall.in tract.malef. in tit.de indicijs in princ.& tradit Blanc.de indic.num.294. Nouell. in pract.crim.in princ.nume.104. & idem in cap. De puro homicidio nume.20.& ad defens.cap.An indic.pro reo danda sint nu.111.

115 Trāsactio super furto an faciat indicium quæritur.Exempli gratia;si ille,contra quem est furti suspicio promittat resarcire damnū rei furtiuæ, vel rem furtiuam penes eum repertam restituere, an ob id in eum insurgat indicium. In hoc arbitror esse respondēdum secundum distinctionem l.Transigere C. de transact. Transactionem scilicet factam,quando venit pœna sanguinis ingerenda, non facere indicium,si autem non erat pœna sanguinis infligenda, tunc indicium oriri, de qua re tractat Blanc.de indic. nu.306. Iul.Clar. in pract.crim. quæst.58. vers. successiuè: & in quæst.21. vers.pax, seu transactio,affirmat in Ducatu Mediolani obseruari, vt instrumē tum pacis plenè probet delictum contra eum,qui pacem iniuit. & in nostra materia furti bonus est textus in l.Quoniam ff. de ijs, qui not. infam. & de hac materia disputantem vide Farinac. in pract. crim.tit.de Inquisitione quæst. 4. num.31.& seq. Si autem de transactione actum fuerit, indeque

nihil certi statutum, pari modo cũ eadem distinctione esse respondendum tradit Blanc. ibi nu.307. Plures extant cautelæ ad excusandum trãsigentem ab hoc indicio, quando transigit in casu à lege prohibito, de quibus per Ias. in d. l. Transigere in fine, & Brun. de indic. col.2. Mascard. de probat. concl.500. vbi plura adducit. Hippol. de Marsil. in pract. in §. Diligenter numer.178. & de hac quæstione dicemus etiam infra in §.11. num.13. & 14. Quid autem dicendum in petente veniam? d c aut fur petit veniam solemniter in iudicio, & censetur delictum fateri Doct. in cap. Exhibita de homic. aut petit veniam extra iudicium, & delictum confiteri non censetur Rom. in l.1. num.3. ff. de no. op. nunc. Cæpol. cons. crim 21. Ego Bartholomeus Cæpola col.9. & tradit plena manu Mascard. de probat concl.501. per totam.

116 Contumacia quoque rei parit contra eum indicium, & in crimine furti exemplificatur in citato ad comparendum, qui absens fuit in exilium missus propter eius cõtumaciam, si postea comparet, volens contumaciam purgare, audietur, sed propter eius præcedẽtem contumaciam poterit torqueri Nouell. in pract. crim. in princip. numer.1 : o. Nic. de Mattarel. & B ld. in l.1. §. Sequitur videre C. de hæred. inst. Bru. de indic. quęst. 5.2. par. nume.7. idem Nouell. in cap. de puro homicidio nume.15. Necesse tamen est, vt alio quoque indicio grauetur. alioquin non potuisset in exilium mitti. In hoc Serenissimo Veneto Dominio hoc potest verificari in exulibus ad inquirendum, de quibus alibi diximus: & in illis, qui Principis rescripto iterum ad se defendẽdum admittuntur, non obstante quod contumaces fuerint condemnati.

117 Fugã etiam post furtum facere indicium contra fugientem docet Bart. in l. vlt. numer.5. ff. de quæst. Boss. in tit. de indic. num.49. Ripa in l. Admonendi nume.168. ff. de iureiur. Iul. Clar. in pract. crimin. quæst.21. vers. Fuga. Gramm. consil.14. In causa pulcherrimæ mulieris num.4. & in consil.17. num.19. Alex. consi.65. vol.1. Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. cas.474. numer.48. versic. Fuga ipsius nominati Mascard. de probat. concl.832. num.9. Blanc. de indic. num.227. & seq. de hac re copiosè tractauit Farinac. in sua praxi. l b.2. tit de indicijs, & tort. quæst 48. per totam. De qua fuga vt constet, debet fieri apud acta relatio, reum non inueniri, & hoc indicio cætera indicia augentur Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 20. versic. Ad formandum. Tanta enim est vis veritatis, vt occulta quadam vi homo scelestus cogatur delictum propalare, si non expressa confessione, alio saltem tacito modo, & pręsertim fuga ipsa: perhorresc ũt enim criminosi iudicis faciem, & veluti à furijs, à propria conscientia exagitantur, vnde illud: Fugit impius nemine persequente. & Cicero pro Roscio Amerino inquit: Sua enim quemque fraus, & suus terror maxime vexat, amẽtiaque afficit, suæ malæ cogitatio-

nes.

nes, conscientiæque animi terrēt: Hæ sunt impijs assiduæ, domesticæque furiæ, & quæ sequuntur.

118 Illud tamen est memoriæ commendandum, non semper fugam facere indicium contra fugientē: multi enim quamuis innocentes indiciorū pericula perhorrescunt, & fugiunt, vt de Alcibiade legitur apud Plutar. in apophteg. qui Athenas è Sicilia ad iudicium capitale vocatus fugam arripuit, inquiens; Stultum esse illum, qui cum possit fugere quærat absolutionem: & cum ei obijceretur patriæ iudicio esse fidendum, respondit, cum de vita agitur, nec matri esse credendum, ne fortè per errorem calculum nigrum pro albo in vrnam immitteret. & præsertim fuga non officit si reus post querelam, vel inquisitionem fugam arripiat, Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. Diligenter nume. 42. & in rubr. C. de probat. numer. 261. 262. & sing. 115. Fuga non semper. Bald. in l. De minore C. de adult. Cason. in tract. malef. tit. de fuga. Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 21. versic. Fuga, distinguit in capitalibus criminibus post accusationem fugam non facere indicium ad tormenta: at in non capitalibus: si cum fuga concurrat fama publica semper facere indicium ad tormenta, siue præcesserit accusationem, siue subsecuta fuerit: subdit tamē Senatum Mediolanensem non consueuisse fugitiuum, vel sponte reuersum, vel detentum condemnare, sed tantummodo grauius torquere, vel etiam in pœnam fugæ eum publicè torquendum tradere.

119 Si autem fur detentus fuit, vel alius criminosus, & carceribus fractis auffugiat habetur pro confesso, & tamquàm confessus punitur l. In eos l. Nudos, & ibi glo. in verbo Puniendi, ff. de cust. reor. quam materiam accuratè examinat Boer. decis. 215. Io. Andr. ad Specul. tit. de præsump. §. Species, vers. violenta, & alij plures relati à Mascard. de probat. conclu. 266. Qui autem auffugit de carcere aperto non habet indicium cōtra se Bald. in l. Succurritur C. ex quib. caus. maior. Io. Thyerr. in tract. de fuga nume. 4. Mascard. in d. conclu. 266. num. 28. Et idem esse de fugiente ex priuato carcere scribit Guiel. de Cug. in d. l. Succurritur, & Paul. Ghirland. de relax. carcer. tit. de fuga incarcerati nume. 15. sed postremò cum Prosper Farinacius hanc materiam carcerum copiosissimè examinauerit in sua praxi, ad eum lector accede, quia nihil amplius desiderabis.

120 Famulus autem fugiens domo, in qua furtum factum fuit habet indicium contra se glo. in §. si vero, in verbo Factum, in Auth. de exhiben. reis. Si autem alio loco, & alio tempore furtum factum fuisse dicatur, cessat indiciū Bart. in l. Si quis ex argentarijs §. An vero nec heredi num. 3. & in l. vlt. ff. de quæst. num. 5. Paris cons. 156. num. 38. Hippol. de Marsil. in rubr. C. de probat. nume. 236. & 263. vbi plura adducit ad fugam pertinentia, Specul. in tit. de accusat. §. Sequitur videndum numer. 22.

Thom.

col.8. vol.5. Cæpol.consil. crim. 26. Magnifice, & generose Prętor num.12. Ang.de maleficijs in verbo, Et veſtem cæleſtem colum.5. verſi. Quid ſi quis emit, & ſeq. & in §. Is qui num.2. Inſtit. de oblig. quæ ex delic. naſc. vbi hanc eſſe communem opinionem teſtatur. gl. in l. Quæ contra in verbo, Errore acerrimo C. de inceſt. nupt. & in l.1. C. de interd. matr. Alex. conſil.60. nume.8. vol.1. Boſſ. in tit. de indic. nume.6. Maſcard. de probat. concl.831. num.16.

85 Opera enim clandeſtina, & furtim facta ſunt ſemper ſuſpecta, & deteſtata: & ideo quando contractus fit clam in eo præſumitur fraus. cap. vnico vt eccl. benef. & c. Cum inhibitio de cland. deſpõſ. facit l. Cum ipſe C. de contrahen. empt. & l. Donatio §. 1. C de donat. Saly c. in l. Ciuile in fine. C. de furt. Socin. conſ.80. Præſens conſultatio colum.3. vol.4. Cæpol. in tract. de ſimulat. contr. num.66. & in conſil.26. Magnifice col.3. vbi expreſsè dicit ementem clam aliquam rem præſumi furem, & allegat Paul. de Caſtro in l. Inciuilem C. de furt. glo. in l. Si in emptione. §. vlt. ff. de contrah. empt. Bart. in l. Non intelligitur §. Tacita ff. de iure fiſci.

86 Et quod clam factum fuit probat contra eum qui clam fecit Crauett. conſil.129. num.11. per l. fin. ff. de rit. nupt. & l. Non exiſtimo. ff. de adminiſtr. tut. & l.1. C. de interd. matr. c. Conſuluit §. Ne vero iudicium ff. de offic. deleg. c. Anaſtaſius uncta gl. in verbo, Occultè. 19. diſt. l. Ita fidei. ff. de iure fiſci. cap. Perniciosam 18. quæſt.2.

87 Clam facere dicitur ille, qui celat aduerſarium, neque ei denunciat, ſi modo timuit eius controuerſiam, aut timere debuit, vt iuriſconſultus declarat in l.3. §. fin. ff. Quod vi, aut clam.

88 Vel quæ poſt motam litem facit, vt ſe à negocio eximat, durioremque actionem aduerſario conſtituat, quæ cum in alterius fraudem facta eſſe comprehendantur, clam facta interpretantur. l. Quo tutelam. §. Clam. ff. de reg. iur.

89 Quod etiam fit parte non citata clam fieri dicitur l. Aut qui aliter. §. Si quis te. ff. Quod vi aut clã. Innoc. in cap. Cum olim, iuncta g o. de re iud. Aut non legitime citata, vel fraudulenter citata Maſcard. conclu.297. num.12. & ſeq. de probat.

90 Vel clam fieri dicitur quod ita fit, vt non poſſit peruenire ad notitiam eius, cuius intereſt l. Clam poſſidere. ff. de acquir. poſſ. l. Non intelligitur §. Tacita, & ibi Bart. ff. de iure fiſci. Bart. in l.2. De his qui ex pub. rat. libr. 10. & in l.2. C. de præd. cur. non alien. libr.10. Iaſ. in d.l. Clam poſſidere Fel. in cap. Conſuluit de off. deleg. & ibi apoſtilla. Barb. conſ 46. volum.1. Socin. conſi.86. num.53. volum.2. Corſet. ſing. in verbo occultè incip. Quid dicatur fieri occultè.

91 Ideo ſi adhibitis in aliquo contractu teſtibus neceſſarijs, illis, & Notario ſilentium iniungitur clã factum dicitur, Bart. in l. In fraudem in princip. ff. de his quib. vt indig.

92 Illud etiam quod fit per alium, cum

eam per se fieri debebat clam dicitur factum. Bart. in l. Pupillus. §. fin. ff. de auth. tutor.

93 Quod etiam sine auctoritate Principis, vel Iudicis fit, clam factum dicitur. Bart. in l. 2. C. ex his qui de pub. rat. libr. 10. & in l. 1. C. de præd. cur. lib. 10.

94 Vel etiam sine necessarijs solemnitatibus Bart. in l. fin. ff. de rit. nupt. & in l. 2. C. de his qui ex plub. ratio. lib. x. c. Cum inhibitio § 1. de clandest. despons. & ibi Doct. Soc. Iun. consf. 87 numer 48. & seq. lib. 2. Innoc. Host. Io. Andr. & Ant. de Butrig. in c. Ex tenore, Qui fil. sint leg. Ruin. consil. 14. nume. 10. lib. 3. Cæphal. cons. 503. col. penult. lib. 4.

95 Potest autem dici aliquid clam factum etiam adhibitis testibus si publicè fieri debuit, vt moris est in matrimonio côtrahendo. Bart. in l. 2. C. de his qui ex pub. rat. lib. 10. glo. in c. 1. in verbo, Clandestina. de Clandest. desp.

96 Quæ noctu fiunt clandestina quoque censentur ratione tempo ris incongrui, delicta enim nocturna clandestina dicuntur. Bald. in l. Cum fratrem in princ. C. de his quib vt indig. Ang. in l. 1. §. Occisorum. ff. ad Syllan. Et quando quid dicatur clam fieri docet Ias. in §. Item si quis in fraudem Inst. de act. num. 43. Fel. in cap. Consuluit de offic. deleg. in verbo, Occultum col. fin. in cap. Porrò de sent. excom. in fine. Et quando dicatur delictum clandestinum tradit Bald. in l. Cum fratrem in prin. de his quib. vt indign. & occultum quoque multis modis dici tradit Luch. de Curte in suo consi. incip. Contingit Cassinam quod est 62. inter varia consil. crim. volum. 1. num. 18. & seq.

97 An vero grauius puniantur ea quæ fiunt clam, vel quæ palam. Ias. in §. Ex maleficijs Inst. de act. numer. 20. tradit hanc distinctionem post glos. ibi in verbo Quadrupli. In prohibitis seuerius puniri qui palam deliquit, & ideo grauius puniri furtum manifestum, quàm non manifestum. In rebus vero non semper, & expressè prohibitis acrius puniri clam delinquentes. Sed de hoc dicemus in §. 12.

98 Perpendendum est etiam an emptor postquàm rem emit eam celauerit, & clanculum tenuerit: ex hac enim clandestina detentio ne complicitas arguitur. Et Rol. à Valle consil 45. nume. 25. vol. 1. dicit, per text. in §. Præterea in verbo susceperit, & celauerit Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. duo copulatiuè requiri vt emptor rerum furtiuarum puniri possit: Eum scilicet scienter suscepisse, & celasse: idque approbat Ang. in d. §. & Hippol. de Marsil. consil. 30 nu me. 20. Mascard. de probat. concl. 831. num. 19. Sed, pacè tantorum virorum dixerim, ipsi in hoc longè decipiuntur. Tum quia text. ab illis allatus, si bene perpendatur, hoc non dicit, tum etiam quia ratio naturalis reclamat, nam absurda consequerentur si hoc verum esset.

99 Imp. in d. loco primum tractauit, quæ nam furta essent manifesta, & quæ non manifesta, postmo-

F dum

dum de actionibus Furti concepti, & Oblati, ac Prohibiti egit, dixitque has actiones in desuetudinem abijsse, & inquit. Cum manifestum sit quod omnes, qui scientes rem furtiuam susceperint, & celauerint furti nec manifesti obnoxij sunt. Iustinianus in summa hoc in loco dicit, illum furti nec manifesti teneri, non modo qui clanculum furatur; sed illum etiã qui rem furtiuam scienter suscipit, & celat, si enim scienter reciperet, & palam teneret furti manifesti teneretur, non autem nec manifesti. Et ita tantum abest vt Imp. voluerit hæc duo copulatiuè requiri, vt susceptor de furto teneatur; vt imo de hac re non sit loquutus: sed bene dixit, hæc duo requiri, & esse necessaria ad hoc vt susceptor furti non manifesti teneatur. Quid enim absurdius, & iniustius esset, si ille qui scienter res furtiuas suscepisset non teneretur si illas palam teneret: detinere enim bona siue palam, siue clam hoc non est delictum, sed ex istis accidentibus conijcitur an susceptor sciuerit illas res esse furtiuas vel ne. Verum quando præsupponimus susceptorem sciuisse res fuisse furtiuas, nihil refert quo modocunque illas tenuerit, nisi ad cognoscendum an susceptor furti manifesti, vel nec manifesti teneatur: & id appositè decisum fuit: nam quamuis ille, qui opem fert furi ad bona aliena contrectanda, eodem crimine teneatur, quo fur ipse principalis tenetur, videlicet, vel furti manifesti, vel nec manifesti, prout furtũ ab ipso fure commissum fuit: tamen quia in susceptore aliter res potuit contingere, ideo Imp. hanc rem decidere voluit. nam, exempli gratia, fur commisit furtum manifestum, cum furto aufugit, & alius scienter rem furtiuam clam suscepit, & celauit. Fur hoc casu tenetur de furto manifesto, & susceptor de furto nec manifesto. Vt ergo susceptor teneatur de furto nec manifesto inquit Iust. necesse est hæc duo concurrere, vt scienter susceperit, & celauerit, si autem scienter susceperit, & non celauerit tenebitur furti manifesti.

100 Quæ diximus de emptore, locum habent etiam in eo, cui res furtiua pignori data est Alex. in addit. ad Bart. in l. Inciuilem C. de furt. Castr. in l. Seruus cuiusdam §. Quæsitum est. ff. de cond. indeb. Bart. & Bald. in l. Eos qui C. de furt. Aret. in tract. malef. in verbo Vestem cælestem colum. 5. versic. Quid si quis emerit scienter Rol. à Valle in consil. 45. vol. 1. num. 2. Io. de Anania consil. 70 Bald. consil. 92. libr. 4. Marf. sing. 13. Aufer. Decis. Tolos. 151.

101 Imo etiam in eo qui in depositum talem rem acciperet, vel ad custodiendam, & quocunque modo illam penes se haberet: & ideo Imper. vnico verbo generali Susceptoris hos omnes casus complexus est.

102 Precium quoque est animaduertendum, si quis enim vili precio emat rem furtiuam, præsumitur furti conscius, vti receptator, vel rei furtiuæ vili precio emptor: quod

quod non est suspicandum si iusto precio, vel paulo minori emisset, glo. & Bart. in l. Inciuilem C. de furt. Io. de Imola in l. fin. ff. de hæred. instit.

103 Interdum quoque accidit vt ementes re vera non consentiant furibus, imo fures emptoribus affirment, bona esse sua, & emptores simulent se id credere: verum quoniam emptores ob emptionē clandestinam, ob modicitatem precij, vel ex qualitate ipsorum bonorum, vel ex conditione vendentis, aut ex alijs causis, & coniecturis potuerunt scire bona esse furtiua, non præsumuntur carere culpa, subinde à pœna non debent esse immunes, subministrantes hoc modo commoditatem furibus, & incitamentum ad furandum. Doct. in l. Inciuilem C. de furt. Bald. in l. Eos C. de furt. Paul. Castr. in d. l. Inciuilem nume. 2. dicit emptorem confitentem se sciuisse rem emptam fuisse furtiuam puniendum esse tamquam furti receptatorem Ang. de malef. in verbo, Quid si emit scienter col. 5. Aufrer. in Decis. Tholos. 151. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 19. num. 2. Rol. à Valle cons. 45. num. 25. vol. 1.

104 Deprehenditur etiam scientia emptoris ex qualitate rerum, vt si res emptę ipsi non conueniebant, nec illis egebat, vt si caupo emeret libros, vel vestes sericas grauius in eum insurgeret indiciū, quàm si res sibi congruentes emisset, vt frumentum, caseum, & similia: quæ quidem circumstantiæ ideo considerandæ sunt, quia accidentia non parum conferunt ad veritatem cognoscendam, vt tradit Bald. in l. Solam C. de test. Fel. in c. Cum causam de testib. l. Verum la 2. ff. de furt.

105 Aliud quoque indicium non leue insurgit contra rerum furtiuarum emptorem, eum scilicet scienter illas res emisse, si alias res furtiuas emere consueuit. Bart. in l. fin. ff. de quæst. & in l. 2. & in l. Milites, & in l. fin. C. de quæst. Ang. in l. Ancillæ C. de furt. & in sua pract. crimin. in verbo, Fama publica. Hippol. in l. Qui falsam monetam ff. ad l. Corn. de fals. numer. 112. Iul. Clar. in §. Furtum versic. Sed nunquid Bald. in l. fi. ff. de hæred. inst. in fine, sequutus opinionem Cyni. Semel enim malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali. c. Semel malus de reg. iur. in 6. l. Si cui §. Ijsdem. ff. de accusat. l. Non omnes §. A barbaris ff. de re milit. Valet enim argumentum de tempore præterito ad tempus præsens. l. Si, ue possidetis. C. de probat. Bart. in d. §. Ijsdem. & in l. Cassius. ff. de senat. Bart. in l. Si prius. ff. de no. op. nunc. Bald. in l. fin. ff. de hær. inst. & in c. 1. de feudo dato in vicem legis commiss. Innoc. in cap. Super his, de accusat. glo. & Abb. in cap. Proposuit de cler. excom. mini. & alios plures allegatos à Nic. Boerio in addit. ad dictam reg. Semel malus, Mascard. de probat. concl. 1003. num. 37. quæ regula limitatur si per tres annos post bene vixit, quia præsumitur emendatus, notabilis est text. in Auth. de Monach. §. Hinc autem, & ibi Angel.

Lud.Rom.consil.235.col.2.c.Ferrum 50.dist.Felin.in c.Cum deputati in princ.de iudic. Card.Alex. in c. Leges col.vlt.53.dist.per tex. & glo.in c.1.17.q.2.Bald.cons.89. col.2 volum.3. Mascard. d.concl. 1003.nume.38.& seq. vbi optimè declarat,& limitat hanc regulam. Si enim bonus vir potest malè agēdo effici malus, cur malus benè agēdo non poterit ad meliorē frugem conuerti? & notissima sunt exempla eorum, qui prius deprauati ad bonam viuendi rationem redierunt. Si ergo is qui consueuerat res furtiuas emere, per tres annos abstinuit,& rectè vixit,cessabit præsumptio, & indicium contra illum. Quando autem rerum furtiuarum emptori, ad probandam eius bonam fidem sit deferendum iuramentum deprehendi potest ex traditis à Mascard. de probat.concl.227.

106 Graue quoque insurgit indiciū contra reum, si illi soli res furtiua profuit; is enim fecisse creditur, cui bono cessit,vt exempli gratia, si instrumentum, vel testamētum subtractum fuerit,contra eum insurget indicium, qui ex illius subtractione aliquod commodum est reportaturus: nemo enim surriperet ea,quæ sibi aliquo modo non prodessent. Bart.in l.Vnica nu.5. ff.de quæst.per text.in l.1. §.Sed si quis instrumenta C.de lat.lib.tol. Brun.in tract.de indic.quæst.3.1. part.num.5. Ang.& Salyc.in l.fin. C. de quæst. Mascard. de probat. lib.2.conclus.831.num.12.Blanc. de indic.nume.412. vbi dicit hoc indicium non sufficere ad torturam, & rectè, cum sit à delicto remotum,& faciunt etiam tradita per Blanc.in d.tract de indic. nume.255. Et in facto cum processus formatus contra quendam hereticum, fuisset subtractus, & ob id indicium esset ortum contra ipsum hæreticum, quibusdam alijs suspicionibus concurrentibus, fuit tormentis suppositus,in quibus furtum confessus fuit.

107 Si hæres nō fecit inuentarium, vt tenebatur, præsumitur bona defuncti subtraxisse, vt habetur in §. Hinc nobis, & in §. Si verò non fecerit inuentarium in Auth. de hæred.& falc. & in Auth. Sed cum testator. C.ad l. Falc.& in l.vlt.§ Etsi præfatam,& in §.Si verò postquam, & ibi glo. in verbo, Censuerunt C.de iur.delib.gl. in l.Tutoris la 2. C. de admin.tut. Guid.Pap. quæst.352. Ias. in l.Cū necessitatem numer. 1. C.de fideicomm. Bart.in l.Nemo potest nume.12.& ibi Doct.de leg.1. & in l.In ratione §. Quod vulgo nu.1. ff.ad l. Falc.Rom.consil.118 Quo ad primum num.3. Guid.Pap. de præsumpt.num.58.& in decis.53. Obseruatur in iudicando, circa medium,Io.Crot.in rubr.ff.de op. no.nunc.nume 52.Abb.in c.Raynaldus nume.13.de test. Roland.à Valle in tract. de confect. inuent. in 5.part.tit.2.num.17.versicul.52 Franc.Brusat.consil.325. nu.115. volum.3.

108 An hæres omissione inuentarij amittat Trebellianicæ detractionem variæ sunt Doctorum opiniones relatæ à M.Ant.Peregrino in suo tract. de fideicommissis art.3.

art.3. de Trebell. & Falc.num.73. & seq. & qui sustinet opinionem negatiuam, scilicet non amitti Trebellianicæ detractionem ob inuentarij omissionem: nisi hoc præceptum testatoris, & iuditialem monitionem hæres neglexisset, vt idem Peregr.ibi numer.76. concludit. Si vero hæres à testatore iussus, vel non iussus, inuentarium faciat, & scienter, ac dolosè aliqua bona supprimat, & surripiat, an perdat beneficium Falcidiæ, & Trebellianicæ varias pariter super hac quæstione fuisse scriptorum sentẽtias refert idem Peregr. loco citato numer. 80. ad quem lector accedat.

109 Surripiens autem aliqua bona, nec illa, vt debebat, describens in inuentario, an cadat à beneficio totius inuentarij, an vero quo ad bona surrepta tantum, gl.in verbo Lucrari §.Si vero non fecerit Auth.de hæred.ib.& falc.dicit perdere in totum, iure illo nouissimo, quam sequitur Bart. & Ang. & Bald. in cons. 219. numer.3. dicit hunc amittere commodum totius inuentarij, quia inuentarium fuit mala fide factum. Peregr. autem ibi nume.83. dissentit, & conatur sustinere hæredem ob suppressionem, ac surreptionem aliquarum rerum non cadere in totum à beneficio inuentarij: & quid in contingentia facti super hac re à clariss. Iurisconsultis iudicatum fuerit ibidem refert.

110 Si autem hæres inuentarium confecit, præsumitur illud rectè, & bona fide confecisse, nec aliqua bona prætermisisse, vel subtraxisse: & in dubio statur in iudicio ipsi inuentario, nisi creditores, vel legatarij probauerint alia bona extitisse in hæreditate l.Scimus §. Licentia. C. de iur. delib. & ibi Bart. & Doct. in l. Si constante. ff.sol.matr. l.Merito. ff.pro socio, Alex.& Aret.in l.In illa.ff.de verbor.oblig.

111 Etiam inimicitia parit indiciũ furti, quia si inimicus semper cogitat male facere inimico, & ideo habet contra se indicium Nouell. in pract.crim.ad offensam,cap.De modo,& forma citandi reos nu.3. Hippol.de Marsil.in §.Diligenter nume.69.in sua pract. crimin.Iul. Clar.in pract.crim.quæst.21. versic. Inimicitia; nocetque inimico etiam proprio incommodo, & iactura, quanto magis hoc faciet suo commodo,& vtilitate? Hippol.de Marsil.in l.1. §. Præterea num.21.& seq.ff.de quæst.Si ergo fures etiam amicis suis bona arripiunt,tànto magis id extraneis,& incognitis, & longe magis inimicis. quid.n.est optabilius quàm vnico actu sibi prodesse, & inimicis obesse? & cum pecunia secundus sanguis hominum appelletur gl.iuncto text.in l. Aduocati C.de aduoc. diuers. iud. & alij relati à Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.cas. 110.numer.6. non est mirum si ab inimicis desideratur, & libenter extrahitur,& surripitur. Et contra ex ablatione rerum nostrarum inimicitiam contrahi docet post alios ab eo citatos Farinac. in sua praxi. libr.2. tit.de indic. & tort. quæst.49.num.16.17. Hoc tamen locum non obtineret in viro inte-

græ famæ, ac nobili, qui licet inimicum suum occideret, & eius etiam bona consumeret, atque incenderet, non tamen illa subtraheret; quia hoc turpe, illud autem gloriosum existimat. Imo qui habent inimicos multo magis à delictis abstinent, vt docet Plutarchus in lib. De vtilitate ex hostibus capienda.

112 Qui sine interesse non vocatus, se se rebus alienis immiscet habet indicium contra se: nam quemadmodum oritur suspicio contra eum qui officij sui partes non sustinet, sic contra eum qui ea præstat quibus nullo pacto tenetur. prudens enim iudex arguit illum non agere sine causa, & hoc bifariam accidere potest. Aut quando quis primus omnium venit ad denuntiandum, puta furtum, & sine aliquo interesse instat vt inquiratur, credens hoc pacto apud Iudices boni viri nomen præoccupare, ita vt etiam si contra eum aliqua postea superuenerint indicia, se ob id esse tutum, cum non consueuerint delinquentes instare vt de crimine inquiratur. Verum quoniam ars deluditur arte, quo modo isti credunt se tueri, eo modo se suspectos reddut, ex quo sine causa in alienis negocijs se ingerunt. l. Vnius facinoris. §. Seruo qui vltrò. ff. de quæst. l. Quæ omnia §. Sed si aduersarius. ff. de procur. l. Sẽper. ff. de iur. immun. & l. Vxori ff. ad l. Corn. de fals. & in l. Si quenquam C. de episcop. & cler. Paris de Put. in tract. Syndic. fol. 99. col. 4. vbi dicit suo tempore hoc bis accidisse. Hippol. de Marsil. in §. Diligenter num. 156. & in d. l. Vnius facinoris §. seruo qui vltrò num. 6. Farinac. in praxi lib. 2. tit. de Indic. & tort. quæst. 52. num. 93. & seq. vbi plura adducit. Alio modo quis redditur suspectus, dum sine apparenti interesse rei expeditionem nimis anxiè procurat, quod ipse facit, ne reus eius culpam, & complicitatem detegat: donec enim in manibus iudicis reus permanet, semper timet, nec se tutum putat, nisi è carceribus eximatur ille, qui potest illius scelera propalare, & ideo illius liberationem efflagitat, & hoc pacto redditur suspectus in illumq; insurgit indicium. Blanc. de indic. num. 286. Hippol. in d. §. Diligenter num. 150. Nouell. in pract. crim. in princ. num. 109. Non est ergo sine culpa, qui se immiscet rei, ad se non spectantis c. Non est de regul. iur. in 6. & ibi notata. Quod etiam in ipsis reis consideratur, experientia enim non semel obseruaui, non minus esse indiciũ contra reos in carceribus existentes, qui causæ expeditionem pro viribus differunt, dignam pęnam reformidantes c. Nullus dubitat de præsumpt. quàm contra eos qui illico eorum expeditionem vehementer postulant timentes ne in dies alia eorum crimina detegantur, vel fortiora indicia, clarioraque argumenta, aut probationes insurgant, ad crimen sibi obiectum comprobandum. Prudens tamen iudex qui debet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, non ex abrupto proferet iudiciũ, præci-

præcipitata enim sententia est nouerca iustitiæ, nec iure subsistit, aut defendi potest c.2. & c.Cum Bertoldus de re iud. Bart.in l. Prolatā C.de sent. & inter. omn. iud. Crauet.consi.18.num 2. Menoch. de arbitr.iudic.quæst.42.nume.2. Specul.in tit.de instr.edit.§.Vidēdum restat, vers. Item non exhibeas l.2. C.de sent.ex breuil.recit. c. Ex litteris §. Nos igitur de rest. in integr.Fel.in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.num.14. Et per sordes dicitur iudicasse,& baratariam, vt aiunt, commisisse iudex, qui aliquid accipit, vt iustitiam celeriter administret, vt tradit Boer. post multos alios ab eo relatos,quæst.153.nume.2.& infra in §.5. de sordibus iudicum, & eorum furtis,Deo fauente,dicemus.

113 Qui potuit furtum prohibere, & non prohibuit redditur etiam de furto suspectus, vel de complicitate: hæc autem quæstio ab illa dependet, quam copiose examinauimus in nostro tract. de parricidio, dum (sumpta occasione ab illa quęstione, An quis sciens parricidium esse committendum, si non propalauerit,sola scientia puniendus sit) disputauimus,ad maiorem dilucidationem illius materiæ, An quis teneatur delicto obuiam ire, & ideo ad ea quæ ibi scripsimus lectorem remitto. Et ad hanc rem faciunt ea, quæ scripsit Nouell.in pract. crim. ad def. tit. An indicia pro reo danda sint num. 98. Illud tantum nunc non prætermitto de iure canonico quemcunque teneri: at de iure ciuili neminem adstringi delicto obuiare:quod tamen limitatur,vt diximus, in dicto nostro tractatu.

114 Prohibens ne fur capiatur, & ad Magistratum ducatur, habet indicium complicitatis furti, facit l.si.ff de cust. & exhib. reorum l.1.in prin. ff.de eo per quem fact. er.Bonif.de Vitall.in tract.malef. in tit.de indicijs in princ.& tradit Blanc.de indic.num.294. Nouell. in pract.crim.in princ.nume.104. & idem in cap. De puro homicidio nume.20.& ad defens.cap.An indic.pro reo danda sint nu.111.

115 Trāsactio super furto an faciat indicium quæritur.Exempli gratia;si ille,contra quem est furti suspicio promittat resarcire damnū rei furtiuæ, vel rem furtiuam penes eum repertam restituere, an ob id in eum insurgat indicium. In hoc arbitror esse respondēdum secundum distinctionem l. Transigere C. de transact. Transactionem scilicet factam,quando venit pœna sanguinis ingerenda, non facere indicium,si autem non erat pœna sanguinis infligenda, tunc indicium oriri, de qua re tractat Blanc.de indic. nu.306. Iul.Clar. in pract.crim. quæst.58. vers. successiuè: & in quæst.21. vers.pax, seu transactio,affirmat in Ducatu Mediolani obseruari, vt instrumētum pacis plenè probet delictum contra eum,qui pacem iniuit. & in nostra materia furti bonus est textus in l.Quoniam ff. de ijs, qui not. infam. & de hac materia disputantem vide Farinac. in pract. crim.tit.de Inquisitione quæst. 4. num.31.& seq. Si autem de transactione actum fuerit, indeque

nihil certi statutum, pari modo cũ eadem distinctione esse respondendum tradit Blanc. ibi nu.307. Plures extant cautelæ ad excusandum trãsigentem ab hoc indicio, quando transigit in casu à lege prohibito, de quibus per Ias. in d. l. Transigere in fine, & Brun. de indic. col.2. Mascard. de probat. concl.500. vbi plura adducit. Hippol. de Marsil. in pract. in §. Diligenter numer.178. & de hac quæstione dicemus etiam infra in §.11. num.13. & 14. Quid autem dicendum in petente veniam? d c aut fur petit veniam solemniter in iudicio, & censetur delictum fateri Doct. in cap. Exhibita de homic. aut petit veniam extra iudicium, & delictum confiteri non censetur Rom. in l.1. num.3. ff. de no.op.nunc. Cæpol. consf. crim 21. Ego Bartholomeus Cæpola col.9. & tradit plena manu Mascard. de probat concl.501. per totam.

116 Contumacia quoque rei parit contra eum indicium, & in crimine furti exemplificatur in citato ad comparendum, qui absens fuit in exilium missus propter eius cõtumaciam, si postea comparet, volens contumaciam purgare, audietur, sed propter eius præcedẽtem contumaciam poterit torqueri Nouell. in pract. crim. in princip. numer.1:0. Nic. de Mattarel. & Bald. in l.1. §. Sequitur videre C. de hæred. inst. Bru. de indic. quęst. 5.2. par. nume.7. idem Nouell. in cap. de puro homicidio nume.15. Necesse tamen est, vt alio quoque indicio grauetur, alioquin non potuisset in exilium mitti. In hoc Serenissimo Veneto Dominio hoc potest verificari in exulibus ad inquirendum, de quibus alibi diximus: & in illis, qui Principis rescripto iterum ad se defendẽdum admittuntur, non obstante quod contumaces fuerint condemnati.

117 Fugã etiam post furtum facere indicium contra fugientem docet Bart. in l. vlt. numer.5. ff. de quæst. Boss. in tit. de indic. num.49. Ripa in l. Admonendi nume.168. ff. de iureiur. Iul. Clar. in pract. crimin. quæst.21. vers. Fuga. Gramm. consil.14. In causa pulcherrimæ mulieris num.4. & in consil.17. num. 19. Alex. consi.65. vol.1. Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. cas.474. numer.48. versic. Fuga ipsius nominati Mascard. de probat. concl.83?. num.9. Blanc. de indic. num.227. & seq. de hac re copiosè tractauit Farinac. in sua praxi. lib.2. tit de indicijs, & tort. quæst 48 per totam. De qua fuga vt constet, debet fieri apud acta relatio, reum non inueniri, & hoc indicio cætera indicia augentur Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 20. versic. Ad formandum. Tanta enim est vis veritatis, vt occulta quadam vi homo scelestus cogatur delictum propalare, si non expressa confessione, alio saltem tacito modo, & pręsertim fuga ipsa: perhorresc ũt enim criminosi iudicis faciem, & veluti à furijs, à propria conscientia exagitantur, vnde illud: Fugit impius nemine persequente. & Cicero pro Roscio Amerino inquit: Sua enim quemque fraus, & suus terror maxime vexat, amẽtiaque afficit, suæ malæ cogitatio-

nes

nes,conscientiæque animi terrêt: Hæ sunt impijs assiduæ, domesticæque furiæ,& quæ sequuntur.

118 Illud tamen est memoriæ commendandum, non semper fugam facere indicium contra fugientẽ: multi enim quamuis innocentes iudiciorũ pericula perhorrescunt, & fugiunt, vt de Alcibiade legitur apud Plutar. in apophteg. qui Athenas è Sicilia ad iudicium capitale vocatus fugam arripuit, inquiens; Stultum esse illum, qui cum possit fugere quærat absolutionem: & cum ei obijceretur patriæ iudicio esse fidendum,respondit, cum de vita agitur, nec matri esse credendum, ne fortè per errorem calculum nigrum pro albo in vrnam immitteret.& præsertim fuga non officit si reus post querelam, vel inquisitionem fugam arripiat, Hippol.de Marsil.in pract. crim.in §. Diligenter nume.42. & in rubr. C. de probat. numer.261. 262.& sing. 115. Fuga non semper. Bald. in l. De minore C. de adult. Cason.in tract. malef. tit.de fuga. Iul. Clar. in pract. crimin. quæst.21. versic.Fuga,distinguit in capitalibus criminibus post accusationem fugam non facere indicium ad tormenta: at in non capitalibus; si cum fuga concurrat fama publica semper facere indicium ad tormenta, siue præcesserit accusationem, siue subsecuta fuerit: subdit tamẽ Senatum Mediolanensem non consueuisse fugitiuum,vel sponte reuersum, vel detentum condemnare, sed tantummodo grauius torquere, vel etiam in pœnam fugæ eum publicè torquendum tradere.

119 Si autem fur detentus fuit, vel alius criminosus, & carceribus fractis aufugiat habetur pro confesso,& tamquàm confessus punitur l.In eos l.Nudos,& ibi glo. in verbo Puniendi, ff. de cust. reor. quam materiam accuratè examinat Boer. decis. 215. Io. Andr. ad Specul.tit.de præsump.§.Species, vers.violenta, & alij plures relati à Mascard.de probat.conclu.266. Qui autem aufugit de carcere aperto non habet indicium cõtra se Bald. in l. Succurritur C. ex quib.caus. maior. Io. Thyerr. in tract.de fuga nume.4. Mascard.in d.conclu.266.num.28. Et idem esse de fugiente ex priuato carcere scribit Guiel.de Cug.in d.l.Succurritur, & Paul.Ghirland. de relax.carcer. tit. de fuga incarcerati nume. 15. sed postremo cum Prosper Farinacius hanc materiam carcerum copiosissimè examinauerit in sua praxi, ad eum lector accede, quia nihil amplius desiderabis.

120 Famulus autem fugiens domo, in qua furtum factum fuit habet indicium contra se glo. in §. si vero,in verbo Factum,in Auth. de exhiben.reis. Si autem alio loco, & alio tempore furtum factum fuisse dicatur, cessat indiciũ Bart. in l. Si quis ex argentarijs §. An vero nec hęredi num.3.& in l.vlt. ff.de quęst.num.5. Paris cons. 156. num.38. Hippol.de Marsil. in rubr.C.de probat.nume.236.& 263. vbi plura adducit ad fugam pertinentia, Specul. in tit. de accusat. §.Sequitur videndum numer. 2 2.

Thom.

Thom.Gram.cons.60.num.1.Gerar. de Petrasan. sing.8. numer.1. Brun. de indic. quæst. 3. 1. part. num.4. Boss.in tit.de furt. num.2. Iul.Clar.in pract.crim. quæst.56. in princ. Blanc. de indic. nu.423. Mascard.de probat. conclus.831. num.6.

121 An vero famulus ob solam fugam torqueri debeat ad eruendam veritatem circa furtum commissum Iac. de Beluis. in §.Si vero in Auth. de exhiben. reis, quem refert, & sequitur Blanc. de indic. nume.423. dicit ob solam fugam famulum non esse torquendum, & idem etiam confirmat Brun.de indic.quæst.3. in princ. & Io.Andr. in addit. ad Specul. in tit. de præsump.laudat opinionẽ Beluis. & dicit in iudicijs non seruari, vt seruus propter solam fugam torqueatur. Nouell. in pract.crimin. tit.de furto num. 18. Verum de hoc non potest in vniuersum certa regula tradi, sed iudicis arbitrio est relinquendum. Quid enim si tempore furti seruus potuit ex alia causa ad fugam adduci? Quid si qui fugit est bonæ famæ, & alij serui qui non fugierũt pessimæ? Quando autem rationabilis ratio ipsius fugę reddi non potest, alijsque non resistentibus indicijs, famulus torqueri debet. Quid autem in componente, seu colligente sarcinulas, vel alijs solitis fugæ præludijs? Et hoc est indicium l.Ab hostibus §.fin.ff.ex quib.caus.ma. Beneu. Straccha in tract. de mercatura part.2. nu.31. vbi plures citat.

122 Non respondens interrogationi habet indicium contra se, quod quidem indicium cum sit generale etiam ad alia crimina, remitto lectorem ad Blanc.de indic. num. 271. & ad auctores ibidem ab eo relatos. Et ob hoc indicium reus potest torqueri ad eruendam responsionem, non tamen ob id esset condemnandus, vt scribit Plutar. in vita Publicolæ Brutum fecisse reos ter interrogatos non respondentes damnasse: nisi iste reus esset homo facinorosus, vel in flagranti deprehensus. Vide Farinac.in praxi.lib.1.tit.de Indicijs & tortura quæst.37. numer. 176. & sequen.

123 Vox balbutiens, loquela timida, trepidatio, ac titubatio, erubescentia, pallor, & similia faciunt quoque indicium l. De minore §. Tormenta. ff de quæst. vbi sic scriptum est: Plurimum quoque in excutienda veritate, etiam vox ipsa, & cognitoris subtilis diligentia affert: nam, & ex sermone, & ex eo qua quis constantia, qua trepidatione, quid diceret, vel cuius æstimationis quisque in ciuitate sua est, quædam ad illuminandam veritatẽ in lucem emergunt. Non tamen hæc singula indicia sunt efficacia ad tormenta, cum hæc signa ob varia accidentia contingere possint, vide Blanc. & alios ab eo citatos in tit. de indic. num.259.& seq. Nouell.in princ. suæ pract.crim.num.83.& sub tit. de puro homicidio num.11. & ad defensam in tit. An indicia pro reo danda sint nume.143.& in tit. Responsiones reorum in constitutis num.3. Hippol.de Marsil.in d.

l.De

l. De minore §. Plurimum quoque num. 25 ff. de quæst. vbi admonet iudices, vt hæc signa, & indicia describi faciant. Qui crimina patrarunt conscientia vexati, ac imminentis pœnæ timore perculsi interne adeo exagitantur, vt expeditè, ac distinctè loqui nequeant: & hinc est, vt vox tremula, ac timida sit contra reum indicium; & in reis obseruaui aliud non vulgare indicium: motum quendam in gutture, ex quo videtur eos non posse saliuam deglutire; de quo Horat. forsan intellexit, dum Sat. 6. lib. 1. Serm. dixit.

Vt veni coràm: singultim pauca locutus,

Ingens enim timor exsiccat guttur, & magnam sitim generat, vt supra §. primo, post numer. 28. diximus.

124 Ex trepidatione, & titubatione oritur quoque indicium d. l. De minore §. Tormenta ff. de quæst. Trepidare autem est vehementer timere, & actus inconstantiæ. Virg. lib 6 Æneid.

Vt videre virum, fulgentiaque arma per vmbras
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga, &c.

Intrepidus autem est, qui non trepidat, nec timet. Titubare verò est propriè eorum, qui pedibus nequeunt consistere, Horat. ep 13. libr. 1.

Vade, vale, caue ne titubes, mandataq; frangas.

Quod transfertur etiam ad sermonem, vnde apud Ouid. trist. eleg. 1.

Hac vbi sum furtim lingua titubante locutus.

Hoc autem non esse sufficiens indicium ad tormenta inquit Bart. in l. fin. ff. de quæst. num. 3. quamuis aliquam inducat præsumptionem, Carrer. in sua pract. fol. 92. & 120. Simanca de hęret. cap 63. num. 14. multi enim quamuis innocentes, sunt adeo timidi, vt coràm iudice facile vacillent, ac titubent, vt inquit Iul. Clar. in prac. crim. quæst. 21. versic. Cæterùm sola inconstantia, prout accidisse cuidam nobili scribit Paris de Put. de Syndic. fol. 441. num. 7. De vacillatione, & titubatione post alios tractat Farinac. in praxi li. 2. tit. de Indic. & tort. numer 39. vbi lector plura inueneris ad hanc materiam pertinentia.

125 Ex erubescentia quoque, & pallore desumunt indicia. Erubescunt illi, qui rubore perfundũtur, dum sanguis ad exteriores partes confugit, vt externa exploret, vel extrinsecam vim propulset: sed quando pallore afficimur sanguis fugit ad tuendum cor, & quia superficiem deserit exanguem, ideo pallescimus. Cur autem pudentes rubescant, & metuentes pallescant agit Arist. in problematibus, & Gel. lib. 19. cap. 6. noct. attic. & Macrob. libr. 7. Saturn. c. 11. inquit ex physicorum sententia, naturam pudore tactam, sanguinem, cuius color rubor est, ante se pro velamento tendere, vt erubescentes manum sibi ante faciem apponunt: contrà in metuentibus in altum totam demergi naturã; sicuti nos cum timemus ad recessus,

sus, & occultas latebras confugimus. Cum ergo homines facturi sunt turpia, aut dum illa faciunt erubescunt, vel cum illa dicunt, aut dicturi sunt, vt Arist. libr. 1. Rhet. docet, Sapphonisque, & Alcæi exemplo confirmat: pudor enim, & verecundia dedecus fugiens, est virtutum custos, vt Cic. ait in partitionibus, & dum suæ gloriæ cupiditatem, ac ambitionē Luceio erat declaraturus, ita erubuisse fatetur: Coràm me tecum eadem hęc agere sæpè conantem, deterruit pudor quidam penè subrusticus, quæ nunc expromam absens audacius, epistola enim non erubescit, & de hac re agit idem Cic. in Orat. pro P. Scylla, in lib. 1. de diuinat. & in quarta Tusculana, & in c. 2. libr. 2. Esdræ legitur: Dixit mihi Rex: Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? non est hoc frustra, sed malum nescioquod in corde tuo est. & cap. 4. Gen. Cur concidit facies tua. & Ouid. inquit.

O quàm difficile est crimen non prodere vultu.

Et pallorem metum arguere docet Paris. in tract. Sindicat. vers. Tortura, & cons. 53. nu. 53. vol. 3. & Bart. in l. De minore. §. Plurimum ff. de quęst. inquit, pallorem vultusque mutationem reum esse culpæ affinem indicare. Paris. consil. 156. numer. 35. volum. 4. Est tamen interdum etiam erubescentia boni viri indicium, vnde apud Terent. legimus: Erubescit salua res est. & licet Arist. libr. 2. Eth. neget pudorem esse virtutē, ait tamen in adolescentibus probam esse affectionem, ac bonę spei indolem, & iccirco appositè ab Horat. infans appellatur dum ad Męcenatem scribens inquit.

Infans nanque pudor prohibebat plura profari.

& tamquàm puerile vitium pudor in rebus honestis damnatur, & à Plutar. vitiosus appellatur in eo opusculo, quod de hoc ipso vitioso pudore conscripsit. Hinc factum est, vt rei, non per procuratorem, sed ipsi ad iudicis conspectum veniant, vt videatur qua cōstantia, vel qua trepidatione respōdeant, quia hæc, vt diximus, plurimum valent ad illuminandam iustitiam d. l. De minore §. Tormenta. ff. de quæst. & idem de teste dicitur, qui eadem de causa ore proprio debet testimonium præbere, non autem in scriptis tradere, vt latè docet etiam Mascard. de probat. vol. 1. quæst. 5. numer. 11. post Specul. de teste. §. Nunc tractandum.

126 Mendacium furis est etiam indicium, & ad reliqua crimina vniuersale Blanc. de indic. num. 265. Mascard. de probat. conclu. 1040. l. Seruus ff. de dolo Bart. in l. fin. ff. de quæst. & ibi Marsil. numer. 2. & in suo sing. 103. Veritas in teste &c. Paris de Put. in tract. Syndic. fol. 96. & 105. & 107. versic. Item cum quis in mendacio. Est tamen distinguendum, nam mendacium circa principale negociū, vel circa illius circunstantias facit indicium ad quæstionem: vt si reus de furto suspectus, interrogatus vbi tempore furti erat respondendo mentiatur Bart. in loco

loco citato. Mendacium autem circa diuersa non facit indicium ad tormenta Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 21. versic. Mendacium suadet Iudices, vt ex solo mendacio nõ faciant reos torqueri. Quãdo mendacium faciat indicium ad torturam, & quando non rectè explicat Farinac. in praxi libr. 2. tit. de indic. & tort. q. 52. nume. 2. & seq. Si quis autem negauerit rem surripuisse conuictus de mendacio poterit adhuc se tueri se id fecisse de licentia domini, vel tam quàm rem suam, aut alia huiusmo di defensione. Vt qui negauit homicidium fecisse conuictus potest adhuc se tueri, & dicere se illud fecisse ad necessariam vitę suæ tutelam. Bart. in Auth. Contra qui propriam C. de non num. pec. in fine, Iasi. in § Item si quis postulante numer 27. Inst. de act. potest enim reus vti pluribus exceptionibus, etiam contrarijs l. Nemo prohibetur. ff. de except. & ibi glo. l. Nemo ex his ff. de regul. iur. cap. Nullus de reg. iur. in 6. Bart. in l. Cum de indebito. ff. de probat.

127 Variatio etiam facit indicium contra reum in suo dicto variantem, & ad istam variationem si accedit etiam aliqua alia coniectura, & variatio respiciat delictum principale, vel qualitates, & circunstantias substantiales, facit indicium ad tormenta, vt copiose more suo tradit Farinac. in sua praxi lib. 2. tit. de indic. & tortura quæst. 53. num. 18. & seq. ad quem accedat lector, & multa ad variationem pertinentia inueniet.

128 Confessio quoque extraiudicialis parit indicium contra furẽ, etiam ad torturam gl. ab omnibus approbata in l. Capite quinto ff ad l. Iul. de adult. Ang. in l. 1. ff. de confess. Hippol. sing. 310. Credo te scire, Felin. in c. Olim num. 5. de rescript. Dec. in c. At si clerici nume. 17. de iudicijs, cum alijs relatis à Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 21 versi. Confessio extraiudicialis. Si tamen probetur error confessionis factæ extra iudicium tollitur indicium Clar. loco citato: vbi etiam agit de confessione facta coram iudice incompetenti, & coram Iudice, sed tamquam priuato: & de reuocatione confessionis, quæ fit quando reus confessus ducitur ad tribunal ad ratificandum suam confessionem. Fur in iudicio ciuili conuentus si confiteatur furtum commisisse, an propter istam confessionem possit in iuditio criminali, postea in eum intentato, puniri. Specul. tit. de confess. § 3. vers. pen.

129 Physiognomia solet etiam adduci pro indicio aduersus reum in genere, vt tradit Bald. in l. 4. versic. Quæ autem C. Quor. appell. non recip. & in l. Non ignorat numer. 12. C. Qui accus. non poss. Paris de Puz. in tract. de Syndic. in verbo mandauit col. 8. vbi dicit his iudicasse secundum physiognomiam, vt qui bonam habebat bonus esset, & qui malam malus, & rectè iudicasse. Hippol. de Marsil. in l. 1. in princ. num. 104. ff. de quæst. canonistæ in c. 1. depositi. Gram. consi. 40. num. 2. Petra san. sing. 73. Menoch. de præsumpt. lib. 2. quæst. 89. numer. 130. & seq.

Ea

Et M. Ant. Blãc. de indic. nu. 406. dicit malam physiognomiam generare suspicionem in genere, vt oriatur præsumptio de mala, & vitiata natura, non autem in specie ad præsumendum de aliquo particulari crimine; & Abb. in c. Quia diuersitatem notab. 2. de conces. præb. dicit animi deformitatem ex deformitate corporis argui, & de hoc indicio tradit Nouell. in sua pract. crim. in princip. num. 81. De hac physiognomia Doct. Baldi auctoritatem sequuti aliquid dixerunt, sed rem vix attigerunt, nec mirum, cum hæc longe absint à legali studio. De physiognomia doctissimi viri scripserunt Aristoteles, Auicenna, Constantius, Philemon, Loxus, Palemotius, & alij dixeruntque homines, qui aliquod membrum notabile habent, illius bruti naturam retinere, cui membro illo similes sunt, idque Plato confirmauit. Varias enim membrorum dispositiones varias naturæ propensiones indicare obseruarunt; quæ propensiones, & incitamenta, cum necessitatem non inducant, possunt homines illa rationis freno compescere, & quamuis à natura sint ad malum proni, possunt tamen actiones suas ad bonum finem dirigere: in hocque vniuersa philosophia laborat, vt motus animi, non cupiditatibus, & vanis huius vitæ illecebris, quibus natura trahimur, sed, velint nolint, rationi obediant: quod facile succedit si adolescentes ad bene, recteque agendum assuescimus: incredibilis enim est vis bonæ, vel prauæ educationis, vt alibi diximus, & Plutarchus in libro de liberis educãdis doctissimè disserit. Quæ autem ad furem indicãdum valent non pauca sunt: hic tamen non plura dicam, ne magis Physiognomus videar, quàm Iurisperitus: cum igitur secundum hanc scientiam naturalis propensio ex ipsa corporis dispositione cognoscatur: non vt Doctores, nostri dicunt in genere tantummodo de mala, vel bona natura. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. in 29. indicio nume. 3. Blanc. de indic. num 405. 406. Nouell. in tract. ad defens. cap. An indicia pro reo danda sint nume. 269. Menoch. de presumpt. lib. 5. quęst. 89. nume. 130. & seq. sed ipso etiam in specie an aliquis ad furandum sit propensus, & incitatus, hinc indicia insurgunt. Melancholici sunt tristes, & graues: sanguinei illis opponuntur: phlegmatici pigri, & somnolenti: cholerici sunt iracundi: vnde melancholici sunt magis ad furandum propensi. Fęminæ quia frigidiores, & timidiores hominibus sunt, ideo magis auaræ, & per consequens facilius furantur, quàm homines: quod in ludis obseruatur, vbi istæ improbulæ furunculæ semper homines decipiunt: In specie autem capilli crispi indicant hominem timidum, lucricupidum, ac furē. Frons angusta voracitatem, vnde alienarum rerum appetentiam, & furacitatem; sicuti depressa inglorium. Supercilicia quæ inuicem coniunguntur tristem, & facile furem arguunt. Oculi glau-

ci, &

ei, & etiam nigri, sed aliquo splendore micãtes audacē, & ad scelera peruigilem quales sunt fures. Aures oblongæ, & angustę inuidiam, & rapacitatem demonstrãt: idem indicant genæ rotundæ. Nares minores debito furibus assignantur. Os paruum mulieribus, & furibus conuenit. Mentum si in prolixum longe distenditur dolis assuetum ostendit, quales sunt alienarum rerum subtractores. Vox tenuis, & quasi lugubris, itē quæ in nares resonat furibus adscribitur. Vngues inflexi, & curui rapinis deditum innuunt. Latera tenuia, & angusta timiditatem, auaritiam, & furacitatem significant. Pedes nimium prolixi dolosis, ac furibus tribuantur. Qui festinanter incedit, se comprimit, & vultum deducit parcus, timidus, ac fur præsumitur. Color cutis niger à furibus non discrepat, sicuti nec rufus qui perniciosum, & varijs moribus obnoxium ostēdit. Sciendum tamen est ex oculis potissimum istas naturales propensiones conijci, oculus enim, vt physiognomi aiunt, est verus cordis nuntius: & dici solet, Totus homo in facie, & tota facies in oculis, & Plin. inquit. Profecto in oculis animus inhabitat. & Cicero lib. 3. de Orat. Animi est enim omnis actio, & imago animi vultus est, indices oculi: Nam hæc est vna pars corporis, quæ, quot animi motus sunt, tot significationes, & commutationes possit efficere. & Demosthenes oculos morum indices esse affirmat. Cum ergo oculorum testimonijs nonnullis alijs membris respondet, tunc indicium est graue. Animaduertendum autem est hæc membrorum signa exteriora, non referri ad animæ tantum passiones, & scientiæ habitus, ita vt ex illis conijci possit an quis sit legista, musicus, vel geometra; sed naturales passiones indicare, vti est ira, concupiscentia, auaritia, rapacitas, & similia. Nec huiusmodi indicia necessitatem importare, essent enim probationes non indicia, sed propensionem, naturalem præmonstrare: vnde resultat indicium, quod quis illud commiserit, ad quod committendum natura impellitur: alijs maxime concurrentibus indicijs. Hoc enim solum physiognomiæ indicium non est vrgens, quia est à maleficio remotum, sed si cum alijs indicijs conuenit, tunc est considerabile, ne dum in genere, vt Doctores affirmant, & est verissimum (Membra enim quæ non habent suam debitam proportionem in figura, quantitate, situ, & motu, peruersam mentem exprimunt: sicuti è contra membra, quæ sunt in sua naturali proportione, arguunt bonam naturalem mentis habitudinem) sed etiam in specie vt supra demonstrauimus. Nec satis esset bono Iudici in genere ex physiognomia indicia desumere: & ratio est, quia multi sunt praui homines in hoc, vel illo crimine, qui alia facinora non committerent, vt experientia docet. Ego plures noui homines libidinis vitio scelestissimos, qui nullo modo furta, nec

homicida patrassent: ita multos sanguinarios ab actu venereo, & à rebus alienis abstinentissimos: non paucos superbissimos, qui res alienas spernunt, & Veneris oblectamenta floccipendunt: quemadmodum enim pauci sunt, qui quamplurimis virtutibus splendeant, sic non multi qui omnibus vitijs sint coinquinati, ob diuersitatem naturalis inclinationis. Hinc est quod Alex. consil.5. volum.1. dicit reum furti, cui testes opponant homicidia, incendia, & alia similia commisisse, non posse torqueri, quia ex diuersis non bene infertur, & probatio debet esse in eodem genere mali, vt valeat. Bart. in l. Si cui §. ijsdem. ff. de accusat. in l. Cassius ff. de senat. in l. De pupillo §. Si quis ipsi Prætori quæst.7. ff. de oper. no. nunc. Bald. in l. fin in fine. C. de his qui per met. iud. non appell. & latè per Fel. in cap. fin. de præsumpt. Et indicium ex causa delicti, quando natura reus ad crimen commissum est propensus, grauiter vrgere tradit Farinac. in praxi. libr.2. tit. de Inquisit. & tort. quæst 52. nume.147. vt in causa amoris contra luxuriosum, in causa honoris cõtra ambitiosum, in causa odij contra vindicatiuum, in causa furti contra auarum. Cason de indic. trac.2. cap.3. numer.11. Debet ergo bonus Iudex saltem tantum physiognomiæ tenere, vt cognoscere possit, qui nam sint secundum naturam ad libidinem propensi, qui ad auaritiam, & qui ad superbiam; ex istis enim fontibus omnia ferè scelera emanant. iuxta illud Ioannis Apostoli in Epistola prima: Omne quod est in mundo aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, &c. Et quamuis in diuinis litteris legatur Ioan. cap. 7. non esse secundum faciem iudicandũ: hoc verum est ad condemnandum, non ad formandam inquisitionem, & indicia desumenda, & iam diximus, hæc signa non necessitatem actionum, sed naturalem propensionem indicare, quod pluribus exemplis comprobari posset. Scribit Aristoteles Philemonem physiognomum ex Hippocratis imagine eum virum luxuriosum pronuntiasse, ipsumque, suis discipulis reclamantibus, dixisse, recte physiognomum ex arte sua iudicasse, cum natura esset ad libidinem incitatus, sed philosophiæ studio honestatem adamasse, naturalesque concupiscentias domuisse, artisque studio naturam correxisse. Zopirus ex Socratis physiognomia dixit illum esse natura stupidum, & libidinosum, studio tamen philosophiæ indecentes naturæ motus coërcuisse, vt Cic. libr. 1. de fato affirmat. Democritus Abderites Diagoram seruum emit, quia ex illius physiognomia optimum ingenium coniecit, vt Suidas testatur. Diuus Gregorius Nazianzenus cum Athenis Iulianum nondum Imp. vidisset, & illius physiognomiam considerasset exclamauit: Deus bone quantum malum Romanum fouet Imperium, vt exitus comprobauit: quod

quod idem Gregorius affirmat in secunda inuectiua contra ipsum Iulianum, atque Nicephor. li. 10. cap. 37. Isidorus Hispalen. Episcopus ex Mahometis Turcarum regis facie, illum pestem Ecclesiæ, & Reip. futuram vere prædixit, vt scribit Antoninus tit. 3. cap. 2. Quæ omnia alijs exemplis comprobaremus ni breuitati studeremus. Illud tamen non est prætermittendum sacra lege corpore vitiatos à diuinis ministerijs fuisse remotos; non solum ob impotentiam ministrandi, vt sunt cæci, & manci, ac similes: sed etiam quia ex corporis deformitate animi turpitudinem arguebant: & ideo in cap. 21. Leuitici legitur Dominum ad Moysem dixisse: Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam non offerat panes Deo suo, nec accedat ad ministerium eius; si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso; si fracto pede, si mancus, si gibbosus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus. quem locum piè interpretatus est Di. Gregorius, vt legitur in cap. Hinc etenim 49. dist. & hanc propositionem vt in corpore deformi non habitet pulchra anima, pluribus auctoritatibus comprobat Tiraqu. de legib. connub. lege 2. num. 47. & seq. quem secutus est Petr. Plaza libr. 1. Epitom. delict. cap. 25. num. 4. Hier. Maggius lib 4. Miscell. cap. 4. Corrasius in tract. de sacerdotijs part. 3. cap. 6. Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. cas. 226. Sed cur maiorem curam lex diuina posuit in naso, quam in cæteris membris, noluit enim ad sacerdotium admitti, nec qui grãdem, nec qui paruum, nec qui distortum haberet nasum? forsan quia nasus totam faciem honestet? Verum quoniam isti Aduocati, causidici, litigatoresque vaferrimi, ac importunissimi dum hæc scribimus nos adeo frequenter interpellant, & obtundunt, vt id speculari non sinant, tibi lectori nasuto, ac fortasse minus occupato hoc relinquo emunctis, vt aiunt, naribus speculandum. Qui autem præclarum naturæ munus consecuti sunt, vt pulchro corpore, ac digna facie orti sint, bonis quoque moribus præditi creduntur, iucundè inspiciuntur, hilariter audiuntur, & libenter in hominum congressus admittuntur; illisque in errorem prolapsis facilius venia irrogatur: vt etiam Iur. consf. in l. Imperator ff. de decurion. his verbis testatus est: Oris probitas quæ in viris dignitas est, & in fœminis venustas dicitur, certam spem facit rectè agendi; & ideo his facilè indulgetur.

130 Tibi vero leguleio, cui forsan hæc non arrident, ecce aliam faciliorem trado physiognomiam: vt scilicet ille fur præsumatur, qui frontem habet sigillatam, nares mutilatas, aures abscissas, vel manum detruncatam: hæc enim non sunt naturalis propensionis indicia, sed ciuilis iustitiæ testimonia, & furum promerita insignia: solent namque fures huiusmodi signis notari, vt inter cæteros bene

cogniti euitari possint: per tales enim actus exteriores veri habitus rerum significantur; vt monachus ex tonsura, clericus ex clerica, miles ex cicatricibus Bald. consil. 9. Factum tale est in fine lib. 1. Simon de Prætis de præsumpt. vlt. volunt. libr. 1. dub. 1. fol. 2. Quamuis per l. Si quis C. de pœnis prohibitum sit faciem huiusmodi pœnis deturpari. Quod tamen indicium recipit probationem in contrarium, potest enim dilui si probetur hæc stigmata, seu mutilationes reo ex alia causa accidisse. Quintil. libr. 5. instit. orator. cap. 10. inquit ex corporis habitu duci argumenta, & sic indicia resultare; vt qui speciosa forma sit libidinis habeat indicium, robustus petulantiæ, & sic de similibus. Et postea subdit animi etiam naturam esse considerandam, quia auaritia, iracundia, misericordia, crudelitas, seueritas, aliaque his similia frequẽter afferunt fidem. Nam auarus habet maius indiciũ furti, quàm iracundus, aut misericors, & sic de reliquis: credibile enim est homines ea facile committere, ad quæ naturæ stimulis procliues sunt.

131 Iudices, qui accuratè occulta crimina indagant, non debent etiam reorum nomina contemnere: ex turpi enim nomine in genere indicium dicunt insurgere. Io. Andr. Card. & Imola in cap. 1. in verbo Bellial extra depositi, Fel. in proœm. Decret. nume. 32. & ibi Doctores concludunt ex malo nomine sinistram suspicionem resultare, per tradita à glo. & Doct. in l. Facta §. Si sub conditione. ff. ad S.C. Trebell. Ias. in rubr. ff. sol. matr. nu. 16. Blanc. de indic. nu. 405. Nouell. in pract. crim. in princip. num. 81. Paris de Put. in tract. Sindic. in verbo, Mandauit colum. 8. versi. Quando delictum. Scappius in tract. Iuris non scripti libr. 5. cap. 105. Ias. in rubr. ff. solut. matr. refert doctrinam Cardin. & Imolæ in d. verbo Bellial, dicentium quod si quis sciens rem suam deposuerit penes hominem turpis nominis, & eam amiserit, ipse deponens erit in culpa, quia voluit de homine confidere cuius prauitatem ex turpi nomine poterat suspicari. Ego interdum vidi Venetum quendam, qui cum nauem conscendisset, vt primum intellexit nautam appellari Maltempo, e naui illico, cæteris ridentibus, prosiluit, nec vllo modo cum eo iterfacere voluit. Romani prudentissimi in militibus deligendis ab vno auspicabantur, qui fœlici nomine nuncuparetur, boni ominis ergò, vt tradit Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 27. gen. dierum. Et Plutarchus in libro de liberis educandis dicit, primum parentes curare debere vt filij bonis nominibus nuncupentur: & scribunt moderni in addit. ad Abb. Panorm. in proœm. Gregorij col. 2. versi. Argumentatio à nomine. Io. And. in c. Grauis de deposito dicit. Dominam Milantiam eius vxorem dicere consueuisse pulchra nomina esse filijs imponenda, etiam si magno precio emerẽtur: & profectò vituperandi sunt parentes illi, qui turpia, & infælicia nomina filijs

impo

imponunt, eisque hoc modo, aut mala indicia parant, aut malum omen portendunt: cum nullo incommodo pulchra, ac fælicia nomina possint eligere. & Plato etiã in Theage nos monet vt filijs pulchra nomina imponamus. & Salyc. in tit. C. de summa trin. & fid. cath. monet parentes, vt filijs suis imponant nomina præseferentia honestatem, & auctoritatem, cum ex malo nomine, seu cognomine resultet iniquitatis indicium. Erant apud Romanos quædam nomina seruorum, & quædam liberorum: seruorum erant: Statius, Erotes, Pamphilus, Stichus, & similia. Liberorum autem Caius, Seius, Mæuius, Sempronius, Titius, & alia huiusmodi, vt etiam ex libris Pandectarum colligitur. Consueuerunt Romani filio primogenito nomen patris imponere, & ideo ad illos distinguendos opus erat illis addere cognomenta. l. Ad recognoscendas C. de ingen. & manumiss. sicut ratione nouæ doctrinæ noua vocabula possumus inuenire glos. fin. in §. Item quæritur l. Si pupilli. ff. de neg. gest & ibi Bald. Et cum apud nobiles Venetos plures eorum reperiantur, qui sunt eiusdem nominis, ac eiusdem familiæ ad eorum faciliorem distinctionem, quædam sibi imponunt cognomẽta, vt plurimum ridicula, sibi conuenientia quibus eorum aut mores, aut effigies, illico in memoriã reuocantur. Obseruarunt antiqui, & nos quoque obseruamus, vt maiorum nostrorum nomina in familia conseruentur, & maxime eorum, qui inter alios excelluerunt, & sæpe in nepotibus auorum nomina renouantur: & in Euangelio legimus de Ioanne Baptista, cum Zaccarias esset appellandus, & Ioannes nuncupatus fuisset, reclamasse propinquos, cum nemo in eorum cognatione reperiretur, qui eo nomine vocatus fuisset. Ego autem arbitror leuissimum esse indicium, quod ex proprio alicuius nomine elicitur idq; etiam Paridi de Put. placuisse videtur, dum in tract. indic. in verbo Mandauit colum. 8. versic. Quando delictum, inquit, ex turpi nomine oriri indicium, si cum eo mala fama concurrat, quasi dixerit, ex solo proprio nomine indicium non insurgere: nomina enim pro libito imponuntur, & plerunque ab imperitis hominibus, qui neque sunt Prophetæ, nec Astrologi: & vt dici solet; quæstio nominum pertinacibus est relinquẽda, glos. in rubr. ff. sol. matr. Ias. in §. Sic itaque Inst. de act. num. 9. Arbitror tamen posse obseruari, vt, ex pluribus reis, ab illo incipiantur tormenta, qui, cæteris paribus, habet turpius nomen: Cæteris inquam paribus, quia alioquin ab illo tormenta incipi debent, qui grauioribus indicijs vrgetur, vel ab illo, qui est peioris conditionis, & famæ, vel ab auctore delicti, vel ab eo qui est turpioris Physiognomiæ, & postremo quando in rebus omnibus sunt æquales, potest ille primus torqueri, qui turpe habet nomen, vt tradit Io. Andr. in cap. Cum in contemplatione de regul. iur. in 6.

Gand.in tract.malef.de præsump. versi. Tene menti. Gherar. de Petra Sancta sing. 75. Apostilla ad Dyn. in c. In pœnis de regul. iur. in 6. Io.And.in c.Cum secundum de præben. Franc. Brun. in tract. de indic.& tort.in 2.part.quęst.5. num.55. versi.Item si est pater, & filius. Marian.Soc.in c. Cum dilecta de excess. prælat. Hippol. de Marsi.in l.1.in prin.ff.de quæst.& in sua pract. crimin. §.Expedita num.52.Thom.Gramm. cons.40. In causa Magnifici Tristani num. 12. Dec.in c.1. in 2.lect. col. pen. de iudic. Matth. de Afflictis in const.Regni Siciliæ in 5.notab.de hæret. & pactaren. Euerard. in loco argum. ab Ethimologia, Cagnolus in proem. ff. §.Non vero num.179.& 180.

332 Sed multo magis Iudex debet cognomina considerare, quæ non casu,& ad libitum,vt propria nomina tempore natiuitatis imponuntur, à proprio enim nomine non potest assumi indicium. Bart. in rubr.ff.solut.matr. Bart.Soc.in l.2.§.Appellata nume.3. ff.si cert. pet. sed quæ postea ab effectu acquiruntur, secundum virtutum, vel vitiorum congruentiam, vt Abb.quoque tradit in proem.Decret.col.2.versic.Ideo quæro,glo. in verbo Iustinianeos in proem. Digest.§.Est & aliud, & ibi gl. & Doct.Inst.de donat. c.Intelligenda de verb.sign.l.Vxori, & l.Cum pater §. Dulcissimis. ff. de leg.3. Auth.de defens.ciuit.in prin.glo. in l.fin.§.penult. & ibi Bart. ff. ad municip. Si ergo reus fuerit cognominatus Rampinus,Truffa, Sgraffigna,vel alio huiusmodi cognomine, erit contra illum indicium furti, quia hæc cognomina à furacitate deriuantur, secūdum nostrum vulgarem vsum loquendi. Sic Antigonus à rapacitate Hierax dictus fuit,vt scribit Alex. ab Alexandro libr. 1. cap. 11. gen. dierum, & de alijs constat apud Historicos, & tradit etiam Mascard.de probat.concl.831.nu.22. & 23. & ita intelligenda sunt tradita per Hippol.de Mars.in l.1. in princ.ff.de quæst.nume.39.dum hoc exemplo confirmat in eo qui appellaretur Forabosco, Spezzacroce,Pizzaguerra,Falameschia, & similia:hæc enim non solēt esse nomina propria,sed cognomenta. & nomina debent esse consequentia rerum,& ipsis rebus respondere.Inst.de don. §.Est,& aliud, & ibi gl.& Doct.Card.Paris.cons.3. num.6.vol.4. De nominibus autem quæ trahuntur à virtute, fælicitate,moribus, ac ab alijs euentibus tractat Cæl. Rhodig. cap.6. libr.24. lect.antiq. & alibi idem Rhodig.de nominibus plura scripsit,vt in eodem eius opere videri potest, & apud Alex. ab Alex. in lib. gen. dierum, Ælium Lampridium in Diadumeno, & Alexandro Seuero. Superiori auctoritate Quintiliani summi Rhetoris etiam comprobari possunt, dum cap.10.libr.5.instit.orat.scriptum reliquit: Ponunt in persona & nomen: quod quidem ei accidere necesse est: sed in argumento raro cadit; nisi cum aut ex causa datū est,vt Sapiens,Magnus,Planus:& Paris apud Ouid.ep.15.inquit:

Pene

Pene puer cæsis abducta armēta recepi
Hostibus, & causam nominis inde tuli.
Fuit enim Alexander vocatus, quasi auxiliator, quia armenta à Cilicibus abacta recuperauerit. aut & ipsum alicuius cogitationis attulit causam, vt Lentulo coniurationis, quod libris Sibyllinis, haruspicumque responsis dominatio dari tribus Cornelijs dicebatur, seque eum tertium esse credebat post Syllam, Cinnamque, quia & ipse Cornelius erat. Postea subdit, iocorum materiam ex nominibus frequentem oriri, vt non semel Cicero in Verrem vsus est. Quod potest exemplo demonstrari in eo quod legitur de Dracone legislatore, eius scilicet leges non hominis sed Draconis esse, idest asperas, & crudeles: sanguine enim non atramento eas scripsisse dicitur, & similis iocus fuit in Cæsarem Borgiam dum de eo dictum fuit.
Borgia Cæsar erat factis, & nomine Cæsar,
Aut nihil, aut Cæsar, dixit, vtrunque fuit.
& Accursius in l. Facta §. Si sub conditione ff. ad S.C.Trebel. dicit nihil mali esse honesti hominis nomen assumere, & suum Accursij nomen esse honestum, dictumque quia accurrit, & succurrit cōtra tenebras iuris ciuilis. Et nomen à digniori qualitate desumi debet gl. in l. 1. ff. de verbor. oblig. not. in l. Pater ff. de seru. leg. & in l. 1. §. Apud Labeonem ff. de aqua pluuia arc. Flor. in l. 1. ff. de ser. vrb. præd.
133 Non est ergo inconueniens vt quis suum nomen mutet: nominis enim mutatio, si non est fraudulosa, libero homini permittitur l. Vnica C. de mut. nominis Boss. in pract. crim. tit. de mutatione nominis. Quia nomina hominum sunt mutabilia, rerum autem immutabilia l. Si quis in fundi, ff. de leg. 1. Et sicut error in alterius proprio nomine, vel in cognomine, aut cognomento non vitiat legatum d. l. Si quis in fundi, & l. Si in iudicis nomine, vel prænomine ff. de iud. cijs: sic error in suo proprio nomine arguit stultitiam l. fin. C. de hæred. instit.
134 An vero diuinationes, & præstigia faciant contra furem indicium nunc est tractandum. Nulli dubium Diabolum præteritarum, ac præsentium rerum esse optimum cognitorem, vt Di. Thomas quæst. 16. artic. 6. de dæmon. Di. Aug. libr. 10. de Ciuit. Dei, not. in c. Nec mirum 26. q. 5. Hinc est, vt tradit Paul. Ghirland. de sortileg. quæst. 6. nume. 5. Diabolum cognoscere omnia furta quamuis occultissima, & eorum fures, aliaque crimina latentia, postquam deducta sunt ad alterius cognitionem per aliquod signum, vel actum extrinsecum, nam sicuti futurorum omnium cognitionem habere non potest, sic nec hominum corda perscrutari; solus enim Deus est scrutator cordium, vt in Euangelio legitur Matth. 22. & Marci 12. licet Dęmones triplici acumine præscientiæ vigeant, vt Isidoro placet lib. 1. de summo bono; sublimitate scilicet naturæ, experientia

temporum, reuelatione potestatum. & Canonistæ appositè has superstitiones magicas præstigia appellant, quia rerum veritatem ementiantur, & fallacijs hominũ mentes perstringant. Homines ergo fatui quibus bona subtrahũtur, cum alio modo furem, remq; furtiuam inuenire non possint ad Astrologos, & Geomantas, ac ad mulierculas etiam cõfugiunt, quę diabolicis quibusdam ridiculis superstitionibus profitentur se occulta cognoscere, & ex inspectione aquæ benedictæ, vel speculi, vel cum forfice, & cribro fures propalare, vt tradit Blanc. de indic. num. 397. Quæ quidem ars diuinandi per cribrum ad res furto subtractas inuestigandas, in Gallia quibusdam fœminis frequens, græco vocabulo Coscinomantia appellatur. & Brunus de indic. refert Baldum asserentem in quodam suo consilio incipiente, Quia quæstio ista &c. licet ars diuinandi sit damnata, tamen quando alio modo ad veritatis cognitionem deueniri non potest, posse Iudices etiam hoc remediũ adhibere, ad formandam tantum modo inquisitionem: & postmodum considerare, an contra dictũ reum alia concurrant indicia: quam Baldi opinionem Blanc. loco citato reprobat, vt tradit etiam Brun. in tract. de indic. colum. 13. versic. Quæro an diuinatio, & Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. Diligenter numer. 181. dicit huiusmodi pręstigijs posse inquiri: sed hoc non est verum, cum omnibus diuinis, & humanis legibus, istæ superstitiones, sunt prohibitæ, & damnatæ c. 1. & 2. de Sortileg. & ibi Abb. & Io. And. c. Erubescam 32. dist. Exploditur ergo, & tamquam è scena exsibilatur distinctio illa. Quod facientes incantationes ad malum finẽ sunt puniendi, non autem ad bonum finem l. 4. C. de malef. & mathe. Oldr. consil. 210. Tiraquell. de legib. connub. quæst. 14. glo. 1. Ias. in l. Huiusmodi §. Si is cui. ff. de leg. 1. in fin. Dec. in c. Ad audientiam nume. 12. in fine de rescript. Cæpol. in rubr. de verb. sig. nu. 85. & seq. Ratio autem est euidens, qua Baldi, & sequacium opinio destruitur: Nam si liceret ad hos diuinatores accedere, & ab illis huiusmodi arcana sciscitari, proculdubio etiam illorum ars esset licita: & si Iudex illa vteretur in præiudicium tertij, & sic in graui iustitiæ ministerio, illam hoc pacto approbaret, quam omnes leges reprobant, & illam exercentes puniunt. d. cap. 1. & 2. de sortilegijs. Quod si isti diuinatores sunt infames, & repelluntur non solum à testimonio perhibendo, sed etiam ab accusatione instituenda, quomodo poterunt in iudicio admitti? l. Item apud Labeonem §. Si quis Astrologus ff. de iniur. & ibi glo. l. Nemo C. de malef. & mathe. Blanch. de indic. numer. 400. Et quoniam Dęmones hostes humani generis semper hominibus insidias struunt, multi innocentes hoc modo rei fierent, & maxima orirentur scandala. Nouell. in pract. crim. in princ. nu. 103. Imo nec etiam ad sanitatem recuperandam


randam licet has superstitiones adhibere, etiam, si alio modo ęgritudo expelli non posset c. Admonendi dist. 27 & Iudex posset puniri, si talia faceret etiam si hoc modo occulta delicta detexisset, non enim sunt facienda mala, vt bona eueniant Bald. in l. Obseruare §. Proficisci. ff. de offic. præsid. Quod si apud ethnicos, & paganos hæc non fuerunt admissa, quamuis ętas illa superstitionibus vndique abundaret, quod constat cum apud Rhetores, & Oratores antiquos de huiusmodi sortilegijs nulla mentio habeatur: longe minus apud nos sunt admittenda cum prohibita, & penitus reprobata sint. De hac materia plura habentur apud Paul. Ghirland. in tract. de Sortilegijs, Balduinum in commentarijs ad leges XII. tabul. lege 54. Farinac. in sua praxi crimin. tit. de delict. & pœna, quæstio. 20. num. 111. & 112. Val. Maximum libr. 1. c. de auspicijs, & Diodorum libr. 2. ac Ciceronem in libris de diuinatione. Qua autem pœna sortilegi puniantur tradit Iul. Clar. libr. 5. sent. §. Hæresis in fine. Et de illis qui missas defunctorum pro viuentibus celebrant: ac de illis qui citant aliquem ad vallem Iosaphat agit Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. cas. 388. nume. 15. & 16. Isti præstigiatores, & malefici etiam in Rep. Veneta grauiter fuerunt puniti iudicis tamen arbitrio lege lata in magnis comitijs anno 1410. 28. Octobris. Sed hisce superstitionibus, & huic etiam paragrapho Colophonem, vt inquit Plato, imponamus, eiusdem Platonis memorabili sententia in Timæo dicentis, non esse sanæ mentis futura diuinare. Quod autem inquit, humanam dementiam diuinandi vim habere, illud argumento esse nobis potest, quòd nemo dum sanæ mentis est, verum vaticinium vllum assequitur: sed cum vel somno prudentiæ vis præpedita est, vel oppressa morbo, vel aliquo raptu à suo statu dimota fieri diuinatio solet. De vera autem prophetia, & de illis reuelationibus, quæ in Sanctis fiunt, hæc Platonis doctrina non intelligitur.

FINIS §. SECVNDI.



DE FVRTIS

§. TERTIVS.



SVMMARIVM §. 3.

1 *Sola voluntate furtum non fit, sed rem ipsam contrectando.*
2 *Contrectatio quid sit.*
3 *Contractus quid significet.*
4 *Furti definitio secundum Ciceronem.*
5 *Tractatio quid exprimat.*
6 *Tractatus significatio.*
7 *Alia furti definitio ex A. Gellio, & Vlpiano.*
8 *Attrectare quid importet.*
9 *Alia furti definitio ex A. Gellio.*
10 *Sustuli verbi explanatio.*
11 *Iacere quando res dicantur.*
12 *An tacens, vel tacens sit in furti definitione legendum.*
13 *Compilare quid significet.*
14 *Expilare quid importet.*
15 *Detrectare quid sibi velit.*
16 *An ob contrectationem rei furtiua possit fur in alia iurisdictione puniri.*
17 *Qui iuerunt in sententiam affirmatiuam Bart. sequuti sunt.*
18 *Qui partem negatiuā amplexi sint.*
19 *Limitatur opinio Bart. si medio tempore furis conditio fuit mutata.*
20 *Si ab initio fur destinasset rem furtiuam illico in alienam iurisdictionem deferre.*
21 *Si à principio actio non erat nata.*
22 *Si furtum factum fuit exuli, vbi fur non poterat puniri.*
23 *Si fur erat vagus, & sine certa sede.*
24 *Quis dicatur vagus.*
25 *Si fur prorogauit suam iurisdictionem.*
26 *Si fur inuentus fuit in aliena iurisdictione cum re furtiua.*
27 *Si fur in aliena iurisdictione per diem moratus est.*
28 *Si in loco contrectationis statuto fur leui pœna afficeretur.*
29 *Confutatio prædictarum limitationum.*
30 *Confirmatio opinionis contra Bart.*
31 *Praxis Aduocatorum agentium in hoc crimine.*
32 *Fur alibi detentus ad locum commissi furti est remittendus.*
33 *In vrbe Roma communi patria an hoc habeat locum.*

34 *Hæc*

34 *Hæc transmissio fit inter iudices eiusdem Principis.*

35 *Reos non in loco originis, sed delicti esse puniendos.*

36 *Raptor an vbique possit puniri?*

37 *Quid de publicis latronibus, & grassatoribus?*

38 *An in loco tractatus, seu mandati mandans sit puniendus.*

39 *Qui rem alienam penes se existẽtem suam esse contendit, fur est.*

40 *Hæres rem hæreditariam subtrahens, illius falcidia priuatur.*

41 *Denegatur actio legatorum ei, qui res legatas subtraxit.*

42 *In rebus hæreditarijs ab hærede subtractis eidem petitio denegatur.*

43 *Secus est si subtractio facta sit ante aditam hæreditatem.*

44 *De pœna subtrahentium bona hæreditaria.*

45 *Qui negat debitum, non procul distat à fure.*

46 *Cautela ad conuincendum debitorem de suo debito.*

47 *Alia cautela ad extorquendam confessionem debiti à debitore.*

48 *Cautela ad consequendum creditum cum debitor non est soluendo.*

49 *Quod nam sit delictum attentatum, & quod consummatum.*

50. *Qui cogitauit furari, licèt non processerit ad actum extrinsecum, tenetur in foro poli, non in foro fori.*

51 *Secus est in crimine hæresis.*

52. *Quid, quando fur deuenit ad actus extrinsecos, sed remotos, & pœnituit furari?*

53 *Quid in atrocioribus?*

54 *Quid si non consummauit delictum, quia fuit impeditus?*

55 *Quid si ad actus proximos delicti deuenit: & pœnituit?*

56 *Quid in fure directario?*

57 *Quid in eo, qui persuadet seruum, vt furetur?*

58 *Quid in eo, qui tentat rem alienam vendere?*

59 *Quid si flagitium non perfecit, quia fuit impeditus?*

60 *Quando in atrocioribus conatus puniatur.*

61 *Quid in crimine raptus?*

62 *Quomodo statutis attentatores excludantur à pœna delinquentium.*

63 *De illis, qui furibus opem ferunt ignoranter.*

64 *De illis, qui scientes furibus opem ferunt ante furtum.*

65 *De illis, qui in furto opem ferunt furibus.*

66 *De illis, qui opem ferunt post furtum.*

67 *Leges Venetæ in hac materia.*

68 *Qui Magistratus opera opem ferunt furi, pœnam non merentur.*

69 *Nec qui Principis venia opem fert.*

70 *Limitatur in casibus expressè prohibitis.*

71 *Diuersimodè opem ferentes furibus puniuntur.*

72 *Auxiliaris non punitur pœna delinquentis, quando author sceleris etiam sine auxilio æquè deliquisset.*

73 *Auxiliaris non est pœna delinquentis plectendus, quando delinquens non punitur ex legitimis probationibus.*

74 *Non est inquirendum de auxilio, ope, vel consilio præstito, nisi prius constet de principali delinquente.*

75 *Quis dicatur furtorum receptator?*

76 *In dubio an præsumatur ignorantia in receptatore.*

77 *Recipiens per ignorantiam, vel per vim excusatur.*

78 *De*

78 De pœnis receptatorum furum, seu rerum furtiuarum.

79 Ex causa Iudex potest mitigare pœnam receptatorum.

80 Et quid stante statuto imponente pœnam furum receptatoribus.

81 De receptatoribus latronum.

82 An excusentur receptatores propinquorum.

83 Lex Venetorum contra receptatores exulum.

84 Caupones hospitio excipientes exules excusantur.

85 An Iudex debeat concedere vt res furtiua in aliena domo perquiratur.

86 Quid obseruetur in Veneto Dominio.

87 An quis possit capere furem.

88 Et quid si fur est clericus.

89 Quid de debitore fugitiuo, vel qui sarcinulas colligit.

90 Debitorem quodammodo esse creditoris seruum.

91 De priuato carcere.

92 Qui captum furem ducit ad Magistratum non potest prætendere pœnam dupli, vel quadrupli.

93 Fur vnico iudicio criminaliter in corpore punitur, & ciuiliter ad bonorum restitutionem.

94 Iudicium ciuile esse in consequentiam criminalis.

95 Hæc limitari quando constat de furto per contumaciam rei.

96 Emptor tenetur rem furtiuam sine precio restituere.

97 Etiam si emisset palam; ac in publicis nundinis.

98 Si bona fide emit, & vendidit tenetur quatenus factus est locupletior.

99 Quid si emptor rei furtiuæ illam sine dolo consumpsit.

100 Cuius periculo res furtina penes emptorem pereat.

101 An hæres furis condictione furtiua conueniri possit.

102 Emptor quando rei furtiuæ melioramenta consequatur.

103 An à fure venditore precium repetere possit.

104 Emens rem furtiuam à latronibus, piratis, vel ab hostibus, non tenetur illam sine precio restituere.

105 Conductor bonæ fidei rectè soluit pensionem prædoni.

106 Emens rem furtiuam protestando se id facere vt domino illam restituat, non tenetur id præstare sine precio.

107 Res aliena vendi potest, sed emptori aufertur.

108 An iuramento domini res furtiuæ non extantes, vel earum pretium comprobari debeat.

109 Debet tamen de furto priùs constare.

110 Ampliatur in quolibet damno, & violentia.

111 Et idem est in cobarede quo ad res subtractas.

112 Et tantò magis quando constat de re subtracta.

113 Pretium debet æstimari secundùm tempus commissi furti.

114 Habendam esse rationem qualitatis, & conditionis domini rei furtiuæ.

115 Dominus rei furtiuæ descubit quantitatem, & precium rei subtractæ vt iudex subinde taxet precium illius, ad quod restringitur iuramentum.

116 Quod iuramentum defertur, & ob difficultatem probationum, & in odium furis.

117 Deficientibus alijs probationibus, est locus prædicto iuramento.

118 Etiam minùs idonea probatio in hoc sufficit.

119 Cur

3. § CONTRECTATIO.

1 IN definitione posita fuit hæc contrectatio, quia vt furtum fiat sola volũtas, vel etiam verba, aut scriptura non sufficiunt, sed necessaria est rei contrectatio. l. 1. & l. Inficiando, & l. Si quis vxori §. Neque verbo ff. de furt. l. Procurator ff. mand. l. 3. §. Si rem. ff. de acquir. poss. & hoc verum est in foro fori; in foro autem poli, etiã solo animo furtum fit cap. Si propterea de pœnit. dist. 1. & ibi not.

2 Quid autem sit hæc contrectatio expedit videre, vt facilius quæ inferius dicenda sunt, intelligamus. Contrectare ergo est verbum frequentatiuum à contraho deri-

deriuatum: contrahere autem nihil aliud est, quam varias res dispersas, ac disiunctas in vnum trahere, & congregare, vnde apud Ciceronem, & Liuium legitur cõtrahere milites, contrahere auxilia, contrahere pecuniam, contrahere æs alienum, & sic contrahere, & dissipare contraria sunt. Cic. de amicitia inquit: Quæ in rerum natura, totoque mundo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Quod idem est, ac si contrahere, & distrahere dixisset, vt Budæus quoque notauit in posterioribus annotationibus in Pandectas.

3 Hinc contractus descẽdit, quia vltrò, citròque est obligatorius. l. Labeo libro primo, ff. de verb. & rer. sign & ibi Alciat. non quia in contractu contra, & vicissim agatur: sed quia diuersas, separatas, ac disiunctas personas simul trahat, & obliget: seu potius plurium personarum pacta, variasque obligationes in vnum trahat, & ad vnum finem iungat. Idemque de conuentione dicit Vlpianus in l. 1. § conuentionis verbum ff. de pactis: Nam, inquit, sicuti conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum colliguntur, & veniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, idest in vnam sententiam decurrunt. Quando ergo fures, vt bona furentur, illa quamcelerrimè in vnum congregant, atque contrahunt, hæc festinata congregatio à frequentatiuo contrectandi verbo contrectatio à Iurecõsulto aptissimè dicta fuit. Et quamuis furtũ consummatum re vera non in contrectatione, sed in ipsa bonorum ablatione consistat: tamen quia furtum etiam fit, dum aliena fraudulenter inuito domino, animo lucrandi, congregantur, & contrahuntur, etiam si inde penitus non auferantur: idcirco non dixit Iurisconsultus furtum esse fraudulentam ablationem, sed contrectationem: si enim ille, qui fraude aliena bona congregat, seu contrectat ad furtum committendum, fur est, tantò magis ille, qui bona ipsa arripit, & asportat. Hæc contrectatio pro vsu etiam accipitur, ideo Iustinianus in §. Furtũ autem Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. inquit furtum autem fit, non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amouet, sed generaliter cum quis alienam rem inuito domino contrectat. & Paulus in l. Fullo, & Sarcinator. ff de furt. inquit: Fullo, & sarcinator, qui polienda, vel sarcienda vestimenta susceptit, si forte his vtatur, ex contrectatione earum furtum fecisse videtur. Item cum furtum committat ille, qui rem alienam non restituit l. Hæreditatum in fine. ff ad l. Falc. l. Pomponius in fine. ff. de acquir. rer. dom. vel in vsum non destinatum contra domini voluntatem illa vtitur l. Qui iumenta. ff de furt. vt generali vocabulo quemcunque rei vsum, ac tractationem amplecteretur, hoc communi verbo contrectandi Iurisconsultus vsus est. Imo etiam ille fur est qui, domino inuito, illius rem tangit, sic enim

legitur

legitur in l. Cum quærebatur C. Vnde vi, in fine: Veteribus legibus, dicentibus, si quis rem aduersus domini voluntatem attigerit furti actione teneatur: quo in loco per verbum attigerit videtur Imp. contrectationis significationem expressisse. Hinc est quod ab illis, qui furtum definierunt, nulla videtur constituta differentia inter contrectationem, tractationem, & attrectationem.

4 Cicero enim, vt diximus, in Oratione pro Cluentio furtum definiuit esse rei alienæ fraudulentam tractationem.

5 Tracto, vnde tractatio, similiter est verbum frequentatiuum à traho deriuatum, & idem est quod attrecto, & significat in manibus habeo, & manibus exerceo. Virg. 3. Georgicorum.

——*Aret*
Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.

Columella libr. 11. Talis notæ vitulos oportet dum adhuc teneri sunt consuescere, manu tractare: & huc spectat adagium illud: Cera tractabilior, quod de ingenio facili, & in quemuis habitum sequaci Auctor adagiorum interpretatur, vnde Horat. in Poetica.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

Cera enim manibus contrectata mollescit, & in varias rerum formas effingitur.

6 Nõ ineptè ergò lucubrationes, & opera litteraria à Doctoribus nostris Tractatus dicuntur: quia scriptitando rem quam explicant frequenter tangant, & sæpè in manibus habeant, & sic tractare aliquam artem dicimus Horat.

——*Quod medicorum est*
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Tractabile autem est quod tractari potest, vt homo tractabilis; & contra intractabile monstrum.

7 A. Gellius vero ex Sabini sententia cap. 8. libr. 11. noct. attic. ita scriptum reliquit: Qui alienam rem attrectauerit, cum id se inuito domino facere iudicare deberet, furti tenetur.

8 Attrecto etiam nihil aliud est, quàm manibus tracto. Cic. de Aurusp. respon. Attrectare contaminatis manibus Virg. 2. Æneid. inquit, Attrectare sacra.

9 Item sic alio modo apud eundem Gellium legitur: Qui alienum tacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur, siue scit cuius sit, siue nescit. Quæ definitio traditur etiam à Vlpiano in l. Falsus §. Qui alienum ff. de furt. Sustulit inquit, non abstulit, vt significaret furtum, non solum in rerum ablatione, sed etiam in amotione, & subleuatione è loco suo consistere.

10 Sustuli enim idem est quod sursum tuli, & in altum erexi: & ab inusitato verbo Sustollo descendit. Sustulimus manus inquit Cicero: & quia per translationem significat etiam de medio tollere, & occidere, hinc distichon illud in Neronem, quod apud Suetonium legitur:

Quis neget Æneæ magna de stirpe Neronem,

Sustu-

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

quod tanto magis quadrare videtur, si non tacens, sed iacens legendum sit, vt placuit doctissimo viro Ant. Augustino c. 4. lib. 4. emend.

11 Propriè enim res iacentes sursum tolluntur. Cicero pro Deiotaro: Quum eum in equum plures sustulissent, vix in eo hærere senex potuit. & idem Cic. ad Atticum. Salamini nos decretis suis in cœlum sustulerunt. Iacere autem dicuntur ne dum res animatæ dum humi prostratę recumbunt: vt apud Cic. in Verrem: Mater mihi ad pedes miserè iacuit: sed etiam res insensatę, dum quasi neglectæ permanent, vt de pomis dixit Virg. Ecloga 8.

Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma.

12 Quamuis non absonum quoq; sit, vt tacens legi possit, & sic non Gellium ex lege, sed legem ex Gellio corrigere, siue enim iumẽtum erectum sit, siue poma ex arbore pendeant, vel in arcam reposita fuerint quis ea adhuc furari potest, quod dici non posset, si verbum iacẽs esset definitionis. Cum autem ea, quæ furtim, & clam sunt, vt supra diximus, furta dicantur, & cum aliquid subtrahitur, clanculum fiat, (non enim esset credibile illum furtum facere voluisse, qui hoc propalasset) ideo Vlpianus ibidem quærit, an eum furtum fecisse dicatur, qui non tacens, sed immo id manifestans rem alienam abstulisset: Plerique, inquit, hoc faciunt, vt libellum proponant continentem inuenisse se, & redditurum ei, qui desiderauerit. Hi ergo ostendunt se non animo furandi fecisse. Contrectare ergo etiam plus esse quam amouere, & quemcumque rei alienæ vsum amplecti ex iam dictis constat.

13 A contrectare non longè distat compilare: est enim compilare vndique surripere à πιλῶ, quod est complano: Græci enim fures pilotas appellant. Cicero libr. 1. de Nat. Deorum inquit: Tot millia latrocinantur morte proposita alij omnia quæ possunt, sana compilant. & Horat.

——*Nec me*
Compilasse putes Crispini scrinia lippi.

Vel compilare est plura in vnum congregare, vnde Compilatores dicti sunt, & sic idem sonat quod contrectare, vt diximus.

14 A compilare etiam expilare dictum fuit: expilare autem hæreditatem est illam diripere, & fraudare: hinc in ff. & in C. de crimine expilatæ hæreditatis, de quo agemus infra in § 5.

15 Detrectare autem & contrectare videntur esse contraria: cum vitare, & fugitare significet, vt etiã annotauit Budæus in §. Legi Iuliæ l. Si maritus sit in magistratu ff. ad l. Iul. de adult.

16 His præmissis ad satis dubiam, & controuersam quæstionem examinandam progrediamur. An scilicet ob istam, vt aiunt, contrectationem rei furto subtractæ in aliqua iurisdictione, fur puniri possit in alia iurisdictione, in quã rem furtiuam importauit, cui iurisdictioni ipse fur non est subie-

ctus

ctus nec ratione illius delicti, nec ratione originis, nec ratione domicilij. Bart. in l. Si abducta C. de furt. & in l. Sed nec legatarius ff. de cond. furt. in l. Si dominium, & in l. Ei qui furti. ff. de furt. & in consil. 9. inter varia consi. crimin. Quidam furtum lib. 1. tuetur partem affirmatiuam, furem scilicet ob asportationem puniri debere, illa potissimum ratione motus, quia sicut mutatione dominij noua furti actio nascitur d. l. Si dominium, sic etiam mutatione iurisdictionis, cum dominium, & iurisdictio æquiparentur. l. Qui furere ff. de stat. hom. & ibi ipse Bart. & Bald.

17 Cum Bart. consentiunt Franc. de Albergottis de Aretio solemnis Doctor, afferéd. l. Inficiando §. Infans. ff de furt. quem Angel. de malef. refert in verbo, Et vestẽ cælestem, versic. Quæro quid si fur. D. Ant. de Butr. in cap. fin. de furt. & in c. 1. de rapt. Mart. Laud. consil. 61. num. 5. inter varia consil. crimin. libr. 1. Spec. in tit. de comp. iud. Bald. in c. 1. §. Iniuria, de pace iur. firm. col. 10. & in d. l. Si abducta, & in Auth. Sed nouo iure C. de ser. fug. & Ang. loco supra citato dicit se hanc opinionem Bart. semper in praxi obseruasse, & secundum Bart. opinionẽ multos fuisse suspensos: & in l. Si abducta C. de furt. idem Ang. dicit Assessores seruare opinionem Bart. Marian. Soc. in c. 1. de rapt. dicit istud dictum Bart. fecisse suspendere decem millia hominum, & D. Flor. in d. l. Si abducta ait Assessores tenere opinionem Bar. pro Euangelio. Adduciturque in argumentum ad hanc opinionem comprobandam l. Verum in princ. ff. de minor. l. 1. C. de noxal. & l. 3. in princ. ff. rer. amot. & glo. in d. l. de his C. de furt. in quibus locis probatur ex noua mutatione personæ, cum de seruo fit liber, & de vxore soluta, nouam mutari actionem: & sic ex noua asportatione nouam, aiunt, oriri furti actionem: quia fur rem secum portando vid tur iurisdictionem de loco ad locum prorogare, quæ prorogatio fieri potest l. Si vt proponis C. Quomodo, & quando iud. l. 1. cum ibi not. ff de iudic. l. Si conuenerit. ff. de iur. omn. iud. & sic dicunt ex mutatione loci insurgere mutationem status ipsius furis. Idem cum Bart. senserunt Ancher. in cap. fin. de furt. & in clem. 1. de pœn. in 17. notab. & in l. Qui furere. ff de stat. hom. Iac. de Aretio in l. Si dominium. ff. de furt. Io. de Anan. in c. fin. de furt. Castren. in d. l. Sed nec legatarius. ff. de cond. furt. & consi. 471. Viso casu proposito, in nouis, vbi dicit, furem exponentem res venales in cęmiterio, & inde eas eximentem ratione contrectationis ex ipso sacro loco sacrilegium committere; & confugientem ad ecclesiam cum re furtiua, posse inde extrahi, idem asseruit Barbat. consil. 33. lib. 4. idem senserunt etiam Raphael Fulg. in d. l. Si abducta C. de furt. & in l. Sed nec legatarius ff. de cond. furt. Affl. ct. in §. Iniuria punitur notab. 3. de pace iur. firm. Boer. decis. 13. nume. 47. dicit opinionem Bart. in iudicijs seruari.

seruari. Didac.lib.2.Resol.cap.20. num.15. in fine,& pract.quęst.11. num 9 Beninc.de Pauper.fol.104. nume.17. & Viuius lib.commun. opin. in verbo Iudex domicilij in fine,& Iac.de Beluis.iun.in repet. §.Contrahentes post num.120. & Capic.Decis.104. In causa domini Comitis, dicit in consil. Neapolitano hanc Bart. sententiam seruari. Foler.in pract.crim.versi. Audiantur Excusatores num. 64. & dicit bis ita fuisse iudicatum in sacro regio consi.Soc.reg 77. in 1. fallent Conrad.in pract.in tit.de inquisit.numer.22. Bernard.de Plot.consil.crim. var.133. nu.11. libr.1. Duen. reg.378. in 5. limit. Nouell. reg.220. in 2. fallent. Alber.in l. Sed si susceperit §.fi. ff.de iudic.& in l.fin. C.Vbi in rem act. Villalob. com.op.in verbo Reus. num.65 Lud.Peguer. decis.crim. 28.per totam.

18 In contrariam verò sentētiam complures iuere, & Ang. de malef. in d. versic. Quæro quid si fur, dicit, cum in facto iste casus accidisset per Doctores Bononiēses contra Bart.fuisse consultum, & ibi refert sex argumenta, quibus hi Doctores adducti fuerunt, illisque Ang. nititur respondere, & Bart.opinionem tueri. & Salic. in l. Siue manifestus §. 1. ff. de cond.furt.dicit Collegium Paduę contra opinionem Bart. consuluisse, & cōtra Bart.fuerunt etiam Franc.Tigrini in l.Qui vas in §.fi. ff.de fu t.relatus à Io.de Anan.in cap.fin.de furt.Rayn.de Forliuio motus per text.in l.2. §.fin. ff.de noxal. & per l. De his C.de furt. quem Lud.de Cortesijs Patauitus refert in suo repert. in verbo Furtum,& Aug.de Arimino in addit. ad Ang.de malef.in verbo, Et vestem cœlestem, versic. Quæro quid si fur dicit, cum esset Ferrariæ à consilijs secretis, Mantuanum furtum Bononiæ commisisse, & rem furtiuam Ferrariam asportasse, tuncque à Duce Hercule ipsum fuisse interrogatum quid esset faciendum, & consuluisse non esse opinionem Bart. sequendam,tamquàm iniquam, & à quamplurimis reprobatā. quam Bart. opinionem de iuris rigore reprobari testatur etiam Ang.in l.Si dominium ff.de furt & in d.l. Si abducta dicit, salua Bart. reuerentia non posse eius opinionem defendi. & Bald. in d. l. Si dominium inquit opinionem Bart. esse contra decisionem cap. 1. de rapt. & in consi.154.lib.1 & 471.lib.3. dicit illam raro in facto obseruari,& Ant.de Butrig.in d.cap.1. de rapt. dicit varias de hac quęstione esse Doctorum opiniones. Fulg. consi.148.refert plures dissentientes à Bart.& Abb. in d.cap.1. de rapt. affirmat vsque ad tempus Bart. communem opinionē fuisse, vt fur nequaquam in aliena iurisdictione ob contrectationem puniretur: contra enim senserunt ante eum Odofr. vt Bald. testatur in l.1. C.de confess.col.12. Franc. Tigrini,& Rayn.de Forl. vt Io.de Anania testatur.& Raphael Fulg. in d.l.Si abducta, & in d.l.Sed nec legatarius dicit septem Doctores Bononienses subscripsisse consi. Io.de Lignano contra Bart. quod quidem

quidem consilium legitur inter varia consilia criminalia nume. 2. vol. 1. & Flor. in d. l. Si abducta dicit opinionem Bart. Esse dubiam, & contra illam argumentatur, & in fine dicit posse vtramq; defendi. Salic. in l. Siue manifestus § 1 ff. de cond. furt. & in d. l. Si abducta pluribus validissimis argumentis concludit contra theoricam Bart. & dicit Ricard. Salic. & Io. de Lignano contra Bart. consuluisse. Mar. Mant. apophtegm. 103. Ex ducentis posterioribus, Couar. pract. quęstio. c. 11. num. 9. & var. resol. lib. 2. cap. 20. num. 15. in fine. Et Nellus in tract. bannit. in 2. part. primi temporis quæst. 5. reprehendit opinionem Bart. & dicit Iudices sequentes illam fundamento carere, quamuis in sindicatu se tueri possint propter varietatem opinionum, per notata in l. Cum prolatam. ff. de re iud. Paul. Castr. in d. l. Siue manifestus dicit opinionem Bart. non esse veram, & Aug. de Arimino in addit. ad Ang. loco citato exclamat contra illos Iudices humani sanguinis sitibundos, qui in quæstione adeo controuersa, volunt in dubio potius condemnare, quàm absoluere, contra decisionem l. Absentem, & l. Si Præses. ff. de pęnis, & in hoc à Bart. dissenserunt etiam Hippol. de Marsil. in l. fin. in fine ff. de iur. omn. iud. Cæpoll. consf. 59. Alex. in d. l. Si dominium ff. de furt Riminald. consil. 7. numer. 12. & idem Riminald. inter varia consil crimen. consil. 106. num 11. libr. 1. Iac. de S. Gregorio in d. l. Si abducta numer. 4. C. de furt. Ang. de Vbald. inter prędicta consilia crimin. consi. 71. num. 18. in fine lib. 2. Pract. Papien. in forma inquisitionis in verbo, contrectando num. 5. Pract. Conradi fol. 368. num. 22. & Cæpolla in l. Marcellus num. 23. ff de verb. sig. dicit contra opinionem Bart. iudicasse, Boss. in tit. de furt. nu. 18. inquit, suo consilio senat. Mediolanẽsem iudicium tulisse contra Bart. & Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 38. versi. Tu scis, dicit in eodem Ducatu Mediolanensi non seruari opinionem Bart. Sed senatum consueuisse tales fures, comminatis pœnis ex illo Ducatu eijcere. & ita arbitror esse faciendum quando fur non est subiectus iurisdictioni neque ratione delicti, neque ratione originis, neque ratione domicilij, quia isto casu si puniretur sententia esset ipso iure nulla, tamquàm ab incompetenti iudice lata cap. Si diligenti de for. comp. Abb. in c. fin. nu. 13 eod. tit. Ang. de malef. in verbo, Hæc est quædam inquisitio nume. 5. Boss. in tit. de inquisit. num. 67. Cæpol. consil. crim. 58. nume. 22. Couarr. pract. quæst. c 11. num. 6. Soc. reg. 87. in prin. Conrad. in pract. tit. de Inquisit. numer. 22. Iodoc. tit. de Inquisit. c. 8 nume. 4. & seq. Osasc. Consf. 64 nume. 7. Bononiæ autem extat statutum, vt fur ibi deprehẽsus, cum re, quam alibi furatus sit, cogatur rem furtiuam domino reddere, & absq; pęna dimittatur: nisi equos, aut libros furatus esset, tunc enim punitur, vt refert Ant. Scappius in tracta. iuris non scripti lib. 5. cap 150. num. 4.

19 Qui opinionem Bart. sequuti sunt eam multis modis restrinxerunt, Angelus enim in d. l. Si dominium. ff. de furt. limitat eam procedere si medio tempore conditio furis mutata fuit, vt si de seruo liber factus fuisset dum in itinere rem contrectabat.

20 Item si à principio fur destinasset rem furtiuam illico in alienã iurisdictionem deferre, in quã, cum hoc modo delictum perfecisset, erat puniendus, vt accidit in illis, qui circa fines alicuius iurisdictionis furantes, res subtractas in vicinam iurisdictionem illico deferunt, hoc pacto existimantes pœnam euitare. & Bald. etiam hanc limitationem approbat in d. l. Si dominium, facit l. Quamuis ff. de furt. Bernard. de Plotis in suo consilio, quod est 133. in primo vol. consil. crimin. incip. Hercules Gonzaga nu. 22. & quæ supra diximus in §. 1. numero 19.

21 Tertio limitatur quando ab initio actio non erat nata Ang. in d. l Si dominium.

22 Quarto quando in aliquo loco furtum est factum exuli, cui ibidẽ fur poterat impunè furari, & ob statutum in bonis, & in persona exul offendi, si fur in aliam vrbem rem subtractam ferat, in ea illum esse puniendum. Bald. in d. l. Si dominium.

23 Quinto limitatur in homine vago, & certam sedem non habente Ang in d. l. Si abducta C. de fur. Nellus in tract. bannit. in 2. part. primi temporis quæst. 5.

24 Ille autem vagus, seu vt aiunt, vagabundus est, qui non habet certam sedem, sed per orbem terrarum vagatur Bart. & cæteri in l. 4. ff. de dam. inf. Mascard. de probationibus concl. 1396. vbi plura adducit. Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 39. versi. Sed hic quæro. & alij plures quos citat Farinac. in sua praxi tit. de inquisit. quæst. 7. num 13. & 14. vbi examinat etiam illam, quæstionem: an vagus debeat remitti ad Iudicẽ loci delicti si ab eo petatur, & asserit remissionem non esse faciendam, quando Iudex qui petit non eidem Principi, quo & alter, paret, à quo petitur; si autem eiusdem principis imperio subijcerentur remissio fieri deberet.

25 Sexto ab Ang. ibidem limitatur opinio Bart. quando fur prorogat iurisdictionem Iudicis per l. Quæro ff. de solut. & l. 1. ff. de iud. l. Si qui ex consensu C. de epis. aud. Boss. in tit. de foro comp. num. 71. & nume. 178. Boer. decis. 270. numer. 2. Roland. à Valle consil. 19. nume. 3. volum 2. Guid. Papæ decis. 202. num 1.

26 Septima limitatio traditur à Baldo in l. 1. C. de confess. libr. 12. quando fur inuentus fuit cum re furtiua in aliena iurisdictione, nõ autem cum illius precio, licet ibidem rem furtiuam alienasset l. penult. ff. de cond. ob turp. caus. l. Qui vas. § fin. & ibi Bart. ff. de furt. & ita intelligit Bart. Lanfranc. de Oriano in sua praxi iudiciaria tit. de confess. cap. 7. numero 27.

27 Octaua limitatio est si fur in aliena iurisdictione moratus fuit

per

per spacium vnius diei Bald. in l. Qui furere. ff. de stat. hom. per l. Quò destinauerat. ff. de furt. Iac. de Beluis in c. Romana §. Contrahentes de foro comp. numer. 110. Scappius in tract. iuris non scripti lib. 5. c. 150 num. 4.

28 Nona limitatio fuit Raphael. Fulg. in l. Siue manifestus §. Tandiu ff. de cond. furt. dicentis Bart. opinionem valere si in loco ad quem fur rem furtiuam detulit, & in quem eam asportauit extaret statutum, vt fur pro paruo furto leuiter esset puniendus, non autem si pro modico furto seuere puniri deberet.

29 Quę quidem limitationes nullius momenti mihi videntur, & minime considerabiles: nam ad primam de mutatione status, dicitur id non accidere propter asportationem, sed propter ipsam status mutationem, ex diuersis autem non bene infertur. Ang. in l. Qui vsusfructus. ff. de verb. obl. Dec. in l. Vbi repugnantia. ff. de regul. iur. l. 1. C. de furt. Secunda quoque non procedit ob delationem, sed propter ipsum delictum consummatum in loco, ad quem fur eo die rem furtiuam perferre destinauerat l. Quo destinauit. ff. de fur. In maleficijs enim attenditur locus, in quo delictum consumatur, non vnde originem sumpsit, vt tradit Bart. in l. Quod ait. §. Si exemplum ff. ad l. Iul. de adult. Vt in simili quæstione occidens cum sclopo, seu cum balista punitur nō in loco explosionis, & exonerationis armorum, sed in loco homicidij commissi. Bald. consil. 154. Tertia autem ne furtum remaneret impunitum l. Ita vulneratus ff. ad l. Aquil. c. Vt famæ de sent. excom. Quarta non est vera, quia si in loco afferti delicti subtrahens puniri non potuit, cum iure permittente furatus fuerit, longe minus in alio loco est puniendus, quia per eum locum detulisset ea bona, quæ iure abstulit, & maxime cum in delictis principium attendatur Fel. in cap. 1. num. 13. de præsumpt. Decian. in tit. de sacrilegio circa loca nume. 7. & in pœnis infligendis tempus commissi delicti sit considerandum. Quinta de vago procedit ob naturam, & qualitatem furis, qui, cum certam sedem non habeat, vbique castigari potest: de eo enim dicitur, Vbi te inuenio, ibi te conuenio l. 1. C. vbi de crim. agi. oport. & ibi Bart. & Doct. Specul. de comp iud. versi. Sed quid si debitor. Bart. in l. Hæres absens. §. Proinde col. fin. versi. Quæro quid si debitor ff. de iudicijs. Bernard. de Plotis in suo consilio incip. Hercules Gonzaga quod est 133. in primo vol. consil. crim. num. 14. Iul. Clar. in d. quæst. 49. pract. crimin. versic. Cæterum si reus. Sexta de voluntaria prorogatione iurisdictionis facta ab ipso fure locum habet, quia sic fur voluit se subijciendo non suæ iurisdictioni: & voluntas sequens seruatur, nisi præcedens sit derogatoria. Bart. in l. Si mihi. §. In legatis num. 2 ff. de leg. 1. & in l. Si quis in principio testamenti numer. 3. ff. de leg. 3. & in hoc ab illis dissentio, qui dixerunt in criminalibus iurisdictionem proro-

gari non posse, vt Specul. Bald. Alex.& alij quos Hippol.de Marsil.refert in l.fin. nume.202. ff.de iur.omn.iud.& in prac.crim.§ Expedita numer.67.Osasc.consil.64. numer. 8. Et adhæreo contrariæ opinioni quam Castr. Curt. Iun. Cagnol.& alij dicunt esse communem,vt etiam testatur Iul.Clar. in pract. crim. quæst.42. Septima non potest habere locum, quia res furtiua in alio loco reperta non parit delictum. l. Si quis vxori §. Neq; verbo ff.de furt. Vt de octaua dicendum est,quia mora in hoc casu non facit contrectationem punibilem, si sua natura non est punibilis l. Quod initio, & ibi Dec. ff.de reg. iur. Nona quoque minime subsistere potest, quia plus, & minus non faciunt differre specie, nec quantitas pœnæ facit delictum non esse delictum. l.1.in fine,l.Respiciendum §.Furta l.Quod ad statum ff. de pœnis.

30 Quamobrem arbitror furtum puniri debere vbi fuit commissum, quia ibi rei sunt puniendi, vbi deliquerunt, l. Si cui crimen §. Idem Imperator ff. de accusat. & inscript.& ibi gl.l.1.C.Vbi de crim.agi.opor.l.fin. ff.de accusat. l. Solent ff. de cust. & exhib. rer. l.Non dubium ff.eod. l.Si maritus § Legis Iuliæ ff. ad l.Iul. de adult. Et ratio est, quia delinquendo delinquens contrahit forum in loco delicti l.1. C.de iur.omn. iud. l. 1. & l.Si cui §. penult. ff. de accusat. Auth. Qua in prouincia C.Vbi de crimine agi.opor.c.1.& ibi glo.l& Doct. de rapt. l.Solent. ff. de cust. reor.l.1.C.Vbi senator.vel clariss. c.Si peccauerit 2.quæst.1.cap.Placuit 6. q.3. l. Contraxisse ff.de act. & oblig. Hippol. de Marsil. sing. 404. Forum sortitur. Sicut in ciuilibus contrahens in loco contractus gl.in l. Hæres absens ff. de iud. habetur in c.Romana §. Contrahentes de foro comp.& ibi glo. & ratio rationis est, quia illa iurisdictio, quæ à delinquente læsa fuit,debet delinquentem punire, & non alia l.3. §.1. ff. de re milit.& l.Si cui §.fin.ff.de accusat. & quemadmodum in materia ciuili contrahentes non possunt nisi in loco contractus conueniri, non autem etiam in loco originis, vel domicilij, sic in criminali nisi vbi delinquendo, & sic iust.tiæ se obligando cum ea contraxit delinquens. Notissimum est enim ratione delicti reum forum sortiri l.fin.C. vbi in rem act.l.Hæres absens §.1.ff.de iudic.c.1. §.Contrahentes de foro comp. in 6. l. Contraxisse ff de act. & oblig. Marsil. sing. 404. incip. Forum sortitur pluribus modis, &c. Et quemadmodum dominus rei furtiuæ non posset illius pretium pluribus in locis petere, sed sat esset, quod semel illud consecutus fuisset, sic cum nisi semel Magistratus lædatur,nisi semel iniuriam vlcisci debet l. Sed & quæcumque ff. ad l. Aquil.l. Respiciendum §.Furta, cum ibi not. ff. de pœn. l. Sancti ff.eod.tit. l.Si libertus iuncta glos. ff. de furt. Et sicut in loco delicti ob varias contrectationes non sæpe punitur,sed semel tantum, quia nisi semel legi fuit contrauentum dum dominus,eo inuito, re sua

re sua fuit priuatus: nec ex assidua cõtrectatione noua nascitur actio furti l. Ei qui ff. de furt. sic, & multo minus, in alienis iurisdictionibus ob asportationem rei iudi[illegible] ctæ fur non est puniendus l. Non solum §. Quamquam ff. de iniur. & ibi Bart. iurisdictiones enim sunt separatæ, nec confundi debẽt clem. Pastoralis de reg. iur. l. Omnes in prin. C. de episc. & clericis. l. fin. ff. de iur. omn. iud. alioquin pro vno furto in vno loco commisso, fur in multis locis, per quæ res furtiuas detulisset, posset castigari, quod absurdissimum esset dicere, & contra l. Licet in fine. ff. Nau. caup. stab. & l. 1. C. de sent. quæ pro reo, & §. Omnes Inst. de act. & faciunt ad hanc rem quæ scripsit Farinac. in prax. crim. tit. de Inquisit. quæst. 7. nu. 26. versic. Sed tertia. Nec domini interest, si bona eidem furto subtracta per diuersas prouincias deferantur, vel non deferantur, sed ne, eo inuito, eidem bona sua auferantur, quod in ipso furandi actu consistit: nec ex ista assidua contrectatione domino datur actio furti l. Ei qui ff. de furt. ergo nec Reip. seu Ciuitati, in qua fit ipsa contrectatio: quando enim non competit actori ius proponendi querelam de iniuria, nec Reip. l. Non solum §. Quamquam ff. de iniur. & ibi Bart. Furtumque non consistere in rerum asportatione apparet, cum interdum etiam absque amotione per negatiuam factam à depositario de re deposita furtum committatur l. Pomponius in fine. ff. de acquir. rer. dom. Alex. & Ias. in l. 3. §. Si rem col. 1. & in l. Rem quæ nobis. ff. de acquir. vel omitt. possess. Paris de Put. in tract. Sindic. fol. 91. col. 3. [illegible] in causa pecuniaria: & in hoc æquiparan[illegible] vera, & ex interpretatione l. Falsus §. Si is ff. de furt. Boss. in tit. de furt. num. 45. 46. Et posteriorem contrectationem nihil innouare, nihilque operari ex eo etiam intelligitur, quia si quis rem aliquã subtraxit, eamque ad locum destinatum detulit, est fur non manifestus: & quamuis postea dum eandem rem ad alium locum defert, in itinere cum furto deprehendatur: non fit fur manifestus ex ista noua contrectatione, prout fit, si in prima contrectatione deprehenditur, ex quo sequitur nouam contrectationem non esse considerandam, nec propter eam furem esse puniendum l. 3. ff. de furt.

31 In foro cauti Aduocati vtuntur hac cautela ad tollendam omnem difficultatem, quæ per legem inficiando in prin. ff. de furt. oriri posset. probant locum in quo res fuit deposita, & postea implorant officium Iudicis ad perquirendum an res furtiua amota fuerit, & probata amotione agunt actione furti contra depositarium, tamquam contra furem. Verum nisi amotio facta fuerit animo furandi ipsam rem, amouens furti non esset damnandus. Hoc tamen non obtineret in Thesaurario Principis, cui erat à Principe destinatus locus, in quo pecunia seruaretur: tunc enim pecuniam

in alium locum deferre non licet. Afflict. in Const. Officiales sub tit. de Officialib. Reip. Dec. consil. 6. Rip. in tract. De remedio ad conser. vbert. nume. 17. ex quibus intelligimus non [illegible] per alias regiones furtum nasci, sed ex ipsa ablatione, dum dolo malo, ex loco suo res aufertur, vt inuito domino in proprium vsum conuertatur.

32 Confirmatur hæc opinio, quia iure cauetur furem alibi detentum ad locum delicti puniendum remitti debere l. Si cui §. fin. ff. de accusat. Auth. si vero C. de adult. Auth. Vt nulli iudic. §. Si quis vero comprehensorum col. 9. c. vlt. iuncta gl. fin. de foro comp. l. Desertorem in princ. ff. de re milit. not. in l. 1. & in Auth. Qua in prouincia c. Vbi de crim. ag. opor. Marsil. in l. fin. ff de iur. omn. iud. & simili Venetorum lege hoc cauetur lata in Senatu die 20. Augusti anni 1506. Quod tamen non obseruari inter illos Iudices, qui sunt sub diuersis Principibus, sed in existentibus sub eodem Principe & in grauioribus criminibus, & Iudice loci patrati criminis id requirente, docet Iul. Clar. in pract. crim. quæst 33. vers. Est autem tantæ. Si ergo ad locum furti sunt fures transmittendi, vt ibi puniantur, non debent alibi prætextu contrectationis puniri.

33 Hoc in vrbe Roma limitatur, quæ cum sit communis patria l. Roma ff ad munic. ideo non remittere delinquentes ad aliam ciuitatem, & sic obseruari testatur Oldradus consi. 124. in fine, quem sequitur Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 38. versic. Scias etiam quod curia Romana. Hoc autem verum nõ esse, nec hodie Romam esse patriam communem post Couar. lib. pract. quæstion. cap. 5. nu. 1. Mant. in suo Enchiridio libr. 6. cap. 146. incip. Roma, Alciat. dispunct. libr. 2. cap. 20. Iac. Cuiac. in l. 1 C. de mul. & in quo loco mun. sex. congr. lib. 10. versi. Fuit olim Romæ, plenè tradit Prosp. Farinac. in praxi tit. de Inquisit. q. 7. num. 12. Quamuis, vt ibi idem Farinac. testatur, adhuc seruetur, vt illi, qui extra temporalem iurisdictionem Romani Pontificis deliquerunt, Romæ puniantur, mitius tamen, & extra ordinem arbitrio Iudicum.

34 Dic tamen hanc transmissionem non obseruari inter Iudices duorum Principum, sed eiusdem Principis, si petatur, & in delictis atrocioribus, & ita in hoc Veneto Dominio est in vsu: & ad hæc spectant ea quæ Iul. Clar. scripsit in sua pract. crim. quæst. 38. versic. Est autem: & hæc vera sunt non obstantibus allatis à Bernard. Ploto in suo consilio, quod est 133. inter var. consil. crim. volum. 1. ibique tenet homicidam ex proposito exulem nullibi esse tutum, & vbique capi posse, & de hac re tractat etiam Farinac. in praxi tit. de Inquisit. quæst. 7 num. 18.

35 Tanto magis iam dicta opinio est seruanda cum videamus etiam in alijs criminibus reos non in loco originis, sed in loco delicti puniri, vt est receptior Doctorum sententia. Et in hoc Serenissimo Do-

Dominio Veneto iudex originis non punit delictum à suo subdito alibi commissum: quamquidem quæstionem ad partes disputat Hippol. de Marsil. in l.fin. ff. de iurisd.omn.iud.num. 134. & seq.& adhæret opinioni eorum, qui partem negatiuam tuentur; non debere scilicet iudicem originis castigare delictum in alia iurisdictione patratum, ibi enim, vt diximus, reus est puniendus, vbi deliquit. Auth. Vt nulli iudicum §. Si quis comprehensorum Bald.cons.304. numer.2.vol.1. Dionys.de Barig. consil.36.num.5. inter var.consil. criminalia, vbi copiose hanc materiam distinguit, & supra hoc idem etiam comprobauimus. Et eo magis hæc vera sunt, quando per Iudicem loci, in quo crimen fuit commissum processum fuit. Qui procedere potest, etiam si reus iurisdictionem prorogando voluntariè in alium Iudicem consensisset Aret. in c. Quod clericus col.2.de foro comp.num.181.Iul. Clar.in pract.crim.quæst 42.versic. Scias autem. Farinac.in prac. crim.tit.de Inqu sit.quęst.7.nu.4. versic. Sublimata tertio. Cum de vno delicto sæpius quæri non debeat l.Licet §.fin. ff Naut.caup. stabul. Innoc. in c. Cum dilectus de elect. Beluis.consil.3.nume.26. Nouell.in pract.crimin.tit.de homicidio puro num 50. & in tit.de insultu num.14.& seq. Aret. consil.58.vbi num.12.inquit condemnatum, vel absolutum in vno foro non posse condemnari, vel absolui in alio foro, siue sit imposita eadem pœna, vel minor in loco delicti, quàm in loco originis, cum generaliter quando duæ pœnæ tendunt ad vindictam, vna imposita tollatur altera: nec fit puniendus reus in eo quod est plus, dummodo vtraque pœna sit pœna delicti ordinaria, quod sequitur Hier.de Monte in tract.de finibus regun.cap.25.num.11.& 12.Vide tamen quæ scripsit in hac materia Iul.Clar.in pract.crim. quæst.57. vbi distinguendo hanc quæstionem examinat.

36 Raptorem autem vbique esse puniendum multi scripserunt per l.vnicam C.de rapt.virg.illis verbis: Sine fori præscriptione, concordat l.Raptores C. de episc. & cler.& inter alios Bald.in d.l.vnica nume.8. inquit, raptorem tamquam vagum carere fori priuilegio.Chassan.in consuet.Burgund. in tit. C. des aduntue rubr. 12. §. vnico fol.304.col.3. num.11. Soc. reg. 87. in tertia fallent. Nouell. reg.220.& 178. Conrad.in pract. in tit.de inquisit. numer.22. Verùm, si hæc iura rectè inspiciantur, non dicunt raptorem vbique puniri: sed raptorem priuilegio munitum nō posse vti priuilegio fori, vt etiam voluit gl.in d.l.vnica super dictis verbis; Sine fori præscriptione, & ibi Ang.num 3. Salyc.ibi num.10 Fulg.in d.l.Raptores numer.5. text.in l.1. C.vbi Senat. vel Clariss. & ibidem Odofr. & Fulg. Duen. reg.378. sub 6. limit.

37 Quid dicendum in publicis latronibus, & grassatoribus? Cum isti à legibus sint diffidati l.1.& 2. C. de his qui latr. & ideo à quo-

cumque occidi possint l. fin. C. Quan. lic. vnic. fin. iud. vind. l. Reos C. de accusat. tanto magis videtur dicendum eos posse a quocumque Iudice puniri arg.gl. in §.Multis Inst. de libert. Paris de Put.in tract. Sindicatus in verbo, Latro, Foller.in pract.crimin. in verbo, audiantur excusatores, nume.166. & seq. Hoc tamen absolutè non procedit, nec simpliciter verum est latronem posse à quocumque interimi, debet enim prius legitimè constare eum esse latronem. Alex.consil.166.vol.7. Gram.voto 11.num.4.& seq.voto 34 col.fin.Paris consil.66. num.4. vol.1. Hier.Gabriel. consil. 170. nume.26. Ant.Gabriel commun. conclu.lib.7.conclu.1. numer.28. Boss.tit. de foro compet. num.65. & seq. vbi affirmat declaratoriam requiri vt dici possit constare aliquem esse grassatorem, vel latronem. Si ergo hoc non est verum in raptore, nec in grassatore, multo minus in simplici fure erit admittendum.

38 Quid autem iuris erit si quis in hac iurisdictione Veneta mandat fieri furtum, vel homicidium in agro Ferrariensi an ratione tractatus, & mandati, possit mandans puniri in Dominio Veneto? Vide Hippol. de Marsil. in l. fin. numer.209 ff de iurisd. omn. iudic. vbi plures adducit rationes, & auctoritates Iul.Clarum in pract. crimin. quæst.38. versic. Item quæro, & versic. vidi aliquando. Farinacium in praxi crim. libr.1. tit.de inquisit. quæst.7. Bald.consil. 154.

39 Potest etiam absque ablatione furtum committi, vt cum quis rem alienam penes se existentem suam esse contendit. quod habetur expresse in l. Hæreditatum in fine ff. ad l. Falcid. in illis verbis: Quia nihil interfit, subtraxerit, an hæreditariam esse negauerit: & in hoc textu deciditur: Hæredem falsò negantem rem esse hæreditariam, de mendacio conuictum, ita puniri in amissione Falcidiæ illius rei, ac si illam subtraxisset. Ang. in §. Si vero expressè l. Paulus ff. ad l. Falc. de hac materia tractant Doct. etiam in l. Beneficio ff.eod.tit.& in Auth. Sed cum testator C.eod. & in l.fin. §.licentia C. de iur. deliber. & ibi Castr. Ang.in l.1. §. Hæc stipulatio ff. si cui plus quam per l.Falc.

40 Hæredem autem rem hæreditariam subtrahentem in pœnam furti illius rei Falcidia priuari deciditur in l. Rescriptum ff. de ijs quib. vt indignis, vbi casus talis est: Testator quadringenta, quæ tantum habebat, legauit, ex quibus hæres, qui centum subtraxit septuaginta quinque pro quarta trecentorum retinebit, & ducenta viginti quinque legatarijs dabit; Ex alijs autem centum quæ surripuit legatarijs dabit septuaginta quinque, reliqua autem viginti quinque, quæ alioquin pro sua Falcidia potuisset deducere, in fiscum peruenient. facit l. Hæres in fine, & l. Post legatum in fine ff.eod. l. Ex facto §.fin. ff.de vulg. & pup. subst. l. Paulus respondit ff. ad l. Falc. Auth. de hæred. & falc.§.Hinc nobis col.1.

Et

41 Et Imp. in l. Non est dubium C. de legatis, inquit, Denegari actionem legatorum ei, in rebus, quas de hæreditate subtraxit l. Beneficio ff. ad l. Falc. in alijs autem rebus legatis vti falcidiæ beneficio, quia pœna non egreditur terminos delicti, vt notauit etiam Peregr. lib. 2. tit. 10. numer. 13. de iure fisci.

42 Simili iure cauetur, si hæres aliquas res hæreditarias subtraxerit, in ipsis rebus subtractis eidem petitionem denegari. l. Paulus respondit ff. ad S.C. Trebell.

43 Secus autem est si subtractio ante aditam hæreditatem facta sit, vt Ang. Paul. de Castr. & Alex. tradunt in d. l. Paulus respondit, ff. ad S.C. Trebell.

44 Hæc autem pœna subtrahentium bona hæreditaria, non vno modo, sed vario, secundum varia iura statuta fuit: de iure enim Digestorum pœna erat falcidiæ perdendæ l. Beneficio ff. ad l. Falc. & d. l. Paulus respondit. & si subtrahens erat suus hæres, ius ab hæreditate abstinendi amittebat l. Si seruum §. Si quis suus ff. de acquir. hæred. De iure autem Codicis ad duplum refundendum tenebatur l. fin. §. Licentia danda C. de iur. delib. Sed de iure Authenticorum per subtractionem vnius rei, subtrahens perdit Falcidiam in totum Auth. de hær. & falc. § Sancimus igitur, & ibi glo. Bart. in d. § Licentia danda nu. 3. de qua re agit etiam Peregr. de iure fisci lib. 2. tit. 10. num. 15.

45 Si ergo ille fur est, qui rem alienam negat, profectò ille quoque à fure non distat, qui cum sit alicuius debitor, eidem falsò debitum negat: vt est ille, qui negat depositum penes se existens, quem torqueri posse tradit Farinac. in sua praxi. libr. 1. tit. de indic. & tort. quæst. 42. numer. 33. de quo diximus supra num. 30. Et diuina lege Leuitici cap. 6. depositarius, qui negabat depositum, delicti conuictus, damnabatur non tantum ad restitutionem depositi, sed etiam ad quintam partem illius.

46 In hoc proposito duæ traduntur cautelæ, quibus creditoribus consulitur, contra debitores illos, quos timent debitum esse negaturos: sæpe enim accidit inter amicos, vt confidenter sine testibus, ac sine scriptura dentur mutuò pecuniæ, & debitor differendo solutionem incidat in suspicionem negandi debitum, si in ius vocetur. Creditor ergo coram testibus fide dignis scribat litteras ad debitorem, illumque requirat vt centum, puta, aureos, quos eidem mutuò dedit, quamprimum ad se transmittat, atque restituat: & istæ litteræ per ipsos testes, siue per eorum alterum perferantur debitori, qui si, illis lectis, taceat, & non reclamet, resultat debiti probatio, vt docet Bart. in l. Filiusfamilias la 2. ff. ad S.C. Maced. & in l. Quo enim §. 1. nu. 4. ff rem rat. hab. & in l. Titius nu. 2. ff. de const. pecun. & ibi Bald. & in l. Si procurator absentis in princ. ff. de procur. Hippol. de Marsil. sing. 344. & in rubr. C de probat. num. 246. vbi plura adducit. Mathesil. sing. 22. cum addit. ibi Gabr.

br. Saray, & Mascard. de probat. concl.480. num.1.& 2. Paris consil.112.numer.44.& seq volum.1. Ias.in repet. l. Admonendi nume. 114.ff.de iureiur. Beneu.Straccha tit.quomodo in caus.mercat. proced.sit,num.14.

47 Alio modo creditor potest à suo suspecto debitore confessionem debiti extorquere, ducendo debitorem in suum cubiculum, vbi testes abditi extent, qui à debitore videri non possint, & tunc creditor in sermonis progressu perbellè tamquàm aliud agens, habeat mentionem crediti sui, & roget debitorem vt sibi suos centum aureos restituat, quos eidem mutuauit, tunc debitor existimàs testes non adesse, facilè debitum fatebitur,& postea per eosdem testes probata confessione poterit ad soluendum compelli, vt tradit Accurs.in l.2.§.Idem Labeo, in verbo Audierunt ff. de aqua pluu. arc. & ibi Bart. & reliqui scribentes Hippol. de Marsil. in rubr. C.de probat.nume.328. Mascard. de probat.concl.479.num.3. Huiusmodi versutia (vt Guicciardinus in sua Historia scribit) Petrus Medices arcana Ludouici Sforciæ propalauit oratori Regi Gallorũ: ad se enim euocato Ludouici Oratore, qui secum occultè contra Regem Gallorum tractabat,prius Oratore Gallo abscondito in loco,ex quo ea,quæ simul loquebantur, percipere poterat, omnium, quæ Orator Ludouici in progressu orationis confidenter narrauit, Orator Gallus notitiam habuit, suoque Regi renunciauit: similisque calliditas recensetur ab Emilio Probo in vita Pausaniæ.

48 Hæ non insulsæ cautelæ ad debitorem conuincendum, aliam pulcherrimam in memoriam reuocant, qua creditor poterit consequi creditum suum, licet eius debitor non sit soluendo. Creditor ergo dicat amico suo, se velle pro suo credito debitorem in carceres conijciendum curare, & cum eo conueniat, vt hoc reuelet alicui amico, seu consanguineo ipsius debitoris, vt debitori significet,vt caueat,quo probato,significans tenebitur ad debitum, ac si debitorem è manibus Magistratus exemisset, & facile hoc per intimum poterit comprobari. Habetur in l. Eleganter §. Item Labeo. ff.de dolo glo. in l. Si à bonæ fidei possessore, versic. Si vero custodiendum.ff.de rei vend. Ias.in l. Quod si quis §. Quod Prætor nume.8 ff.ne quis eum. Ancher. consil.341. Viso themate in fine. Marsil.in rubr.ff.de fideiuss.num. 17. & in suo sing.137. In iure clarum est &c. vbi refert supra allatum cons. Ancherani,& Bald.in c. Dilectus in 4.col.de appellat. & ibi Card.& Io.de Anan.consil.55. Qui dubia.in fine:eximentem autem debitorem è carceribus teneri vltra pęnam arbitrariam etiam ad soluendum debitum, pro quo erat detentus,quamuis verè debitor non fuisset, habetur in l.Quoties C.de exact.trib.lib.10. Io.Faber in §. Pœnales versi. Item aduertàs numer.7. Inst.de act.& ibi Ias.num.104.& in l.1.§.Quod Prętor num.12 ff.Ne quis eum qui in

ius

ius voc. Farinac. in prax. libr. 1. tit. de carceribus, & carceratis quæst. 30. numer. 107. Bald. in l. 1. C. de oper. libert. Si autem hospitio receperim mercatorem, qui foro cessit, non tamen cogi possum vt illum exhibeam, aliter tenear ad interesse. Marsil. sing. 366.

49 An furtum attentatum, non autem consummatum pœnam mereatur, & quomodo, videamus præmittendo delictum consummatũ esse illud, quod quantum ad delinquentem adeò perfectum est, vt nihil superfit agendum, quod sit de essentia ipsius delicti: attentatum autem est delictum imperfectum, & in quo adhuc deficit aliquid ad agendum. l. si quis quid perferendum, & l. si is qui rem pignori §. Si tu Titium ff. de furt. l. si quis id quod §. fin. ff. de iur. omn. iud. l. si quis seruo C. de furt. Bald. consil. 294. vol. 1.

50 Aut quis cogitauit, & decreuit etiam furtum facere, ad nullum tamen actum extrinsecum est progressus, vel quia pænituit, vel quia fuit impeditus, & is licet in conscientia peccauerit: iuxta illud Euangelij Matthæi 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est eam in corde suo. quod confirmatur in cap. Sicut enim 32. quæst. 5. facit cap. Numquid, & cap. Si propterea de pænit. dist. 1. & habetur expressius in cap. Sequenti Fel. in tract. Quando conatus puniatur nume. 4. versic. Si autem ad consensum. Salic. in l. Is qui cum telo colum. 2. in princ. C. ad l. Corn. d. sicar. In foro autem fori non est puniendus, quia cogitationis suæ pœnas nemo patitur inquit l. Cogitationis ff. de pœn. cap. Cogitationis de pænit. dist. 1. & eleganter Alex. ab Alexandro de hoc scribit libr. 2. cap. 15. genial. dierum l. 1. §. Sola cogitatio ff. de furt. quam opinionem esse communem dicit Bolen. in repet. l. Capitalium § Famosos numer. 79. & seq. ff. de pœn. & hanc distinctionem etiam gentiles approbarunt, inquit enim Cic. libr. 3. officiorum: Aliter leges, aliter Philosophi tollunt astutias, leges quatenus manu tenere res possunt, Philosophi quatenus ratione; & intelligentia.

51 Secus est de iure canonico in crimine hæresis, quia hoc delictum sola mentis cogitatione perficitur Bald. in l. Si quis non dicam rapere C. de Episc. & cler. quem sequitur Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 91 Felin. in d. tract. Quando conatus puniatur nu. 4. in fine Card. in clement. 1. §. Sanè quæst. 3. de vsuris Menoch. de arbitrar. iud. libr. 2. cas. 360. numero 6.

52 Aut fur deuenit ad aliquos actus extrinsecos, sed remotos à delicto, quibus actibus nemo læsus fuit: verbi gratia; locum delicti explorauit, emit funes, scalas præparauit, terram effodit, vt res furtiuas postquam subtraxisset, inhumaret, vel similia fecit à furto separata, & distantia, & ad vlteriora non est progressus, aut quia pænituit, aut quia fuit impeditus: si noluit furari, non punitur l. Qui ea mente ff. de furt. & ibi gl. ma.

gl.magistralis, & l. Qui falsam ff. ad l. Corn. de fals. Salic. in d. l. Is qui cum telo colum. 2. versi. Aut per actum illum, & ibi Hippol. de Marsil. numer. 24. Alciat. respon. 476. Gramm. consil. 36. numer. 19. Didac. in clem. Si furiosus par. 2. in princ. numer. 2. de homic. Menoch. de arbitr. iudic. d. cas. 360. num. 10.

53 Secus est in atrocioribus glo. in l. 1. §. Hæc autem verba ff. Quod quisque iur. l. Hi, qui sancta C. de apostat. Bart. in d. l. Qui ea mente ff. de furt. Menoch. d. cas. 360. numer. 24. vbi plures Doct. allegat, Felin. in cap. 1. num. 9. versic. Limita secundo de off. deleg. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & alij relati à Iul. Claro in pract. crimin. quæst. 92. vbi inter hæc atrocissima crimina ponit crimen læsæ maiestatis, oppugnatæ patriæ, symoniæ, & veneficij. Et hoc etiam Ciceronis auctoritate confirmatur, qui in oratione pro Milione, inquit, non exitus rerum, sed hominum consilia leges vindicare, quem locum illustrauit Alex. ab Alexandro c. 15. lib. 2. gen. dierum.

54 Si autem impeditus furari non potuit, punitur extra ordinem pro modo attentationis Ripa in tract. de peste tit. de remedijs ad conser. vbert. numer. 75. Menoch. de arbit. iud. cas. 360 nu. 14. & seq. Et qui accessit ad locum animo furandi, & timens videri, re infecta, reuertitur, debet pœna extraordinaria puniri Hipp. de Marsil. post alios ab eo relatos in l. vnica C. de rapt. virg. num. 248.

55 Aut ad actus delicto proximos deuenit, vt si homines ad hoc collegit, si scalam fenestræ apposuit, si ostium fregit, & furtum non perfecit, quia noluit pænitentia ductus, & non punitur de furto, nec de conatu, nisi actus ipsi ad quos peruenit sua natura pœnam mererentur, vt in exemplis supra allatis: tunc enim de ipsis actibus, tamquam particularibus, & separatis delictis puniretur: est enim delictum homines ad delinquendum congregare l. Quisquis C. ad l. Iul. maiest. & ibi Doct. Item est delictum scalas alterius fenestris supponere, de qua re diximus in §. 2. num. 47. Item ostium frangere, de qua fractura agit Salic. in l. Is qui cum telo col. 2. C. ad l. Corn. de sicar. Tiraquell. de pœn. legum caus. 37. nu. 5. & dicemus in §. 11. num. 18.

56 Hoc tamen absolutè non procedit in quocumque genere furti, sed in aliquibus casibus etiam si pœnitens vltrò destiterit à crimine, nec furtum ad exitum perduxerit punitur, vt in furibus directarijs, hoc est in illis, qui furandi causa in alienas ædes se dirigunt, de quibus sic habetur in l. Saccularij ff. de varijs, & extraordin. criminib. Qui in aliena cenacula se dirigunt furãdi animo plusquam fures puniendi sunt, & hoc casu iste conatus extraordinariè punitur, vt tradit Bart. in d. l. Saccularij Alexan. in consil. 3. Ponderatis verbis in 5. colum. volum. 1. Menoch. de arbitr. iudic. dicto casu 360. num. 70.

57 Punitur etiam conatus, quando

do quis seruo persuasit, vt furtum domino committeret, quamuis non committat, quia consilium corruptoris ad perniciem probitatis serui introductum fuit, vt inquit Imp. in l. Si quis seruo C. de furt.

58 Item si quis tentauerit rem alteri obligatam alienare, quod est furti genus, vt alibi diximus, de ipso conatu ad vendendum punitur. l. vlt. C. de crim. stell. Menoch. d. cas. 360. num. 70. & alij casus in quibus affectus punitur, non secuto effectu, enumerantur à Marsil. in l. Is qui cum telo num. 16. & seq. C. ad l. Corn. de Sicar. Et quando pœnitentia superueniens excuset furem à pœna furti tradit Ang. de malef. in verbo. Et vestem cælestem col. 14.

59 Si vero flagitium non perfecit, quia impeditus non potuit extra ordinem est plectendus pro modo conatus vt docet etiam Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 92. vbi quamplures adducit auctoritates ad hoc, ad quem breuitatis ergò lectorem remitto.

60 In atrocioribus autem interdum punitur conatus, ac si delictum fuisset perfectum, iuxta illud Exodi cap. 21. Qui percusserit hominem volens occidere morte moriatur, & Arist. 2. Phisic. tex. 56. inquit, quod parum distat nihil distare videri. At Iul. Clar. in d. quæst. 92. dicit, etiam in atrocioribus interdum vidisse pœnam extraordinariam infligi citra mortem, ita vt hoc in arbitrio iudicis videatur relictum, considerata qualitate rei, conatu, & atrocitate criminis Cache. Decis. Pedam. 19. num. 2. Mascard. de probat. concl. 188. num 8. & hoc congruit decisioni l. 1. ff. de extraord. crim. vbi legitur: Perfecto flagitio punitur capite, imperfecto in insulam deportatur. Idque etiam Plato sensisse videtur dum libr. 9. de legibus scriptum reliquit: Si quis voluerit, cogitaueritque amicum hominem ex ijs, quos prohibet lex interficere, vulnerauerit autem, nec interficere potuerit, hûc, remota omni misericordia, non aliter quàm si vita priuasset, dare cædis supplicium cogeremus, & quæ sequuntur: & postea concludit ab eo, qui vulnerauit supplicium mortis auferemus, & in vicina ciuitate per totam vitam exulare statuemus.

61 Quid autem sit in crimine raptus, quod à furto non procul distat, & sic in casu l. vnicæ. C. de rapt. virg. sunt ibi consulendi Doct. & præsertim Marsil. nume. 290. Didac. in Clem. si furiosus part. 2. in princ. num. 8. de homic. & Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. cas. 360. nume. 30. vbi refert illam distinctionem, an raptor personã raptam stuprauerit, quia vel non potuerit, vel noluerit, vt ibi videre poterit lector. Et in crimine l. Si quis non dicam rapere C. de Epis. & cler. idem Menoch. tradit loco citato num. 54.

62 Ad excusandos attentatores à pœna delinquentium vigent per totam ferè Italiam statuta, in quibus cum delinquentibus pœnæ propositæ sint, non comprehenduntur attentatores, seu operam feren-

ferentes, vel consilia dantes, vt tradit Bart.& cæteri Doct. in l. Is, qui cum telo C. ad l. Corn. de sicar. Dec. in l. Consilij nume. 15. ff. de reg. iur. & in c. 1. numer. 10 versic. Vndecimo fallit, & ibi Mantua num. 37. de offic. deleg.

63 Nunc est dicendum de illis, qui non furantur, sed furibus opem ferunt; de quibus legitur in Prou. Salomonis. Qui cum fure participat, occidit animam suam. In hac materia sic arbitror distinguendum esse. Aut quis opem fert ignoranter, aut scienter: si ignoranter non tenetur, textus est expressus in §. Interdum quoque Inst. de obl. quæ ex delic. nasc. Qui ferramenta, inquit, ad effringendum, aut scalas, vt fenestris supponerentur, commodauerit, sciens cuius rei gratia commodauerit. Ignorantiã enim facti delinquentem excusare constat per c. Ignorantia facti non iuris excusat de reg. iur. in 6. & ibi Dyn. l. Non idcirco, & l. Error facti C. de iur. & facti ignor. l. 1. §. Diuus ff. ad l. Corn. de sicar. l. Eum qui duas C. ad l. Iul. de adult. l. Qui contra legem C. de incest. nup. l. Item apud Labeonem §. Si quis virgines ff. de iniur. Bald. in l. Quicumque num. 12. C. de ser. fugit. Bart. in l. Is qui opem ff. de furt. Dec. & Ias. in l. Iuris ignorantia C. Qui admitti, Ias. in l. 3. num. 128. C. de iur. emphit. Dec. in l. Qui cum alio ff. de regu. iur. Barbat. consil. 51. col. 2. libr. 3. Marsil. in pract. crim. in §. Constãte num. 55. & in l. Si in rixa. ff. ad l. Corn. de sicar. nu. 25. & Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. cas. 349. numer. 16. vbi hoc exemplo confirmat in eo, qui opem tulit furi ad rem alterius subtrahẽdam, quam suam esse idem fur affirmauerat, & allegat gl. in l. Culpa caret. ff. de reg. iur. Bart. in l. Si in rixa ff. ad l. Corn. de sicar. Bald. in l. Raptores nume. 15. C. de Episc. & cler. Plaz. lib. 1. epitom. delict. c. 16. nume. 3. Grammat. Decis. 25. nu. 4 Blanc. in pract. crim. in verbo Defensores pro imputato de auxilio, Bald. consil. 382. vol. 5. In quæstione Milani & c. Straccha de decoctoribus part. 2. num. 7. & 8.

64 Si autem opem tulit scienter, aut id fecit ante factum, aut in facto, aut post factum: ante factum tenetur, ac ipse delinquens, & dantur plura exempla in §. Interdum quoque Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. l. Qui seruo in princ. l. Is qui opem, & l. Si pignore §. Qui ferramenta. ff. de furt. l. Qui domum. ff. ad l. Iul. de adult. l. Vtrum. ff. de parric. l. 1. §. Incidit ff ad S.C. Turpil. & in l. Nihil. ff. ad l. Corn. de sicar. dicitur, nihil interesse vtrum quis occidat, an causam mortis præbeat Salyc. in l. Vnica in 6 col. C. de rapt. virg glos. in c. Qui aliorum 24. q. 3. & tractatur de hoc in cap. Qui cum fure, iuncta glo. de furt. & in c. Si culpa, & ibi glo. in verbo, Tulisti. de iniur. & damn. dat. Quod tamen limitatur quando auxilium præstitum fuit remotum à delicto, vt si arma, vel equos, aut similia quis commodauit, vt notat Bald. in l. 1. C. de Nili ager. non rump. & sequitur Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. cas. 349. num. 5.

In

65 In facto quoque opem ferens tenetur eadem pœna, qua author d. §. Interdum quoque l. Vnica C.de rapt.virg. verf. Ne igitur, & verf. Pœnas autem, & ibi Salyc. l. Si quis non dicam rapere. C. de Episc. & cler. & ibi Bart. & Bald. & Paul. Apostolus ad Rom. cap. 1. in fine inquit: Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui cōsentiunt facientibus c. Omnes ecclesiæ 13. q. 4. c. Notum iuncta gl. 2. q. 1. c. 1. de off. deleg. Boer. quæst. 167. num. 3. Plaz. d. cap. 16. nu. 2. Marsil. in pract. crim. §. Constante num. 56. Si autem etiam in facto auxilium præstitum fuit remotum opem ferens non punitur ea pœna qua principalis, sed mitiori, arbitrio Iudicis, vt tradunt authores relati à Menochio de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 349. numer. 9. vbi etiam tradit plures limitationes ad prædictam conclusionem, vt ex eo videri potest.

66 Post factum autem quis potest pluribus modis furibus opem ferre, aut vt fur effugiat, vel dum recipitur, & occultatur, & est casus qui pænam meretur in l. 1. & 2. & per totum titulum C. de his qui latrones occult. l. Congruit ff. de offic. Præf. l. 1. & 2. ff. de recept. Bart. in l. Is qui opem ff. de furt. & facit d. l. vnica, verf. Pœnas autem C. de rapt. virg. & ibi Hippol. de Marsil. num. 85. l. 1 §. Quod autem ff de ser. corrupt. & in prædictis casibus opem ferens tenetur furti nec manifesti. l. Is, qui opem, & l. In furti ff. de furt. & extra ordinem pro modo culpæ punitur Curt. Senior cons. 41. in fine. Boer. q. 167. nume. 4. in fine. Plaz. libr. 1. Epitom. delict. cap. 16. num. 5. Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. cas. 349. num. 22.

67 Extant in hac materia plures leges Venetæ quædam est Consilij X. Virum 1441. 16. Iulij contra illos, qui subministrant ferramenta carceratis, vt fractis carceribus effugiant, qui pœna carceris, & pecuniaria puniuntur. De illis qui fugam detentorum adiuuant extat alia lex eiusdem Consilij 1468. 16. Septembris, qua puniuntur pœna pecuniaria, & si tunc à satellitibus occiduntur id impune fit. & eiusdem Consilij alia, & similis lex extat anni 1538. 16. Septembris, & alia 1569. 31. Augusti. Et illi, qui faciunt effugere detentos pro debitis suis, condemnantur in ducatis centum, & ad solutionem debiti lege magnorum comitiorum anni 1523. 13. Maij.

68 Aduocati autem qui opem ferunt furi, vt pœnam euadant, (nisi falsitas interueniat) nullā pœnam mærētur, quia illud faciunt, quod à iure permissum est l. Si non defendantur. ff. de pœn. Innoc. in c. Solent, de sent. excomm. vbi dicit Aduocatum non incurrere in excommunicationem, quando scienter cum excommunicato communicat, dum ab eo petit consilium in causa excommunicationis.

69 Et de eo, qui opem fert criminoso in gratiam rei Principis veniam implorans idem est dicendum, quia rei licite incumbit l. Relegati in fine, & l. Diui fratres in princip. ff de pœn. De venia à Principe cōcessa copiosissimè tra-

ctat

ctat Farinac.in prax.crim. tit.de inquisit.quæst.6. per totam.

70 Hoc tamen limitatur in casibus, in quibus expresse prohibitum est, vt in crimine læsæ maiestatis l. Quisquis C. ad l. Iul. maiest.& in aggerum effractoribus l. Vnica C.de Nili agger.non rump. & in crimine hæresis c. Si aduersus de hæret. Decian.in tract. crimin.lib.5.cap.51.num.13.

71 Illud tamen non est obliuioni tradendum, quòd cum (vt diximus) varijs modis possint homines furi opem ferre, non omnes, etiam in vno delicto pari pœna tenentur, sed pro modo culpæ, & qualitate auxilij præstiti Io. And. in c. Fælicis de pœnis in 6. Innoc. in c. Sicut dignum de homic. Salyc. in d. l. Vnica C. de rapt. virg. in 6. col. Ang. in l. Is qui opem ff. de furt. d. c Sicut dignum, & c. Clerici, de vit. & hon. cler. Aug. ad Angel. de malef. in verbo, Et Sempronium num 44. dicit liberasse reum à furca, qui furi auxilium dederat, quia principalis fur omnino delictum commisisset, etiam si auxiliator opem non præstitisset, allegat gl. in §. Ope Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.

72 Quotiescumque autem ex ope, auxilio, vel fauore non est secutum delictum, neque auctum, sed perinde fuisset etiam patratum absque auxilio, tunc auxiliator nō debet puniri pœna ordinaria, vt author criminis punitur, sed mitiori pœna, extra ordinem iudicis arbitrio pro modo culpæ, glos. est singularis in c. Fælicis, in verbo, Simplici fauore de pœn. libr. 6. quam sequitur Ang. in l. Furti §. Ope, & in l. Is qui opem ff. de furt. Aug. de Arimino in addit. ad Ang. de malef. in verbo, Et dicto maleficio semper astitit. vers. Tu autem in hac materia, & idem Aug. in materia nostra furtorum hanc theoricam exemplis confirmans, inquit, se defendisse quendam à pœna furcarum, qui in via remanserat, dum alij domum fregerunt, & sericum inde subtraxerunt, quia fures illud furtum etiam patrassent absque illius auxilio Hippol. de Marsil. in sua pract. crimin. in § Constante nu. 61. Cæpol. consil. 34. Si vnquam num. 9. Bald. in sua Margarita in verbo, Delinquentibus Bart. in l. Omnes C. de agr. & cens. lib. 11. & plura per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 349.

73 Illud prætermittere nolui, in quo diebus elapsis vidi Assessores alioquin excellētes errasse. Quod quotiescumque fur, exempli gratia, est de furto puniendus, aut per contumaciam, aut per indicia, non autem ex legitimis probationibus tunc auxiliator, non eadem pœna qua author, & sic non pœna ordinaria est puniendus, sed alia pœna mitiori arbitrio iudicis. Bart. in l. Is qui rem, §. Tu Titium in fine. ff. de furt. Fel. in cap. Sicut dignum num. 3. de homic. Marsil. in pract. crim. in §. Constante numer. 53. Iul. Clar. in pract crimin. quæst. 90. Mantua cap. 1. num. 43. de off. deleg. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 349 num. 13.

74 Nec licere de ope, auxilio, vel consilio præstito contra aliquem in-

inquiri, nisi prius constet de principali delinquente. Bart. in l. si is qui. §. Si initium ff. de furt. Alex. in l. Si duo patroni in princ. in gl. in vers. Alteri ff. de iureiur. Hipp. in pract. crim. in §. Opportunè num. 40. & seq. Decian. consil. 93. num. 117. vol. 2. & ibi loquitur in materia furti.

75 Ad furtorum furumque receptatores descendamus. Furtorum receptator ille est, qui scienter res furtiuas recipit, celandi causa. Scienter dicitur, quia illi qui ignorãter, res furto subtractas emunt, seu recipiunt non tenentur l. 3. ff. de incend. ruin. & naufr. ibi enim de receptatoribus sic scriptũ est. Additum est dolo malo: quia non omnis qui recipit, statim etiam delinquit, sed qui dolo malo recipit: quid enim si ignarus recipit? aut quid si ob hoc recipit, vt custodiret, saluaque faceret ei qui amiserat? vtique non debet teneri l. Inciuilem, & ibi glos. & Doct. C. de furt. l. Seruus cuiusdã ff. de cond. indeb. Bald. & Fulg. in l. Eos C. de furt. l. Si quis seruũ C. ad l. Flauiam de plag. l. 1. C. de his qui latr. vel al. crim. reos occult. l. Quicumque C. de ser. fugit. Gand. tit. de furib. & latron. col. 3. Bald. consil. 250. col. 3. volum. 1. & cons. 382. col. 3. vol. 5. Angel. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem col. 5. Rol à Valle consil. 45. nu. 11. vol. 1. dicit ad conuincendũm receptatores rerum furtiuarum necesse est probare, quòd scienter res furtiuas receptauerint, alioquin puniri non posse.

76 In dubio autem in receptante furem, vel alium reum, ignorantiam præsumi delicti ab illo commissi quem recipit, tradit Boss. in tract. crim. tit. de Rapina num. 17. Aret. consil. 122. in fine. gl. & Doct. in l. 1. §. vlt. ff. de recept. Bald. in l. Omnes C. de agric. & cens. li. 11. Carrer. in pract. crim. §. Secundo num. 170. Bertaz. in addit. ad consilia crim. patris sui consil. 126. littera l. Bologn. consil. 27. in princ. Et ratio est, quia agitur de facto alieno, & ideo ignorantia præsumitur. quę ignorantia non admittitur in fure, seu exule, vel alio delinquente publicato gl. Bart. & alij in l. 1. §. 1. ff. de recept. Marsil. consil. 107. Carrer. de hæret. num. 170. Nellus de bannit. in 3. part. 2. temp. num. 20.

77 Receptatores furum excusantur etiam non modo si ignoranter, vt diximus, sed etiam si coactè receperunt l. In omnibus ff de noxal. Marsil. in l. 1. in princ. num. 39. & in §. in fin. numer. 13. & in l. 3. §. Item is cuius nu. 2. ff. ad l. Corn. de sicar. & in l. 1. §. Præterea nume. 17. ff. de quęst. Bald. consil. 48. vol. 3. Carrer. in tract. de hæret. num. 17. vbi plures adducit auctoritates, Ang. de malef. in verbo, Et maleficio semper astitit. Soc. consil. 262. col. penult. Boss. in tit. de rapinis nume. 20. 22. & seq. & voluntatem coactam non esse puniendam habetur in cap. 1. 2. 3. & in cap. Ita sanè 27. quæst. 5. l. Cura ff. de mun. & honor. Marsil. in l. 1. in princ. ff. ad l. Corn. de sicar. De illis autem penes quos reperiuntur res furtiuæ satis diximus supra in §. 2.

78 Qua pœna autem receptatores furum, seu furtorum puniri debeant quæsitum est; & quidam dixerunt eadem pœna eos esse plectendos, qua fures ipsi puniuntur, cum in l. Eos C. de furt. legatur in hunc modum: Eos, qui à seruo furtim oblata scienter susceperunt non tantum de susceptis conuenire, sed etiam pœnali furti actione potes. Concordat l. Si quis. C. ad l. Flau. de plag. l. Si liberam in fine. C. Quod cum eo, l. Si seruus. ff. commod. l. Neratius §. fin. ff. de ser. corrupt. Hippol. de Marsil. tamen in consil. 53. dicit dictam l. Eos, & alias leges concordantes loqui in recipientibus à seruis, & non ab alijs, & concludit iure cautum non reperiri, vt receptans scienter rem furtiuam teneatur pęna furti, & idem affirmat in l. Si in rixa num. 51. ff. ad l. Corn. de sicar. quam opinionem secutus est etiam Rol. à Valle consil. 45. num. 8. vol. 1. Bart. tamen in d. l. Eos, intelligit dictam legem de quocumque qui recepit res subtractas, nec illam ad furta seruorum restringit, sed generaliter illam intelligit in quocumque fure. Mihique hoc satis aperto in iure decisum videtur: nam in l. Crimen C. ad l. Iul. de vi publ. ita scriptum est: Crimen non dissimile est & rapere, & ei, qui rapuit, raptam scientem, delictum seruare. & in l. 1. ff. de recept. habemus, Receptatores perinde puniri, atque latrones: & in l. 3. §. Non tantum. ff. de incen. rui. & naufr. scriptum est in hunc modum: Non tantum qui rapuit, verum is quoque qui recepit ex causis suprascriptis tenetur; quia receptatores non minus delinquunt, quàm aggressores, & l. 1. C. de his, qui latrones, inquit: Eos, qui secum alieni criminis reos occultando eum, eamue sociauerunt: par ipsos, & reos pœna expectet. quæ quidem lex generaliter loquitur, nec etiam ab eius rubrica arguendo restringi potest, cum ipsa quoque sit vniuersalis: De his, qui latrones, vel alijs criminibus reos occultauerũt. & in §. Conceptum Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. habemus hæc verba præcisa: Contra eum, penes quem res furtiua quæsita, & inuenta est, actio concepti furti datur, quamuis fur non sit. & l. Ancillæ C. de furt. inquit: Furem non tantum teneri ob ancillam prægnantem subtractam: sed etiam ob partus penes se editos. Et quod magis est, & omnem prorsus dubitationem tollit, habemus in l. Sacrilegij pœnam. ff. ad l. Iul. pecul. Qui furanti signum præbuit, perinde habetur, ac si manifesti furti condemnatus esset & famosus efficitur. & Bald. in d. l. Eos, dicit suo tempore fæminam fuisse suspensam, quia scienter res furtiuas receptauerat: & subdit idem esset seruandum in illis fæneratoribus, qui scienter res furtiuas pro pignore accipiũt: & idem sentiunt ibi Castr. & Salyc. Ang. de malef. in verbo. Et vestem cœlestem, vers. Quid si rẽ furtiuam, Bald. in l. Data opera col. 5. C. Qui accus. non poss. gl. in c. Aut facta de pœn. dist. 1. Idem quoque Plato sensit libro enim 12.

de

de legibus scriptum reliquit: Si quis rem furto sublatam sciens receperit in eadem culpa sit, quâ ille, qui furatus est. Et Phocylides in poemate admonitorio inquit:
Furum ne accipias furtiuum depositũ,
Vtrique enim fures, & receptor, & furator.
De istis receptatoribus loquitur lex Veneta lata in magnis comitijs anno 1544. die 25. Nouembr. & in Capitulari Dominorum de nocte cap 9. & lib. P. Aduoc. fol. 61. ita scriptum est: Hi vero, qui furtum, vel robariam, aut prædam scienter receperint, & hoc fuerit manifestum, aut confessi fuerint, vel conuicti per testes, debent sicut latrones ipsi, vel robatores, aut prædones puniri.

79 Ex causa tamen Iudex potest mitigare pœnam receptatorum, & præsertim in simplici receptatore, cum re vera ipse non sit fur, neque tunc furetur, sed furto iam patrato opem præstet, vt Bart. quoque notat in l. Furtum ff. de furt. & in l. Sed si vnius §. Si seruus ff. de iniur. clem. 1. de rescript. glo. in l. 1 ff de recept. & in l. Crimen C. ad l. Iul. de vi pub. Gand. de malef. in tit. de homic. vers. Item pone quod Titius. Idque ex l. 1. C. de his qui latr. occult. elicitur; quamuis enim ibi dicatur receptatorem pari pœna puniri, subijcit tamen, vel supplicio corporali, aut dispendio facultatum pro qualitate personæ, & Iudicis æstimatione, vt notat etiam Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cas. 348. nume. 2. & 3. & Farinac. in praxi libr. 1. tit. de carceribus, & carceratis quæst. 30. nume. 94 & 96. & in l. 1 ff. de abigeis dicitur abigeum pœna mortis, & in l. fin. eiusdem tituli receptatorem abigei exilio puniri debere. Aug. de Arimino in addit. ad Ang. de malef. in verbo: Et dicto maleficio semper astitit fol. vlt. Nellus in tract. bannitorum in 3. parte 2. temp. quæst. 59. Hippol. de Marsil. in l. Si in rixa numer 47. & seq. hanc partem tuetur, vt receptator furum, vel rerum furtiuarum, tamquam opem præstans delinquenti mitius sit puniendus quàm ipse fur, ad quem remitto lectorem, & ad ea, quæ idem Marsil. scripsit in l. Is, qui cum telo nume. 3. & seq. C. ad l. Corn. de sicar. & in suo sing. 15. Statuta communiter extant &c. Et in simili facit quod tradit Bald. in l. Cum ancillas C. de incest. nupt. mitius scilicet puniri illum, qui in domo sua permittit aliquod prohibitũ fieri, quàm delinquentes ipsos, & Hippol. de Marsil. in d. sing. 15. idem scripsit. Item quamuis tam fabricans falsum instrumentum, quam ille, qui scienter vtitur æquè puniantur pœna falsi l. 2. C. de fide instr. l. Si falsos C. de fals. cap. Ad falsariorum de crim. falsi. Ille tamen qui instrumentum falsum composuit grauius punitur, quàm ille, qui eo vtitur Cyn. in l 2. C. de fide instr. & est text. singularis in l. Falsi § Ordine ff. de fals. Io. de Anan. in d. c. Falsariorum colum. 3. Hippol. de Marsil. in d. sing. 15. incip. Statuta Ang. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem vers. Et quid si furtum.

80 Imo licet per statutum cautum

esset, vt præbentes auxilium delicto eadem pęna, qua scelerum authores puniri deberent, nihilominus mitiori pęna esse afficiendos scripsit Salyc. in l. Vnica C. de rapt. virg. quem sequitur Cæpola in cons. 27. Requisitus &c. col. vlt. & in iudicijs vidi obseruari, vt isti receptatores, & opem, ac auxilium ferentes leuiori pęna plectantur, quàm principales delinquentes. Si tamen ante furtum commissum receptator cum fure conuenisset de furtiuis rebus receptandis, hoc casu grauiori pęna, & etiam eadem qua fur ipse posset puniri. Bart. in l. penult. C. ad l. Iul. de vi publ. Gand. in tract. malef. in tit. de furib. & latronib. in 5. col. & maxime si ex pacto ob hanc receptationem haberet receptator partem rerum furtiuarum Hippol. de Mars. in l. Si in rixa nu. 51. ff ad l. Corn. de sicar.

81 Latronũ receptatores pari modo acriter ac ipsi latrones damnãtur, quia, vt inquit l. 1. ff. de recept. hoc est pessimum genus receptatorum, sine quibus latere nemo diu potest. Et Plato lib. 12. de legibus inquit: Qui exulem, seu quemuis huiusmodi fugientem susceperit, moriatur.

82 Excusantur, vel mitiori pęna plectuntur illi, qui affines, vel cognatos recipiunt l. 2. ff. de recept. Sanguinis enim coniunctione quædam permittuntur, quæ alias non concederentur l. fin. §. penul. C. de codicil. l. Quamuis adulterij C. ad l. Iul. de adult. l. 1. ff. ad l. Iul. repet. l. 4. §. fi. ff. de re milit. Gand. in tit. de furib. & latron. col. 4. Mascard. de probat. concl. 1258. nu. 7.

83 Lege Consilij X. Virum diei 26. Septembris anni 1532. Exulum receptatores vltra vnum diẽ in hoc Veneto Dominio puniuntur exilio annorum quinque, & in libras quingentas.

84 De iure autem communi etiam Caupones excusantur si hospites exules recipiunt Bart. in l. Omnes profugi C. de agr. & cens. lib. 11. l. Seiæ §. Idem quæsijt ff. de fund. instr. & in l. 1. C. de colleg. illic. lib. 11. Carrer. in tit. de hæret. nume. 168. Alex. in l. 1. ff. de recept. & in const. Patarenorum, in 2. notab. vers. Septimo fallit, Boss. in tit. de rapinis numer. 34. quia Caupones velint nolint tenentur hospitari peregrinantes: nam, vt inquit lex vnica in fine ff. de furt. aduer. naut. caup. stab. Nanque viatorem sibi eligere caupo, vel stabularius non videtur, neque repellere potest iter agentes. Bart. in l. 1. §. Maxima ff. naut. caup. stabul. & in l. Licitatio ff. de publ. & vectig. & in d. l. Omnes profugi.

85 Vtilissimum est scire, quia frequenter in iudicijs contingit, an Iudex debeat concedere facultatem ei, cui furtum factum fuit perquirendi in illa domo, in qua ipse suspicatur sua bona furtiua reperiri. Ang de malef. in verbo, Et vestem cælestem num. 34. dicit hoc iudicem facere debere & allegat l. 1. §. Hoc autem, & l. Diuus ff. de fer. fug. l. Requirendi C. eod. & ibi Bald. dicit hoc verum esse non solùm in territorio vbi furtum factum fuit, sed etiam in alieno, idemque senserunt Odofr.

Ac-

Accurs. Nic. Mattarell. & Rayn. vt Fulgosus testatur relatus ab Aug. de Arimino in addit. ad Ang. de malef. loco citato, subdens hâc opinionem esse intelligendam extantibus indicijs, quibus Iudex suspicari possit ibidem bona reperiri Bart. Bald. & Angel. in d. l. Requirendi, & Fulg. loco prædicto dicit sufficere etiam solum iuramentum illius, cui bona subtracta fuerunt, iurantis sua bona furtiua ibidem reperiri. Idem sentit Petr. de Anchar. in cle. 1. de vsur. in § 1. Specul. in tit. de instr. edit. in § Dicendum, versic. Pone instrumenta Io. Faber. in §. Conceptum Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. Salyc. in d. l. Requirendi, & idem affirmat etiam Hippol. de Marsil. in l. 1. in princ. numer. 24. ff. de quæst. vbi de hoc exemplum affert eius, qui solus transiens vidit in quadam domo bona sua, aut sibi secreto, & sub iuramenti vinculo ab amico fuit reuelatum. Pract. Conradi fol. 366. numer. 14. Abb. tamen in c. Qui cum fure. num. 6. de furt. dicit communiter Doctores sentire contrarium. Vide tamẽ Firmanum in verbo Furtum, circa finem, Iac. de Sancto Gregorio in l. Requirendi. C. de ser. fug. Io. de Plat. in tit. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. Ias. autem in l. In actionibus ff. de in lit. iur. num. 40. & in l. Si quando nu. 39. C. vnde vi, dicit, secuto furto si est suspicio contra vicinos, qui male audiant, eos torqueri posse Boss. tit. de furt. num. 64. Et obseruari vt concedatur facultas perquirendi res furtiuas in alienis ædibus affirmat Boer. Decis. 174. num 20. & Papo libr. 23. tit. 6 aresto 3. Iul. Clar. in §. Furtum in vers. Quæro, dicit in Ducatu Mediolani obseruari vt à Iudice mittantur non domini rerum ablatarum, ne scandala succedant, sed iustitiæ ministri, & executores, & in sua pract. crimin. quæst. 28. in fine idem innuit dum de captura loquitur, Alciat. consil 462. lib. 1. Scap. in trac. iur. non scripti lib. 5. cap. 158.

86 Ego in hoc Serenissimo Veneto Dominio sic obseruaui, vt extantibus indicijs ad inquirendum, in quacumque domo perquiratur absque præsentia domini rerum furtiuarum, vt pericula euitentur: si tamen non immineret periculum, considerata qualitate personarum, poterit concedi vt etiam dominus accedat, si id ipse affectauerit. Sine indicijs, & absque iuramento non conceditur. Cum iuramento calumniæ honesti viri, eidem conceditur perquisitio in domo personæ suspectæ, & famæ non integræ: debet tamen Iudici primum de furto aliquo modo constare. Et debet Iudex circumspectus animaduertere, ne hæc perquisitio, in inuidiam fiat in domo inimici: solent enim interdum maleuoli, vt ei, quem odio prosequuntur, notam inurant, hâc perquisitionem petere: & cum existimationi hominis probi, & honesti officiat etiam furti suspicio, & ille non videatur hac carere suspicione, in cuius domo res furtiuæ perquisitæ fuerunt, horror Iudices, vt non facilè in ædibus honestarum personarum has

perquisitiones concedant: & tantò minùs sunt concedendæ, quia non conuenit patris familias arcana domus propalare, & graue admodum, & præiudiciale fit, vel paupertatem honesti viri detegere; vel diuitias inuidiæ, & periculis exponere, vt inquit l. Meminimus C. Quan. & quib. quart. par. deb. libr. 10. & ibi Io. de Platea l. Quosdam C. de metal. & met. libr. 11. l. 2. C. de alim. pup. præst. l. Si quis testamentum §. fin. ff. ad l. Aquil. Vigente ergo suspicione, & indicijs extantibus contra aliquem bona furtiua in eius domo reperiri, imploretur officium Iudicis, qui, vt supra diximus det satellites ad perquirendum. Platoni autem placuit sat esse, si dominus rei furtiuæ iuret se sperare inuenturum res suas in illa domo. Si quis, inquit Philosophus libr. 12. de legibus in domo alterius quærere quippiam tamquam suum velit, is primo iureiurando affirmet, sperare quod quærit, ibi se inuenturum.

87 An vero quis furem capere possit, & illum ad Iudicem ducere docet Iurisconsultus in l. Interdum ff. de furt. hoc modo; Qui furem deducit ad Præfectum vigilum, vel ad Præsidem existimandus est elegisse viam, qua rem persequitur, facit c. 2. & 3. de homic. idque est in fure speciale, cum alioquin nemini priuato liceat sibi ius dicere l. 1. C. Quan. lic. se sin. iud. vind. l. Si quis in tantam C. Vnde vi. c. Placuit 16. q. 3. c. Eum qui, de præben. in 6.

88 Etiam clericus fugiens cum re furtiua potest capi a laico, nisi fugiens ad clamorem domini rei furtiuæ illam dimittat Abb. in c. Si vero de sent. excomm. Alex. in l. 3. ff. de furt.

89 Pari modo debitor fugitiuus potest à creditore capi, & ad Iudicem duci l. Ait Prætor. §. Si debitorem, & ibi glo. & Doct. ff. Quæ in frau. cred. Auth. Vt iud. sine quoquo suffr. §. Necessitatem l. Extat ff. Quæ met. caus. l. Quæsitum ff. de pign. Inst. de act. in princ. Bart. in l. fin. C. de fer. Bald. in Auth. Imo. C. de act. & obligat. Alex. in l. ij. ff. de iurisd. omn. iud. col. 2. & in l. Quęsitum ff. de pign. Raph. Cug. in consil. 157. col. vlt. Angel. consil. 122. Quod verum est, non solùm in debitore fugiente, sed etiam in eo, qui colligebat sarcinulas, vt subinde fugam arriperet, vt notat Hippol. de Marsil. in sua pract. crimin. in §. Diligenter numer. 50. & in l. fin. C. de probat. & in l. 1. in princ. ff. de quæst. & in suo sing. 43. Debitor fugitiuus &c. & in sing. 143. Satis notum &c. dicit etiam Procuratori creditoris hoc licere, per ea quæ ibi adducit. Bald. in l. Pignoris gratia. C. de pign. act. & in cap. Ad nostram de appellat. facit l. Si quis sit fugitiuus §. Apud Celsum ff. de ædil. edic. & ibi glo. fin. Barb. in d. c. Ad nostram Alex. consil. 42. Super præmisso themate in 14. col. in 1. vol. & consil. 288. Et si celeberrimè in vlt. col.

90 Et nimirum si creditori hæc authoritas conceditur, vt debitorem suum capere possit, cùm debitor quodammodo seruus credito-

ris

ris dicatur, Bart. in l. Si constante §. Quoties num. 5. ff. sol. matr. Et Salomon cap. 22. prouerb. inquit: Diues pauperibus imperat, & qui accipit mutuum, seruus est fænerantis.

91 Aduertendum tamen est ne ille, qui furem, vel debitorem capit, incidat in crimen priuati carceris, quod vtique accideret, si eum detineret vltra viginti horas l. Capite quinto ff. ad l. Iul. de adult. & ibi Bart. & notat Ias. in tit. de act. Inst. §. 1. nume. 70. quamuis ex iusta causa eum detinuisset: si autem iniustè detinuisset punitur pœna priuati carceris, licèt eum minori spacio viginti horarum retineat. Excusatur tamen si debito tempore officialibus denunciauerit, vt in facti cõtingentia D. Io. Stephanum Ritium fuisse absolutum affirmat Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 68. vers. Priuatum carcerẽ, quamuis furem in eius domo captum per septem dies detinuisset, & Papo lib. 23. tit. 1. Arresto. 1. dicit à Parlamento Burdegalensi in pœnam tantummodo pecuniariam fuisse condemnatum quendam dominum, qui diu famulum suum in priuato carcere incluserat, vt ibidem Clar. refert. Nemo igitur potest habere priuatos carceres, toto tit. C. de priuat. carcer. l. 4. ff. ad l. Aquil. & qui habent tenentur crimine læsæ maiestatis l. 2. C. de priuat. carcer. Excipiuntur Cardinales, qui priuatum carcerem habere possunt ad puniendos suos domesticos, ac familiares, & ita vsum obtinuisse affirmat Manfred. in tract. de Cardinalib. cap. 8. in 19. priuileg. à Iul. Clar. relatus in d. quæst. 68. Et tenetur etiam l. Iul. de vi publ. qui hominem dolo malo incluserit l. Qui cetu ff. ad l. Iul. de vi publ. & de materia carcerum vide Bald. in suo tract. de carceribus, & quomodo iniustè captus de facto possit eximi notat Hippol. de Marsil. in l. 1. in prin. ff. de quæst. num. 16. & 17. Sed postremò de hac materia doctissimè scripsit Farinac. in praxi in tit. de carceribus, & carceratis quæst. 27. & seq. ad quem libenter lector accedat.

92 Quando autem quis capit furem, & ad Iudicem ducit non potest prætendere pœnam dupli, vel quadrupli, sed fur condemnatur ad restitutionem rerum ablatarum, & in corpore castigatur l. Interdum. ff. de furt.

93 Nec est iniquum vt vnico iudicio fur in corpore puniatur criminaliter, & ciuiliter condemnetur ad bonorum restitutionem, quasi eodem libello ciuilem, & criminalem actionem actor intentauerit: quia fur criminaliter accusatur, & officio iudicis petitur vt damna, expensæ, & interesse resarciantur l. Locatio §. Quod illicitè ff. de publ. & vectig. l. Qui crimen C. Qui accus. non poss. l. Quod euitandi, C. de cond. ob turp. caus. l. penult. ff. de calumn. l. Medicus ff. de var. & extr. cogn. l. Si res C. vi bon. rapt. Bart. in l. Interdum §. Qui furem numer. 4. ff de furt. & in l. Defuncto. ff. de publ. iudic. in l. Medicus ff de var. & extr. crimin. in l. 2. §. 1. col. 1. in fine ff. vi bon. rapt. & in l. 4. §. Si

I 4 dicatur

dicatur ff. fin. regun. & in l. penul. ff. de calumn. Farinac. in praxi. in tit. de inquisit quæst. 1. nume. 64. vbi alios Doct. citat hoc idem sentientes. Ang. de malef. in verbo, Et vestem cælestem col. 1. & col. 13. & ibi August. de Arimino in addit. testatur ita in iudicijs esse in vsu Boss. in tit. de furt. num. 13. & 14. Quod vtique verum est, sic enim seruatur, vt vnico libello vtrumque petatur, & sic fur ad furcas tradatur, vel alia pœna afficiatur, & ad bonorum surreptorum restitutionem condemnetur, cum expensis, damnis, & interesse; & quando fur est citra mortem condemnatus, vt exilio, non debet e carceribus relaxari, nisi facta restitutione, vel solutione rerum furtiuarum Bald. in l. Quod euitandi in fine. C. de cond. ob turp. caus. & consil. 497. vol 2. Boss. in tit de furt. nu. 49. Dec. cons. 450. num. 3. Salyc. in l. 3. in 6. opposit. C. Quan. ciuil. act. Ruin. consil 87. col. 1. vol. 4. & consil. 35. colum. 1. volum. 5. Socin. consil. 62. in fine vol. 1. & consil 60. colum. 1. vol 4. Ang. de malef. in verbo, Per iudicem maleficiorum nu. 1. Farinac. in praxi. in tit. de inquisit. quæst. 1. d. num. 64. Et quando alio modo non potest constare de valore rerum subtractarum, id comprobari iuramento domini dicemus infrà in hoc § Et quomodo in hac furti actione concludi debeat tradit Ang. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem, & Boss. in tit. de furto nume. 13. & 14. Etsi ab initio valor, & æstimatio rei subtractæ expressa non fuit, in processu postea potest liquidari, vt scribit Bart. in l. Pedius. §. Diuus ff. de incend. ruin. & naufr. Ang. in addit. ad Aret. in verbo, Valoris vers. 21.

94 Quod suprà diximus iudicem criminalem posse vnico iudicio etiam ciuiliter furem condemnare ad rerum subtractarum, vel earum valorem restitutionem, verum est, sed quoniam in consequentiam iudicij criminalis fert iudicium ciuile; ideo, vt reum condemnet ad bonorum restitutionem, necesse est, vt illum criminaliter punierit: nam si illum absoluisset criminaliter, non posset ciuiliter eundem condemnare, vt etiam tradit Riminald. in consi. 106. num. 8. lib. 1. inter var. consil crimin. Nata consil. 407. nu. 14. lib. 2. Crescen. in Rotæ decis. 167. lib. 1. Bertaz. consil. 232. libr. 1. per totum. huiusque rei plures reddit rationes Farinac. loco citato numero 65.

95 Hanc conclusionem vt Iudex possit reum condemnare criminaliter, & ciuiliter, procedere quando constat de delicto ex propria rei confessione, non autem si alio modo constet, vt putà per testes, vel per ipsius rei contumaciam dixit Bald. in l. Qui crimen nu. 28. C. Qui accus. non poss. & in l. Cunctos populos col 24. versic. Incidenter iuxta hoc C. de sum. trin. & fid. cathol. quem secuti sunt Alex. in addit. ad Bart. in l. Interdum §. Qui furem ff. de furt. Fel. in c. Cum oporteat col. fin. de accusat. Rol. cons 30. num. 18. vol. 1. Bertaz. consil 232. nume 6. & seq. Quando constat de furto per contuma-

tumaciam dicta Baldi opinio procedit,& omnes illam sequuntur, non autem quando per testes de furto cõstaret hoc enim casu meritò opinio Baldi reprobatur ab Aug.de Arimino in addit.ad Ang. de malef. in verbo, Per iudicem maleficiorum,& à Ruino consi.4. col.2.vol.4.Iul.Clar.in prac.crim. quæst. 2. versic. Et hæc quidem conclusio, vbi ipse Clar. subdit etiam contumaces posse condemnari ad restitutionem bonorum, quando ab eadem lege imponitur pœna ciuilis, & criminalis, & sic semper se vidisse seruari affirmat.

96 De eo tamen non est ambigendum, emptorem rei furtiuæ absque precij restitutione teneri eam domino tradere, cùm in l.Inciuilem C.de furt.sic legatur: Inciuilem rem desideratis, vt agnitas res furtiuas non prius reddatis, quàm precium fuerit solutum à dominis.l.Si mancipium C.de rei vend. facit l. Super empti C. de euict. l.Mater C. de rei vend. l. Si sciens C.ad S.C.Vell.l.Si debitor ff.Quæ in fraud. cred. Iul.Clar. in §.Furtum vers. Sed hic incidenter. Et hoc verum est etiam si bona fide rem furtiuam emat. Mascard.de probat.concl.831.num.18.Cæpola Cautel. 10. Alciat. reg.3. præsumpt.29.numer.7.Marf.sing.13. Volo tibi, Soc.reg.439.

97 Et hoc etiam ampliatur si res furtiua empta fuit in loco publico, & in publicis nundinis. Carrocius in tract.de re furt.pen.tert. reper.quæst.12.& 27.

98 Si vero bonæ fidei emptor rei furtiuæ illam eodem precio bona fide vendidit, quæritur an pro precio conueniri possit. De hoc agit Socin.d.reg.439.in 3.limit.& late Lud. Carbo de restitutione q.74. & tenetur emptor precium restituere quatenus factus est locupletior, scilicet si vendidit maiori precio quàm emit, ad illud plus tenetur. Etsi vendidit eodem precio quo emit,ad nihilum tenetur.l.Si & rem ff.de pet.hæred. Et si ei donata fuit, & vendidit ad precium restituendum cogi potest.

99 Si vero absque dolo aliquo quis rem furtiuam emisset, & illam consumpsisset, hoc casu emptor tenetur quatenus factus est locupletior Iul.Clar. in d. §. Furtum versic. Sed hic incidenter, Didacus in repet.c.Peccatum fol.303.

100 Et si res furtiua penes emptorem pereat, quæritur cuius periculo: in emptore bonæ fidei periculum, & damnum illius spectare ad dominum, non autem ad emptorem tradit Alber. in l. Qui vas §.fi.ff.de furt.Feder.consf.63.Contrarium sentit Host. de pœnit. & remiss.§.fin. vers.Quid de præda. Io.Lup.in rub.de donat. inter vir. & vxor.§ 65 nùm.53.

101 An vero condictione furtiua hæres furis conueniri possit, fure defuncto,post litem contestatam, pro integro, vel saltem quatenus ad ipsum hæredem aliquid de re furtiua peruenit,facit §.Non omnes Inst.de perp.& temp.act.& ibi Ang.l Si pro fure §.fin.& ibi Bart. & in l.In condictione in prin.ff.de cond.furt. Ang. de malef. in verbo,Qui iudex videns quod inqui-

sitа

siti non comparent col. 7. Et in verbo, Et vestem cælestem col 9. & ibi Aug. de Arim. in addit. plura allegantes, Idem Ang. in l. Qui a latronibus §. 1. colum. 5. ff de testam. vbi tractatur illa quæstio, An morte extinguatur delictum. Dec. in l. Pupillum §. In hæredes, & in l. Toties ff. de reg. iur.

102 Emptor rei furtiuæ in ipsam rem expensas erogauit, & melioramenta fecit quæritur an illa consequi possit? si est bonæ fidei emptor recuperat expensas, & meliorament orum æstimationes. alias non glos. singularis in l. Emptor ff. de rei vend. Doct. in l. Insulam §. fructus ff. solut. matr. & in c. Grauis de rest. spoliat. Fel. n. in c. Cum causam de re iudic Bald. cons. 303. colum. 1. vol. 1. Salic. in l. Doce ancillam C. de rei vendic. Alex. consil. 323. volum. 1. & 153. vol. 6. Cremen. sing. 105.

103 An emptor rei furtiuæ possit saltem precium repetere, & consequi à venditore ipsoque fure, dicendum est non posse si sciens rem furtiuam emit. l. si fundum C. de euict. Cin. in l. 1. num. 3. C. de præscr. trig. vel quadr. ann. & alij plures quos congerit, Carrocius in tract. de re furt. penes tertium reperta. si autem ignoranter emit, & sic bona fide nulli dubium posse à venditore precium repetere.

104 Qui autem à latronibus, siue ab hostibus, vel à piratis res furtiuas emunt, non tenentur illas sine precio restituere l. Mulier in opus. & l. In bello §. Si quis seruum. ff. de cap. & postl. reuer. Cæpol. caut. 10. Iaf. in l. Si precium C. de procur. Simon de Prætis de interpret. vlt. volunt. libr. 3. fol. 3. num. 4. Hostien. in summa de pænit. & remis. vers. Quid de predã ementibus. Ancher. in reg. Peccatum col. 13. Io. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. nu. 57. Alciat. reg. 3. præsumpt. 29. declar. 2. Summa Angelica in verbo restitutio. 1. num. 5. gl. in verbo restitutio 3. q. 7. Didac. in reg. Peccatum par. 3. in fine. cap. Rapinam 14. quæst. 5.

105 Et successiuè illud quoque in iure receptum est. Prædoni, qui locauit fundum, vel nauem, vecturam rectè solui, nec conductorem, qui soluit, posse iterum cogi ad soluendum domino l. Si vrbana ff. de cond. indeb. & ibi Castrẽ. inquit hoc esse intelligendum, si conductor bona fide soluit, ignorans illum fuisse prædonem, sed existimans illum esse verum dominum, & citat l. Filiæ in fine. ff. de solut. Dec. etiã cons. 407. Visis, & diligenter in prin. Bald. consil. 476. Factum tale est, numer. 4. volum. 1. Si autem dominus locauit, conductor prædoni non rectè soluit d. l. Si vrbana.

106 Traditur etiam alia limitatio, per quam emptor rei furtiuæ non potest cogi ad illam restituẽdam, nisi ei restituto precio à domino illius; quando scilicet illam emptor emit ea mente vt illam restituat domino suo, & sic illius negocium gerendo, & de hoc tempore emptionis protestetur. Hostien. in summa de pœn §. fin. vers. Quid si emit rem deprædatam Cæpol. in d. cautel. 10. Quod reprobatur

batur à Nata consil.436. & à Boss. in tit.de furt.num.50.dicit tamen saltem hoc casu protestationem debere publicè fieri c.Vt nostrum §.fin. de elect. & l. Non existimo ff.de admin.tut. Vide præclarum text. in l. Falsus §. Qui alienum ff. de furt. Quidam addunt hoc verum esse, si emptor verisimiliter credebat dominum rei furtiuę non posse aliter rem illam recuperare, & precium fuit modicum. Didac.in relect.c.Peccatum par.3. §.1.numer.5. Hostien. loco citato versi. Quid de prædam ementib. & alij à Carbone relati in tract. de restit.quæst.74. Aliam limitationem tradit Afflict. ad cautel. Cæpolæ, & dictum Hostien. in §.Receptatoribus colum.2. de pac.iur. firm. Vide Alciat. in tract. præsumpt. reg.3. præsumpt.29. nu.2. vbi late hũc articulum examinat.

107 Perspicuum est rem alienam vendi posse, quamuis emptori auferri possit l.Rem alienam ff. de contrah. empt. quod in re immobili Accurs.ibi intelligit,& in l.Si in emptione §. Item si emptor ff. eod. traditur à Iurisconsulto theorica hoc modo: Si emptor,& venditor scit rem venditam esse furtiuam,à neutra parte obligatio contrahitur: Si autem solus emptor scit,non obligatur venditor: si autem venditor sciuit, & emptor ignorauit, vtrinque obligatio contrahitur.

108 Quando autem res furtiuæ restituendæ sunt, si non extant, vel de illarum qualitate non constat, quæritur, an deferendum sit iuramentum domino, & illius iuramento res ipsæ,ac eorum precium sit comprobandum. Dominum rerum subtractarum, de quibus non apparet, posse suo iuramento illas comprobare,& æstimare tradit Bart. in l.In actione numer. 1. in l.Qui tabularum num.2. ff.de furt. & in l. Si quis ex argentarijs §. An vero nec hæredi numer. 1. ff.de eden. & in l.Ne quid num.3. ff.de incend.ruin. & naufr. & in l.1.ff.de fur.aduer.naut.caup stab. & in l.In actionibus num.23.ff.de in lit.iur. Bald.in rubr.C.depositi, in princ.& in l.1.num.2. C.Quod met.caus. Paul.Castren.in l.Si creditor C.de pign.act. Thom.Grammat. consil. 17. Conditoris machinæ numer.2.Specul.de iuram. delat.§.Si vero sit causa nume.70. Rom.in l.In actionibus numer. 4. & 24 ff.de in lit.iur. Grot. consil. 61.num.16.lib.2.& consil.95.nu.2. eod.lib.2.Paris consil.74.nume.5. & seq.lib.1. Marsil.in rubr. C.de probat.num.146. Alexand. in l.2. num.4.ff.de dam.infec. Ias.in l. Si quando num.47. C.vnde vi, & ibi Plot.num.129.195.675.& Ias.in d.l.In actionibus numer.41. Abb. in cap.Super eo num.7.& seq. De his, quæ vi met. ve caus.fin. Fulgosus in l. Si de possessione C. de probat.Io.Ancher.Regien.quęst. 61.numer.11.part.1. vbi affirmat hanc esse communem Doctorum sententiam. Quod etiam confirmat Cagnol.in l.1.num.130.C de sent.quæ pro eo quod inter. Boss. tit.de furtis, & tit. de rapinis numer. 36. & testatur de communi Mascard. de probat. conclus.934. num.5.& quæst.9.num.34. vol.1.

Franc. Brusat. consil. 325. nu. 119. lib. 3. Iul. Clar. in §. Furtum vers. Item contra furem dicit ita quotidie obseruari, vt admittatur hoc iuramentum in litem vbi est difficultas probationis: & difficultatem probationis tunc esse dicit, quando res furtiuæ non extant.

109 Debet tamen prius constare de delicto, vt habetur in l Si quando C. vnde vi, & latè tradit Mascard. de probat. conclus. 934. numer. 1. In furto enim præsumpto non est locus huic iuramento Angel. & Alex. in Auth. Si quis in aliquo nume. 9. C. de eden. Fel. in c. Sicut num. 7. de re iud Mascard. de probat. d. concl. 934. num. 27.

110 Extenditur hæc conclusio ad quodlibet violentiæ, damnique genus. Innoc. in c. vlt. De his quæ vi met. ve caus. fi. Ias. in l. Si quando C. Vnde vi nume. 44. Mascard. de probat. concl. 934. numer. 2. Io. Bapt. Plot. in d. l. Si quando Ias. in l. Videamus § Deferre numer. 12. & 13. ff. de in lit. iur. Fel. in c. Veniens il 2. col. 4. de testib. Crotus consil. 122. num. 12. Alciat. consil. 375. num 4 Duaren. in l. In actionibus num. 50 ff. de in lit. iur.

111 Ampliatur quoque hoc habere locum in cohærede, cuius iuramento statur de rebus subtractis, vt tradit Ancher. consil. 286. vbi tamen dicit habendam esse considerationem personarum. Idem monuit Io. Bapt. Plot. in d. l. Si quando num. 307 & num. 399. testatur de communi opinione.

112 Tanto magis si constat in indiuiduo de re furtiua non extante potest illius dominus suo iuramento eius precium æstimare Alex. consil. 103. Videtur prima consideratione dicendum num 4. vol. i. vbi hanc esse communem opinionem affirmat Bart. in d. l. Si quando num. 4. Paris. consil. 109. Dominus Bernardinus num. 3. vol. 3. Grat. consil. 61. In causa Francisci de Vrsis numer. 15. vol. 2. Bald. in d. l. In actionibus §. Plane col. fi. ff. de in lit. iur. Imol. in cap. Super eo nume. 2. & 4. & ibi etiam Abb. nume. 7. & seq. de his quæ vi met. ve caus. fin. Boss. in tit. de rapinis num. 30. vbi dicit hoc admitti in odium furis.

113 Quod quidem precium probari debet secundum tempus furti commissi Barr. in l. Pedius §. Diuus nume. 3. ff de incend. ruin. & naufr. Bald. consi. 98. vers. 1. vol. 5. & cons. 238. numer. 15. vol. 2. Soc. Sen. consil 8. num. 2. vol. 1. Boss. in tit. de furtis num. 14.

114 Hoc tamen absolutè non procedit, sed inspecta qualitate personæ cui bona subtracta fuerunt: quod intellige non solum quo ad æstimationem ipsorum bonorum, sed etiam ad quantitatem eorum, an sit verisimile eum tot bona habuisse, vel tantæ fuisse æstimationis, & iuramentum esse deferendum nisi verisimilitudo resistat, quæ quidem verisimilitudo debet in hoc arbitrium Iudicis moderare: quid enim si dominus diceret sibi ingentem pecuniæ quantitatem fuisse subtractam, vel gemmas maximi precij, cùm ipse esset pauper? Debet etiam prudēs iudex conditionem ipsius domini perpendere, nec facile

viro

viro improbo, & scelesto iuramentum deferre. Mascard. de probat. volum. 1. quæst. 9. num. 38. & seq. Franc. Curtius consil. 44. num. 83. Abb. Sicul. in cap. fin. in fine. De his quæ vi met. ve caus. fin. Beneuen. Straccha de mercat. part. 2. numer. 22. & in hac materia extat Bulla Leonis X. Sum. Pont. quam refert Farinac. in praxi, in tit. de delict. & pœnis, quæst. 24. nu. 222.

115 Ex his infertur Actorem debere prius describere quantitatem bonorum sibi ablatorum, & eorum valorem, quibus inspectis, & considerata illius conditione, & qualitate, tunc Iudex suo arbitrio statuat, prout sibi videbitur, vel, vt liberum, & absolutum eidem deferatur iuramentum, vel limitatum: potest enim esse, vt furto subtracta fuerint bona, sed non tot, quot dominus asserit, vel minoris æstimationis fuisse, quàm ipse dixerit: & ideò iudex, si verisimilitudo resistit, vel si ita eius conscientiæ videtur, debet taxare precium rei subtractæ, & domini damnum, & interesse ad certam quantitatem, iurante tamen eo qui damnum passus est suum damnum, & interesse taxatam, vel minorem quantitatem adæquare, prout dominus iurauerit; maiorem autem summam quàm iudex taxauerit iurare non potest. Pari modo Iudex potest quantitatem bonorum restringere, & limitare ad certum numerum, vel minorem, prout dominus iurauerit: & sic ad quantitatem, & precium iuratum altera pars tenebitur, non autem ad maiorem l. Si quando C. Vnde vi, & ibi glos. in verbo, qualitate, & ibi etiam Salyc. c. fin. de his, quæ vi met. ve caus. fin. l. Si traditio C. de act. empt. Bart. in l. Vni. num. 5. ff. de furt. in l. In actionibus §. Plane. ff. de in lit. iur. & ibi Bald. & Rom. ibi testatur hanc esse communem opinionem Marsil. in rubr. C. de probat. num. 134. Paris. consil. 74. num. 10 volum. 1. dicit in hac re plurimum versari iudicis arbitrium, idem dicit Ias. in d. l. In actionibus num. 41. & in d. l. Si quando numer. 35. Abb. in c. Super eo numer. 6. de his quæ vi met. ve caus. Curt. Iun. in l. Si quis in aliquo num. 29. C. de eden. Mascard. de probat. conclu. 832. nu. 3. & concl. 934. nu. 29. & conc. 1329. num. 18. Boss. in tit. de rapinis numer. 36. & seq. Menoch. de arbitr. iudic lib. 2. cas. 208. num. 4. & seq. Vide tamen glos. in l. Semper §. Si qui in fine ff. Quod vi, aut clam distinguêtem actorem teneri probare interesse suum, quando culpa rei damnum successit, si vero dolo accidit iuramentum sufficere, & ibi plures leges allatas.

116 Huiusmodi autem iuramẽtum defertur ei, cui damnum datum fuit, non solum ob difficultatem probationis, sed etiam in odium furis gl. in d. l. Si quando C. Vnde vi, in verbo, Manifestet, & ibi Bald. nume. 3. & Ias. numer. 35. & Bald. in l. Qui accusare numer. 2. & 3. C. de eden. & hæc probatio per iuramentum fit etiam parte in ius non vocata, vt tradit Marsil. in l. De vno quoq; nu. 104. ff. de re iudicata. Farinac. in praxi, ti. de delict. & pœn. q. 24. num. 215.

Hinc

117 Hinc sequitur, vt si alio modo quãtitas bonorum subtractorum, vel illorum precium probari possit non sit locus huiusmodi iuramento: & similiter in casu, in quo odium furis considerari non possit, non erit hoc iuramentum deferendum vt exemplis Doct. confirmant, quando qui damnum passus est, experitur contra vniuersitatẽ, vel pagum; vt plurimùm enim statutis ciuitatum Italiæ (vt rustici, vel à furtis abstineant, vel vt faciliùs furta detegantur) sancitum est, vt, fure non inuento, Vniuersitas teneatur damnum resarcire: verum quoniam Vniuersitas non deliquit, & sic illius odium non est considerandum, non est locus huic iuramento, textus est singularis in l. Ex maleficijs §. Tutelæ & ibi glo. in verbo, Non ex maleficio, & in §. Is quoque il 2. ff. de act. & oblig. l. 1. C. Quan. ex fac. tut. Bart. in l. Si quando C. vnde vi, & in l. Ne quid num. 3. vers. Quæro nunc ff. de incen. ruin. & naufr. & in l. Diuus ff. de re milit. Ias. in d. l. Si quãdo num 36. Paris consil. 74. num. 40. vol. 1. Ancher. quæst. 61. num. 12. par. 1. Mascard. de probat. cõcl. 934. nu. 17. & seq.

118 Hoc casu tamen etiam minus idonea probatio sufficere potest arbitrio Iudicis, vt per familiares, per socios domini rei subtractæ, & per alias huiusmodi probationes Ang in l. 3. §. Idem Diuus ff. de testibus Bart. in d. l. Si quando numer. 4. C. vnde vi, Paris consil. 74. numer. 12. vol. 1. & hanc esse communem opinionem affirmat Mascard. de probat. concl. 832. nu. 6. in fine. De hac re disputantem vide Farinac. in praxi tit. de delic. & pœn. quæst. 24. num. 215.

119 Pari modo iuramentum hospiti non defertur, cui in hospitio bona subtracta fuerunt contra cauponem, nautam, vel stabularium, quia non constat furtum commissum fuisse à caupone, vel ab eius familiaribus, seu à viatoribus: & sic cum ex facto alieno caupo teneatur, vel teneri possit, non est standum iuramento hospitis contra illum, cuius dolus certus non est: de qua re, & de alijs ad nautas, caupones, & stabularios pertinentes, quia in §. 7. tractabimus, ideo hic non insisto.

120 Tũc autem est probationis difficultas, vt locus sit huic iuramento, quando res ad oculum demonstrari non possunt, quia non extant l. Cum res §. fin. ff. de leg. 1. l. Numis, & l. In actionibus. Et ibi Bart. col. vlt. numer. 22. ff. de in lit. iur. Mascard. de probatio. concl. 934. num. 8. & 9.

121 Hinc infertur, vt ei, cui furtum factum fuit, vel aliquod damnum illatum, non sit deferendum iuramentum, quando pars aduersa vellet contrarium probare, vt tradit Bart. in l. 2. §. Si à pupillo col. 2. nume. 6. ff. pro emp. Ang in l. Qui restituere col. 2 ff. de rei vend. & in l. Qui vas in princ. ff. de furt. & alij citati à Mascard. de prob. concl. 934. numer 23 quo in loco de hoc iuramento in litem latè tractat. Quando autem quis teneatur ad interesse scribunt Doct. in l. vnica C. de sent. quæ pro eo.

122 Nunc de illis est dicendum, qui non

non opem, sed consilium ad furandum dant. Consilium est vox æquiuoca, quæ plures habet significationes, quas refert Decian. in sua Apologia contra Alciatum cap.2. numer. 15. Sed quod ad rem nostram spectat. Consilium est aliquid faciendi, non faciendi ve ratio excogitata, vt Cic. definit li.2. de inuent.

123 Consilium præcedit delictum: opem autem ante, in, & post delictum, & sic omni tempore interuenire posse suprà diximus. Et quod consilium dicatur respectu futurorum, non autem præteritorum tradit Bald. in l. 1. col. 5. C.de ser.fugit.

124 Consilium est voluntarium, eoque nemo cogitur l. 2. in fine ff.mand. c.Cum olim, & ibi gl.in verbo Discordet, de arbitr. cum legibus ibi citatis, & §. Tua tantum Inst. de mand. Ias. in l. Diui in secunda lect.col.j.ff.de leg.1. & in l.1.col.5.C.de ser.fugit.

125 Regula iuris est neminem ex consilio obligari d.l.2.ff.mand.& est generatim verum consulētem non obligari ei, cui consilium dedit glo.in d.l.2.in verbo, Quia nemo ex consilio. Si autem dolus intercedat tenetur consulens. d. l.2.in fin.ff.mand.l.1. §.Persuadere ff.de ser.corrup.& in l. Consilij ff.de reg.iur.& in §.Ope, & consilio Inst. de oblig. quæ ex del.nasc. Tenetur igitur consulens illi, in cuius perniciem dolo consilium dedit, sed quoniam id varijs modis succedere potest, opus est, vt distinguendo plures casus proponamus: non enim nobis satisfacit simplex diuisio Iul. Clar. in pract. crim.quæst.88.dum inquit: Si delinquens non erat facturus sine consilio vtrumque pari modo teneri. Si autem erat etiam sine Consilio facturus, consulentem iudicis arbitrio esse puniendum: sed expedit, vt accuratiorem distinctionem adhibeamus.

126 Primo igitur potest casus figurari in consulente alicui, vt furtum faceret, qui fecit, & absque consilio non erat facturus: & tunc consulens tenetur perinde ac furti author. l.Qui seruo, in princip. ff.de furt. l. Sæpe ff. de verb. sign. §.Non solum Inst.de iniur.cap.Sicut dignum de homic. & ibi Felin. Dec.in l.Consilij num.4. ff.de reg.iur. & ibi Cagnol. nu.6. Bald. & Alber. in l.Ob hæc verba ff.de his,qui not.infam. Bald.in l.Data opera num.52.C.de his,qui accus. non pos.& in l.1. num.6. C.de ser. fugit. Ang. consil.52. Corn. consil.58.lib.4.Cœpol.cons.65.

127 Nisi ex aliquo accidenti grauius delinquens puniretur, prout est in furto manifesto, vbi suasor, aut consultor de furto non manifesto tenetur. Item si ratione loci, vel temporis grauius redderetur delictum. Vel si ex forma statuti reus negans expressa in inquisitione esset in duplum puniendus: in huiusmodi enim casibus, non mirum est si delinquens grauius quàm consultor teneretur, ob aliam concurrentem causam, vt diximus. Bart.in l. Qui seruo. §.Item placuit ff.de furt. Dec.in l.Consilij num.10.ff.de reg.iur.& in d.cap.1.num.10.versi. Octauo

fallit

fallit de offic.de leg. Menoch. de arbitrar.iudic.lib.2.caf.351. numero 20.

128 Secundus casus erit, quando consultus erat etiam sine consilio furtum commissurus: tunc enim consulens de furto non tenetur: & de hoc est tex.expressus in §. Interdum quoque Inst.de oblig.quę ex del.nasc.vbi sic legitur: Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum non tenetur furti. facit l.Non solum §.si mandato vers. Attilicinius ff. de iniur.& ibi glo. Quidam contra senserunt, vt Salic.in l.vnica.C.de raptu virg.sed tu conciliando dic, Consulentes non teneri eadem pęna, sed leuiori, ex arbitrio ob malum consilium. cap.Sicut dignum §.Qui vero de homic.gl.in §.Ope, in verbo, Certè Inst.de oblig.quæ ex delic.nasc.& in l.1.§.Persuadere ff.de ser.corrupt. Bart. in l. Sæpe.ff.de verb.sign. Socin.iun. consil.48.num.17.lib.2. Boss.in tract. de mandato num. 59. Didac. in clem.1.part.2 §.2.nume.1. de homic. Plaz. libr. 1. Epitom. delict. cap.17.nume.8. Iul.Clar. in pract. crim. quæst.88. Stracchain tract. de decoctoribus par.2. nu.5. Non enim consultor, aut suasor debuit prauo consilio iniquo viro malitiam augere, & ideo in d. §.Interdum quoque non dicitur absolutè consulentem non teneri, sed dicitur non teneri furti. Dec. in d.l.Consilij ff.de reg.iur. Hoc autem arbitrium iudicis est moderandum secundùm qualitatem delicti persuasi, & etiam secundùm qualitatẽ suasionis: aliud est enim simpliciter consilium dare, & aliud enixè, & efficaciter persuadere: hoc enim casu est potius instigator, quàm consultor, de quo loquitur l. 1. §. Incidit ff. ad S. C. Turpil. & ibi Bart. Salyc. in d. l. vnica.Dyn.in cap.Nullus ex consilio de reg.iur.in 6. Et Doctores distinguunt nudum consilium quod nihil addit, à consilio quod augeret malitiam glo. in Clemen. in verbo Consiliarios de foro cõp. Dec.in d.l.Consilij nume.5.ff.de reg.iur. & procul dubio consultor ab exhortatore, & instigatore non parum distat, de vtroque eorum agit Iul. Clar. in d. quæst. 88. & cur quandoque consulens minori pœna puniatur tradit. Dec.in d.l.Consilij numer.16.vbi plures allegat.

129 Secus tamen est in atrocioribus, & exceptis criminibus, in quibus consulens, etiam si delinquens sine consilio erat facturus eadem pœna punitur l.Nihil interest ff.ad l.Corn.de sicar. l.Vtrum ff.ad l.Pomp.de parricid.l.1.§.Incidit ff.ad S.C.Turpil. l.Si quis nõ dicam rapere C.de ser.fugit. Dec. in d.l.Consilij numer. 5. Contrarium tamen tenentem vide Menoch.de arbit.iudic.lib.2.cas.351. numer.20.& ibi adducta per eum, qui concludit etiam in atrocioribus mitius consulentes, quàm principales delinquentes puniri.

130 In crimine serui corrupti etiã si seruus fugere volebat punitur consulens:non enim oportuit laudando augeri malitiam §. Cœterum

fum Inst. de lege Aquilia. §. In quadruplum Inst. de act. l. 1. §. Persuadere ff. de ser. corrupt. glo. in §. Interdum quoque Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. & gl. in l. Qui seruo ff. de furt. pulcherrimus est text. in §. Sed & si credat, versic. Vnde illud Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. vbi casus talis proponitur ab Imp. Titius seruum Meuij solicitauit, vt res domino surriperet, & ad eum perferret, qua re à seruo domino renuntiata, is permisit seruum suum quasdam res tamquam furtiuas ad Titium perferre, vt illum in delicto deprehenderet, super qua dubitatione cum variæ fuissent antiquorum opiniones, an Titius furti, vel serui corrupti iudicio, an neutro illorum teneretur, Iustinianus in l. Si quis persuaserit C. de furt. & ser. corrup. & in d. §. Sed & si credat voluit contra istum, & furti, & serui corrupti actionem dari: nam licet hoc casu seruus a solicitatore deterior factus non fuerit: tamen quia hoc consilium in perniciem probitatis illius fuerat introductum, noluit permittere huius impunitate, alios seruos, qui facile possent corrumpi, solicitari.

131 Si autem consultus attentauit, sed non consumauit delictum, si non erat facturus, in crimine furti, & in alijs criminibus ordinarijs consultor extra ordinem ex arbitrio iudicis est puniendus, in atrocioribus autem tenetur, vt supra diximus. Si vero attentator erat etiam sine consilio facturus, consulens non tenetur nisi in atrocioribus Bald. in l. 1. num. 6. vers. Et consilium C. de ser. fug. Dec. in cap. 1. num. 9. vers. Non tamen videtur de off. de leg. & in simili habetur, Constitutionem vt fur sit excommunicatus locum non habere nisi perfecto delicto, & consumato Bald. in l. Si quis seruum in fine C. de furt.

132 Si vero consultus nihil fecit, consulens in criminibus atrocioribus tenetur, in furto autem, & in alijs delictis ordinarijs non tenetur. Et sic vides casum in quo consulens tenetur, & consultus non, & ratio est, quia consultus non deliquit, & consulens male consulendo deliquit, & ideo puniri debet: malum enim consilium, consultori pessimum.

133 Quando consilium consideratur vti causa delicti non solet vniuersè puniri, nisi delicto secuto Card. in clem. 1. in princ. in q. 12. de pœn. Signor. cons. 135. Dec. in l. Consilij num. 10. ff. de regul. iur. nec consulens condemnatur, si deliquens fuit absolutus Io. de Anania in cap. Ad audientiam de homic. colum. 3. & ibi Abb. Petr. de Ancharano in reg. Accessorium 11. cart. colum. 1. versic. iuxta prędicta quæro, de reg. iur. in 6. Dec. con. 8. colum. 4. in fine. Si autem malum consilium simpliciter, & separatim per se consideretur, pœnam meretur, quia est species criminis Bald. in l. Data opera colum. 17. C. Qui accus. facit l. 1. §. Persuadere ff. de ser. corrup. Bart. in l. Non solum §. Si mandato ff. de iniur. Salyc. in l. 1. colum. 3. in 1. quæst. C. de rapt. virg. Dec. in d. l. Consilij num. 10.

K Dubi-

134 Dubitari etiam potest, quid iuris sit de eo, qui, re integra, consilium reuocauit: si essemus in mandato, vel in eo, qui consulentis nomine deliquit, de quo Dec. in d.l. Consilij nume.8. ff. de regul. iur. resolutio esset facilis, quia per reuocationem mandati, mandatario, re integra, denuntiatam vlterius mandans non tenetur. l. Si mandasset ff. mand. Salyc. in l. Non ideo minus in 3. quæst. C. de accusat. §. Rectè Inst. de mand. cap. In causis, cum glos. in verbo, Integra de elect. sed in consulente, vt non teneatur, maxime in casu, in quo quis absque consilio non erat facturus, non satis est, si dicat, consulto se consilium reuocare, quia cum iam fuerit persuasus, ex simplici retractatione consilij non dissuadetur: sed necesse est, vt adeo claram, & efficacem canat palinodiam, vt illum à proposito reuocet vt non teneatur. Innoc. in cap. Ad audientiam de homic. & ibi Io. de Anan. colum. 3. Ang. de malef. in verbo, Mandatorem in fine, Alex. cons. 65. Visa col. 3. lib. 4. Fel. in d.c. Ad audientiam. Bald. in l. Mandatum in fine, vers. Sed hic incidenter quæro, C. mandati. Et non dicitur illum ab ea mente dimouisse, si consultus delinquat, quando alias non erat facturus: iccirco Doct. addunt aliud quoque esse necessarium ad euitandam pęnam, vt scilicet consulens denunciet, & significet ei, contra quem consilium dederat, vt præcauere possit. Inn. in d. cap. Ad audientiam de homic. quem Bart. est secutus in l. Non solum §. Si mandato ff. de iniur. idem sen sit Salyc. in d.l. vnica in 4. colum. Et ratio diuersitatis est, quia in mādatario, qui operatur ad instantiam alterius, reuocato mandato, cessat causa delinquendi, & sic res ad primum suum terminum reducitur: in consulto autem qui non agit ad alterius petitionem, sed ex se, reuocatio consilij non est sufficiens ad impediendum delictum, nec res ob istam reuocationem, etiam subsecuta notitia data illi, in cuius pernitiem emanauit consilium, est reducta ad primum statum. Vnde arbitror illum, qui malum consilium dedit ei, qui alias non erat facturus, quamuis reuocet consilium, idque consulto significet, & denunciet etiam ei, in quem datum fuit consilium, vt caueat, si tamen delictum subsequatur, quia ille non potuerit satis præcauere, nihilominus extra ordinem iudicis arbitrio esse puniendum, de qua re Menoch. tradit in lib. de arbit. Iudic. libr. 2. cas. 351. num. 8. Addo consilium, rationibus iam dictis, morte non deleri Bald. in addit. ad Specul. de leg. in 1. col. vers. Præceptum, & ibi per Spec. §. Restat videre, vers. Item mortuo, & idem Bald. in addit. ad eundem Specul. in tit. De requir. cons. vers. Ad consilium.

135 Interdum tamen ad nihilum tenetur consulens furtum, vel suadens, imo laudem meretur, quod exemplo eius confirmari potest, qui consuluit, vel suasit, vt minus furtum faceret ille, qui iam decreuerat maius furtum facere; vt dum consilium datur ei, qui

bouem

bouem erat furaturus; vt vitulum subtrahat: vel vt rem profanam contrectet, qui sacram erat ablaturus: hoc enim non est malum suadere, sed à maiori malo delinquentem retrahere. & sic Loth vir iustus Gen. cap. 19. Sodomitis filias obtulit, ne masculis abuterentur. D. Thomas 2. 2. quæst. 78. art. 4. Caietanus, Sotus, & alij à Carbone relati in tract. de restitutione quæst. 69. hanc sententiam confirmant.

136 Alia suboritur quæstio, quæ talis est. Statuto cauetur, vt ille, qui opem, vel auxilium præstat malefactori, putà furi ad furtum committendum puniatur in quinquaginta: quæritur an ille, qui consuluit, & suasit alicui vt furtum faceret comprehendatur in decisione huius statu ti. hanc quæstionem proposuit Salyc. in l. vnica C. de rapt. virg. in 4. colum. & ad partes examinata, demum concludit non comprehendi in statuto, & affert l. Qui seruo in 1. & 2. responso ff. de furt. quæ opinio vera est, & in iudicijs seruatur. Nam cōsilium consistit in verbis, sed auxilium in facto Bald. in l. 1. col. 2. C. de ser. fugit. Et an statutum imponens pœnam facienti, vel mandanti valeat in consulente tractat Bald. in l. Non ideo minus colum. 6. vers. Ego reuertor C. de accusat. Alex. cons. 65. lib. 4. Bart. in l. 1. ff de sicar. & in l. In furti ff. de furtis. & Salic. in l. 1. C. de ser. fugit. Abb. in cap. Inter solicitudinem de purg. vulg. & notatur in cap. Mulieres, de sent. excomm.

137 Quoniam præcipua distinctio in hac materia est an ille, cui datum fuit consilium, erat sine consilio facturus, nec ne, quæro quomodo hoc cognosci possit, vel probari debeat? Dic hanc rem in animo latentem coniecturis probari debere, faciunt tradita per Bart. in l. Si ventri §. fin. ff. de priuil. credit. Bald. in l. 1. colum. 4. C. de seru. fug. & in cap. 1 §. Iniuria colum. 8. vers. Quæro si Titius de pac. iur. firm. & in l. Multum interest colum. 5. C. si quis alteri, vel sibi, Dec. in l. Consilij nume. 9. ff. de reg. iur.

138 Si autem coniecturæ cessant, ex quo in dubio delictum non præsumitur, ideo non creditur, vt delinquens sine consilio deliquisset, & proinde cum præsumptio insurgat in fauorem consulti, onus probandi consultori incumbit. l. Merito ff. pro socio cap. 1. de Scurtinio. Fel. in cap. 1. colum. 5. de off. deleg. & in cap. Sicut dignum colum 4. de homic. Bald. in l. Data opera colum. 17. C. Qui accusare, Ang. in l. 1. in princ. vers. Vltimo est videre ff. de eo per quem fac. est, Io. de Anan. post Card. in c. Ad audientiam in 5. col. in fin. de homic. Bald. in l. 1 col. 2. C. de ser. fugit. Bald. in sua Margarita vers. Consilium, Dec. in l. Consilij ff. de reg. iur. num. 9.

139 Quando autem quis dicatur consilium præstare notat Bart. in d. l. Non solum § Mandato in fine Bald. in l. 1. 4. opposit. C. de ser. fugit. & in cons. 120. In quæstione lib. 3. Ang. de malef. in verbo Mandatorem in fine, & in cons. 22. Pro

decisione quæstionis, Cæpola consil.27. colum.1. Lucas de Penna in rubr. C. de silentiarijs lib 12.

140 De eo, qui furtum ab alio commissum ratum habet, & ratificat nunc est dicendum. Regula est protrita, ratihabitionem retrotrahi, & mandato æquiparari. c. Ratihabitio de reg. iur. in 6. not. in l. Si quis mihi bona §. Iussum ff. de acquir. hęred. l.1. §. sed si cum quis ff. de vi, & vi arm. l. fin. & ibi Bald. C. ad S. C. Maced. Et hinc est, quod ille, qui ratificat delictum nomine suo patratum tenetur perinde, ac si illud patrasset. Ang. Aret. in tract. malef. vers. Mandatorem. gl. in d. §. Sed & si cum quis in verbo, Ratihabitione Bart. ibidem in vers. Vltimo loco quæro, Bald. in d. l. fin. C. ad S. C. Maced. Et in specie ratificantem spolium nomine suo factum obligari scribit Paul. de Castro consil. 263. incip. Videtur quod per prædicta: vide Bald. in l. Non ideo minus col. 8. Vers. secundo quæritur an in delictis C. de accusat. & ibi Salic. Spec. in tit. de abolit. § 2. vers. Is igitur. Card. in clem. 1. post glo. de pœnis.

141 Qui res alienas à dominis amissas reperiunt, eas propalare, & dominis restituere tenentur, alioquin similes sunt raptoribus cap. Multi 14. quæst. 5. nam si non restituunt rem inuentam domino, furtum committunt, & ex arbitrio puniri debent. l. Falsus creditor §. Qui alienum ff. de furt. & ibi Bart. c. Si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. 14. quæst. 5. desumptum ex Di. Augustini serm. 19. de verbis Apostoli, Chassan. in tit. Des iustices, & droictz d'icelles §. 3. in fine super consuet. Burgun. Felin. in c. Cum dilecti col. 8. de accusat. Hocque nobis Petrus Apostolus videtur admonere dũ cap. 4. ep. inquit, Nemo autem vestrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Origenes in Leuiticum lib. 4. inquit: Inuenta non restituere dicendo mihi Deus dedit, est peccatum, & rapina: & Di. August. ait: Si res aliena, propter quam peccatum est, reddi possit, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur: si autem vera agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum 14. q. 6. cap. Si res, &c. Si quid eadem caus. quæst. 5. & lege diuina Leuitici cap. 6. qui negabat rem inuentam ad quintam partem illius supra rei inuentæ restitutionem plectebatur.

142 Quando autem restituenda, ob aliquod impedimentum, vel quia fuerit consumpta, restitui non potest, tunc precium est restituendum c. Comperimus 14 q. 6.

143 Inuentores autem si petant pręmium inuentionis, quæ Græci dicunt εὕρετρα, siue potius μήνυτρα (quod præmium nunciationis, vel indicij Budæus, & Alciat. interpretantur) non probè id facere Vlpianus tradit in d. l. Falsus creditor. §. Qui alienum ff. de furt. sed quamuis inuentori aliquid pro inuentione non debeatur, vt tradunt Doct. per text. in d. §. Qui alienum, Hostien. tamen in c. Dudum de elect. arbitratur

non

non esse iniquum, vt aliquid inuentori detur, & Ant. de Butr. in d. cap. Dudum numer. 26. dicit inuentorem posse à domino rei inuentæ competens præmium accipere: & hoc verum est, non autem vt dominus ab inuentore cogi possit: si ergo, vt plerumque fit, honestumque esse censetur dominus rei deperditæ aliquid probo inuentori, ac restitutori donat, id non solum tuta conscientia accipit, sed imo hoc munusculum eidem iucundius erit, quàm si, conscientia reclamante, totam rem inuentam dolo malo retineret, iuxta illud Hesiodi:

Quod datur est melius, scelus est mortale rapina,
Nam quicunque volens aliquid donarit, in ipso
Lætior est dono, metemque oblectat amici:
At qui posthabito quidquam rapuisse pudore
Ausit, vt vt modicum, charum contristat amicum.

Et diuino iudicio permittitur, vt quis diu re furtiua non lætetur, sed imo ab alijs nequioribus furibus ipsa res eidem abripiatur, vt de se ipso ingenuè fassus est ille, qui in suis ædibus hoc distichon inscripsit.

Congeries lapidum varijs constructa rapinis,
Aut ruet, aut vret, aut raptor alter habebit.

144 Si autem inuentori, facta diligenti, & publica inquisitione (quam facere tenetur, non autem præconizare, vt inquit Socin. in c. Cum dilecti de accusat. num. 30. quia per communem consuetudinem excusatur, cum nomine eorum, qui res suas amittunt, fiant publicæ denunciationes, vt Scappius etiam animaduertit in tit. de furto libr. 5. cap. 155. num. 9.) non constiterit de domino rei inuentæ, dubitatum fuit, an tali casu rem inuentam pro se retinere possit tuta conscientia in iure diuino Numeri cap. 5. Quando non reperitur ille cui satisfactio est facienda, datur Sacerdoti. ibi enim legitur: Si autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit Sacerdotis. Sed Bald. in l. 1. ff. de rer. diuis. & in Auth. Omnes peregrini C. commun. de success. censuit Episcopo esse tradendam, vt illam in pauperes eroget: prout etiam in materia vsurarum sancitum est c. Cum tu, de vsuris. Si verò inuentor sit pauper Iodoch. in sua praxi crimin. in tit. de repertis existimat hoc casu eum posse illa frui instar eleemosinæ sibi factæ, sed interim teneatur preces Deo fundere, pro anima illius, qui rem amisit.

145 Quando quoque ex causa furti commissi quis in pauperes aliquid erogare tenetur, vt quando nec dominus, nec eius hęredes rei furtiuæ extant, si ipse met egenus sit, de Consilio Ordinarij, vel Confessarij partem illius, vel etiam totum retinere poterit, vt tradit Nauarrus in manual. cap. 17. num. 93. & Franc. Sarm. Episc. Gien. libr. 8. selectarum quos refert, & sequitur Io. Segura in suo Directorio iudicum cap. 11. num. 14. & Lud. Carbo hanc rem examinat in suo

tract.de restitutione quæst.76. faciunt ad hanc materiam quæ scripsit Marsil.in l. Vnius facinoris §. Seruo qui vltro nu.9. ff.de quæst. vbi inquit obligatum facere eleemosinam alterius nomine, posse eam sibi ipsi facere, si est in euiden ti necessitate, & affert Fel. in cap. Cœterum col. penult. de off. ordin. & Marian. Socin. consil. 11. Circa præsentem col.2.

146 Hinc infertur executores datos ad distribuendum, licèt regulariter non possint se ipsos, vel domesticos suos eligere, nec in proprios vsus ipsas res conuertere cap. Tua nos de testam. Card Zabar. in cle. 1. colum. penult. vers. Vigesimo secundo quæro, de testam. hoc tamen (vt inquit Illustriss. Card. Mantica libr.8.tit.5.numer.9.de coniect. vlt. volunt.) temperari debet, nisi ipse executor sit in summa necessitate constitutus, secundum leges, & auctoritates ibi allatas: & eodem in loco à simili argumentatur, inquiens: si ob ingentem necessitatem potest aliena rapere c. Si quis propter necessitatem de furt. & dicemus infra in §.10 multò magis executor, ac inuentor poterit ea pro suis indigentijs retinere, quæ in alios egenos distribuere tenetur: & ratio est, quia iste proprium filium pauperem eligendo, hoc non facit vti pater, & sic tanquam persona domestica, sed vti extraneus, & simplex executor testamenti, vel legis, vt docet Bald. in l. Illud in prin. num.20. ff. Quod cuiusque vniuersit. Zasius in summa eiusdem tit. numer.25. Ang. in l. Illa substitutio numer.3. ff. de hæred. inst. quos refert, & sequitur idem Card. Mantica loco citato num.1. Seruanda tamen etiam in hoc est consuetudo locorum. Apud Ægiptios (vt refert Strabo libr.17. & Budæus libr.3. de asse) in fiscum deferebantur, & idem ferè seruatur apud Burgundos, vt Cassaneus tradit: & in hoc Veneto Dominio in thesauris inuentis, & hæreditatibus vacantibus idem mos est, vt ad fiscum pertineant.

147 Verum vt superiora ad compendium redigamus, sic concludere possumus; omnia bona, quæ sine certo domino inueniuntur tripliciter posse considerari. Quędam enim certum dominum paulò antè habuerunt, puta marsupium vel aliud quid simile in itinere repertum, vel merces integræ ad littus maris proiectæ, vel alia eiusmodi qua ex præmissis, suo domino restitui debent, quem dominum repertor tenetur diligenter inquirere, & si non inueniatur cum licentia Episcopi, seu Confessarij in pauperes sunt eroganda: idque omni iure fieri debet; naturæ, quæ suadet, vt bona vacãtia, quæ priuatum dominum non habent, à com muni domino administrentur in communem vtilitatem, quæ potissimùm versatur in pauperibus alendis, quia pauperes sunt, quædam onera Reip. Item ex lege diuina, in qua legitur: Quæ supersunt date pauperibus; & hæc reuera superflua sunt, cum certum dominum non habeant: & expresse præcipitur in cap 22. Deuteron. vt ouem, aut

bouem


bouem errantem quis non prætereat, nec tamquam res aliena negligatur, sed ad illius dominum reducatur: & idem legitur cap. 23. Exodi. Item ex lege canonica c. Cum tu de vsuris. Et de iure quoque ciuili, dicitur enim in l. Cum quærebatur C. Vnde vi, Omnes scire debere quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere. Et ex omnium vrbium iuribus municipalibus. Vel etiam necessitate vrgente ipsius inuentoris, ipse cum consilio, & licentia Ordinarij, vel Confessarij potest, vt diximus, sibi res inuentas retinere. Secundo loco sunt bona illa, quæ iam multo tempore fuerunt amissa, vel derelicta, vt sunt thesauri in antiquis ædificijs reperti, vel in terram defossi, & sepulti, in quibus locorum leges, & consuetudines obseruantur; de qua materia scribunt Doct. in §. Thesauros Inst. de rer. diuis. & in l. Nunquam § Thesauros ff. de acquir. rer. dom. l. Diuortio, §. Si fundum ff sol. matr. l. 1. C. de thesauris lib. 10. Pract. Papien. in forma libelli in actione reali §. Iure dominij num. 14. vbi accuratè distinguit omnes casus, qui in huiusmodi inuentionibus contingere possunt: & rectè etiam de hac materia scripsit doctissimus Peregrinus in lib. de iure fisci libr. 4. tit. 2. vbi num. 9. inquit, inuentorem thesauri partem fisco debitam suprimentem condemnari non solum ad totius rei inuentæ amissionem, sed etiam ad tantundem quod fisco applicatur, & allegat l. Non intelligitur §. fin. ff. de iure fisci. Postremò quædam sunt bona, quæ nunquam certum dominum habuerunt, vt sunt gemmæ, & lapilli, quæ in littore maris inueniuntur, & hæc fiunt primi occupantis §. Item lapilli Inst. de rer. diuis. l. Item lapilli, & l. Item quæ ff. de acquir. rer. dom & idem etiam est in bonis stabilibus l. Adeo §. Insula ff. de acquir. rer. dom. §. Insula Inst. de rer. diuis. Peregr. de iure fisci lib. 4. tit. 3. num. 29. Et ita obseruarunt Hispani, & Lusitani in acquisitione, & occupatione multarum insularũ, & locorum noui orbis: de qua materia Cicero etiam libr. 1. officiorum nonnulla scripsit. In hos rerum inuentarum detentores poeta quidam nostri fori sic inuectus est.

Inueniens aliquid proprios quod seruat in vsus,
Istud & inuentum cogitat esse suum;
Tanquam iusta Dei sinat id retinere voluntas,
Hunc Dæmon fatuum decipit atque ligat.

FINIS §. TERTII.



DE FVRTIS
§. QVARTVS.



SVMMARIVM §. 4.

1 *Sine fraude furtum esse non potest.*
2 *Fraus quid sit.*
3 *Fraus non re ipsa, sed ex consilio intelligitur.*
4 *Fraus etiam coniecturis probatur.*
5 *Vt piscis non est sine spina, sic nec homo sine fraude.*
6 *Fraus etiam nihil agendo committitur.*
7 *Quomodo, & à quibus fraus fiat.*
8 *Fraudem vulpeculæ, vim leoni Cic. æquiparat.*
9 *Fraus sine pœna, pœna sine fraude esse non potest.*
10 *Fraus pro ipso crimine vsurpatur.*
11 *Fraus in criminalibus præsumitur, non in alijs rebus.*
12 *An agens actione furti probare debeat furtum fraude, & dolo fuisse commissum.*
13 *An surripiens alienam rem, credens inuito domino, si tamen consentit furtum faciat.*
14 *Actio furti infamat, quia furto inest fraus.*
15 *Cōtrectās aliena sine fraude nō est fur.*
16 *De alienantibus in fraudem creditorum, & de fraudatorio interdicto.*
17 *Tam est fraudator qui fraudulenter alienat, quàm qui acquirit.*
18 *An liceat Iudici fraude furem decipere.*
19 *Detestantur seueri Iudices.*
20 *Quibus artibus liceat crimina detegere.*
21 *De vectigalium generibus.*
22 *Quemadmodum furtum circa vectigalia committatur.*
23 *Qui habent ius imponendi vectigalia.*
24 *Impositio tributorum arguit superioritatem, vt solutio subiectionem.*
25 *Omni iure Princeps potest tributa imponere.*
26 *Tributa debent ex legitima causa imponi.*
27 *Et secundùm Geometricam proportionem.*
28 *Et pro modo necessitatis.*
29 *De ijs, qui fraudant vectigalia.*
30 *Defraudantes vectigalia amittunt res quas traducunt.*

31 *An*

79 *Impetranti rescriptum, non contra illud opponenti incumbere onus probandi.*
80 *Lege Viscelia puniebantur libertini, qui tacita veritate se ad dignitates promoueri permittebant.*
81 *Libertinus natalibus restitutus sicuti ingenuus censetur.*
82 *De impetrantibus ius aureorum anulorum.*
83 *Quomodo fœminæ erant capaces iuris aureorum anulorum.*
84 *Hodie sola manumissione serui consequuntur ius ciuitatis Romanæ.*
85 *De cogentibus, vel impedientibus aliquem testari.*
86 *De Notarijs sibi in alienis testamentis legatum adscribentibus.*

4. §. FRAVDVLOSA.

1 Fraudulosa contrectatio dicitur furtum, quia sine affectu furandi furtum esse non potest, & sic sine fraude §. Placuit Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. §. Sed tamen Inst. de vsucap. l. Merito ff Pro socio, vbi expressè dicitur, sine dolo malo furtum non fieri: qui ergo palam, & sine fraude accipit, furtum non committit. Bald. consf 482. vol. 4. & conf. 9. circa finem vol. 5.

2 Fraus à ferendo dicta est ipsa deceptio, ac circumuentio, vel impostura.

3 Fraudis autem interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur inquit l. Fraudis interpretatio ff. de reg. iur. Papinianus hoc in loco naturalis legis rationem habuit dum inquit: Non concupisces, non desiderabis aliena: vnde videtur improbanda illa fraudis distinctio tradita à Dec. in d. l. Fraudis interpretatio; alteram scilicet esse ex proposito, & intentione; & alteram ex re ipsa; vt in simili traditur etiam de dolo à glo. in l. Si quis cum aliter, in verbo, Dolum habet ff. de verbor. obligat. & sic dictam legem Fraudis non disiunctiuè, sed copulatiuè esse intelligendam: quasi dixerit; non sat esse ex rei euentu fraudem interpretari, nisi prius in intentione agentis fuerit.

4 Quā quidem fraudē non solum perspicuis probationibus, sed etiam coniecturis, & indicijs probari latissimè docet Mascardus de probat. concl. 815. vbi quamplurimas enumerat coniecturas, ex quibus ipsa fraus deprehenditur.

5 Et postremo Architæ dictum recenset. Quemadmodum piscem sine spina, sic hominem sine fraude non inueniri. Ælian. libr. 10. var. histor.

6 Interdum etiam nihil agendo fraus committitur: quando scilicet quis non facit, quod facere debet. l. 3. & 4. ff. Quæ in fraud. cred.

7 Quando autem, & per quos, fraus

fraus fieri dicatur tradit quoque Zafius in §. Item si quis Inst. de act.

8 Et Cicero lib. 1. officiorum inquit; vi, aut fraude iniuriam fieri fraudemque vulpeculæ, vim autem leoni æquiparari, & concludit fraudem esse maiore odio dignam.

9 Vlpianus inquit fraudem sine pœna esse posse, pœnam autem non sine fraude; quia pœna est ipsius noxæ vindicta, fraus autem ipsa noxa dicitur.

10 Accipitur enim fraus pro ipso crimine, vnde capitalem fraudem admittere apud Vlpianum est crimen committere pœna capitali dignum l. Cum autem §. Excipitur ff. de ædil. edicto: & quicquid fraude fit, furtum dici diximus supra § 1. num 6.

11 Fraudem autem in delictis semper præsumi tradit Guid. Pap. de præsumpt. num. 14. vers. Præsumitur in dubio per c. Sicut noxius de præsumpt. cum alioquin regula sit vulgatissima: fraudem non præsumi, nisi probetur l. Quoties §. Qui dolo ff. de probat. & l. Merito ff. pro soc. Mascard. de probat. conclus. 814. vbi complura adducit.

12 Cùm igitur fraus potissimum in animo, & in intentione operantis consideretur, vt diximus, hic opportunè quæritur, An inter cætera incumbentia agentium in hoc crimine, probandum quoque sit furtum dolo, & fraude fuisse factum, vt voluit Bart. in l. Si quis ex argentarijs §. An vero nec hæredi num. 4 ff de edendo, & in l. Si creditor numer. 2. & 4. C. de pign. act. Bald. cons. 98. veri. Item non est probatus dolus volum. 1. Paris cons. 75. Ad victoriam nume. 10. Mascard. de probat. concl. 829. nume. 3. Hoc est diligenter perpendendum: nam si in furto, vt in quocunque alio crimine, dolus præsumitur: in eo qui alienam rem contrectat, præsumetur quoque dolus, & sat esse videtur, vt quis proponat rem sibi fuisse contrectatam; quia ex quo habet præsumptionem pro se, reijcit onus probandi in contrectantem, quòd bona fide, & sic non dolo rem surripuerit.

13 Si autem fraudulenter alienam rem surripui, credens me facere inuito domino, cum tamen dominus consentiat, an furtum fiat, tractabimus in §. 11.

14 Cum ergo sine fraude furtum non fiat, hinc est quod actio furti infamat, non autem condictio furtiua, vt dicemus in § 9.

15 Qui igitur alienam rem contrectat non fraude, sed, puta, errore, vel ignorantia ductus existimans bona, quæ surripit sua esse, cum tamen sint aliena, non ob id furtum facit: quia errantis nulla est voluntas, & nullum crimen, & ex consequenti nulla erit pœna; vt late tradit Nouell. in pract. crimin. ad defensam, in tit. Homicida quibus ex causis à pœna mortis excusetur. num. 49. & 54.

16 Et de alienantibus in fraudem creditorum habetur in tit. ff. Quæ in fraud. credit. Quæ autem in creditorum fraudem alienata sunt, per interdictum fraudato-

rium

rium reuocari solent, de quo agitur in l. Si postulante ff. ad S. C. Trebell. & in l. Pupilli ff. de solut. Et de donatione simulata, & fraudulenta & quomodo inter se differant tradit Mascard. concl. 557. & 558. Et de l. Flauia, qua libertis prohibitum fuit, vt in fraudem patronorum alienarent agitur in tit. ff. Si quid in fraud. patron. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cas. 230.

17 Et non minus esse fraudatorem illum, qui fraudulenter alienat, quàm qui fraudulenter acquirit inquit l. Ait Prætor §. penult. & l. vlt. §. fin. ff. Quæ in fraud. cred. de qua re loquitur glo. in l. Imperatores ff. de cur. bon. dan. vbi explicat hoc verbo multifariam accipi.

18 An liceat Iudici fraude furem decipere, & circumuenire, eidem scilicet impunitatem promittendo, si furtum reuelauerit, & postea promissa non seruare. Io. Andr. in addit. ad Speculat. in rubr. de furtis, referendo dictum Vberti de Bobio in l. Si pro fure ff. de cond. furt. dicit non obstante huiusmodi pacto, posse dominum rei furtiuæ contra furem agere: quod dictum notatu dignû censet Hyppol. de Marsil. sing. 147. Malitijs hominum obuiam eundum est: quia, vt ipse inquit, quotidie occurrit, vt fiant proclamationes de parcendo ei, qui furtum indicauerit, & si ipse indicans vnus est furum, ei non esse parcendum: quam sententiam approbat Barbat. in c. Sedes apostolica in 4 col. de rescript. de quo etiam Ias. in l. Conuentionum ff. de pact. in 2. col. Et reum posse condemnari ob eius cõfessionem quamuis dolo, & fraude extorta censuit Cyn. in l. Præsenti. C. de his qui ad eccl. conf. Alciat. in l. Natura in fine ff. de verb. sign. Apostil. ad Dec. in l. Ea est natura de reg. iur. Viuius in lib. commun. opin. in verbo Iudex promittens. Plaza in cap. 37. num. 7. lib. 1. delictorum, Boss. in tit. de confess. per torturam numero 12.

19 Quicquid tamen dixerint hi nobilissimi Auctores, ego contrarium verum esse arbitror: & si in alijs criminibus hoc fieri non debet, vt tradunt Doct. & præsertim. Dec. in l. Ea est natura nu. 7. & ibi apostilla ff. de reg. iur. graue est enim fidem fallere, & promissa non seruare l. 1. ff de pact. Marsil. sing. 148. Graue est, &c. & grauius Iudici, cum Prætor in legibus exclamet, se pacta seruaturum l. Iuris gentium §. Prætor ait. ff. de pact. grauissimum autem est Principi c. 1. de probat. Dec. cons. 287. num. 8. & cons. 293. in fine. Principemque grauius peccare si violat fidem quàm priuatus, scripsit Bald. cons. 343. col. 2 vers. Ex ista lib. 1. Rol. a Valle cons. 1. num 31. lib. 1. vbi plura, & alia apud Tiraq. de nobilit. cap 10. num. 14 & si fides in Principibus desideraretur, nullibi apud subditos reperiretur, & illorum legibus, quæ conuentorum fidem præcipiunt, non parerent homines, si viderent legum auctores esse fide expertes: melius enim quid sit agendum Principum actiones suadêt, quàm illorum leges, vt etiam Claudia-

nus

nus hoc modo Honorio Imp. scripsit:

——Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec tantum flectere mentes
Humanas edicta valent, quàm vita regentis.

Imo etiam hostibus fides est seruanda cap. Noli existimare 23. q. 1. cap. Innocens 22. q. 4. cap. Dominus noster 23. quæst. 2. Bald. cons. 271. nume. 1. vol. 1. dummodo nobis & ipsi fidem seruent c. Esto subiectus 95. dist. & notat gl. in d. cap. Noli existimare: Cur igitur diuersum in furto, quod est leuius crimen, erit dicendum? Sunt tamen quidam imperiti Latrunculatores, qui suæ doctrinæ laudem non sperantes, cùm imperiti sint, ex propria immanitate, & crudelitate gloriam affectant, & exultant, quando sophisticis argumentis, vel alijs decipulis possunt reos circumuenire, credentes eorum officium in castigandis reis, ac subditis exterminandis, non in corrigendis erratis, & innocentibus etiam absoluendis consistere, crudelissimo Nerone ipso crudeliores, qui interdum subscripturus sententiæ capitali legitur exclamasse: Vtinam numquam litteras didicissem, a Iudice enim non esse affectandam seueritatis, aut clementiæ gloriam, sed ipsius solidæ iustitiæ inquit l. Respiciendum, ff. de pœn. quæ postea subdit. In leuioribus causis proniores ad lenitatem Iudices esse debent: in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi, & in l. Ægdius, ff de incend. ruin. & naufr. hæc verba leguntur; Et omnino, vt in cæteris, ita, & in huiusmodi causis, ex personarum conditione, & rerum qualitate diligenter pœnæ sunt æstimandæ, ne quid, aut durius, aut remissius constituatur, quàm causa postulabit. facit gloss. in c. Si quis 2 quæst. 8. & ex lege 2. ff. de custod. reorum, in criminalibus interpretationes per duræ & seueræ reijciuntur, & Brun. de indic. & tort. exclamat contra impios, & seueros Iudices, folio 65 post nume. 6. & in Concilio Tridentino, sess. 13. cap. 1. ad mansuetudinem, & clementiam mirifice Iudices excitantur, & pœnas esse moliendas habetur in l. Interpretatione, & in l. Preces, ff. de pœn. cap. pœnæ, de pœniten. distinct. 1. l. Cum quidam, ff. de liber. & posth. cap. Odia, de regul. iur. in 6. & in puniendis delictis misericordia, & benignitate, an vero rigore, & seueritate Iudices vti debeant latissimè tractat Farinac. in prax. crim. tit. de delict. & pœn. quæst. decima septima, nu. 3. & seq. Et si Iurisprudentes sunt illi, qui iure, & prudentia præditi sunt: iusque nihil aliud sit quàm ars æqui, & boni: & prudentia sit facultas, qua rigoris acerbitatem æquitate temperamus, non potest Iureconsultus appellari ille, qui æquitatem non seruat: prout æquitatis fuisse seruantissimum Ripheum Virg. libr. 2. Æneid. testatur, & ideò eum, tamquam omnium iustissimum celebrat, dum inquit:

——Cadit

—*Cadit & Ripheus, iustissimus vnus*
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus aequi.

20 At si non licet sub falsa promissione reum decipere, licet tamen arte crimen detegere, etiam simulando ea, quæ vera non sunt, vt est in memorabili exemplo Salomonis in c. Afferte, de probat. non enim verè volebat Salomon Rex, vt filius contentiosus in duas partes secaretur, sed ita simulauit, vt veritatem erueret. Et rem persimilem Carolum Secundum Imper. fecisse, inquit, Isernia, in cap. 1. §. Publici latrones, de pace tenen. cum enim a patre, & filio de homicidio suspectis grauissimis tormentis veritatem extorquere non potuisset, nec quis eorum deliquisset intelligere, per simulationem iussit filium suspendi, qua re pater commotus, vt filius innocens non periret, rem omnem aperuit, & se reum mortis fecit, filiumque liberauit, cuius quidem Historiæ meminit etiam Tiraq. in l. si vnquam, C. de reuoc. don. numer. 8. Fictio autem, & simulatio multum differt a fraudulento mendacio, & interdum etiā Redemptor noster finxit se longius ire Lucæ, cap. vigesimo quarto, & finxit, se nolle ascendere ad diem festum, & tamen ascendit, Ioan. cap. 7. non tamen vnquam aliquem decepit, aut mentitus est, cum ipse esset veritas infallibilis, vt etiam animaduertit, Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 55. versic. Circa primum, cuius tamen Clari distinctio penitus mihi non arridet, dum inquit promissionem a Principe, vel ab alio auctoritatem habente esse seruandam, non autem si impunitatis promissio facta fuisset ab eo, qui illam concedere non posset; tunc enim, inquit, imputet sibi reus, qui tali promissioni credidit: sed multò magis hoc casu apparet reum fuisse deceptū, cùm ei promissum fuerit, quod præstari non potuit, & ideo nullo modo ex hac confessione fraudulentibus extorta promissionibus reum esse puniendum censeo, vt etiam consuluit Imola cons. 109. & hanc esse communem opinionem testatur Cagnol. in l. Ea est natura, num. 18. ff. de reg. iur.

21 Progredientes ad furū fraudes, de illis, quæ circa tributa, & vectigalia committuntur, dicamus. Tria erant apud Romanos tributorum genera. Vnum quod in capita, alterum quod ex censu collatum est, tertium quod extra ordinem imperatum temerarium dicebatur, cum temerè, atque extra ordinem ob imminens periculum subditi in commune, quod habebant indiscriminatim conferebant, vt etiam ex Festo, & Liuio animaduertit Sigonius, lib. 1. c. 16. De antiquo iure ciuium Romanorum. Tria quoque apud eosdem Romanos fuerunt præcipua vectigalium genera: ex agrorum cultu vnum quod decumæ: ex mercium traiectu alterum, quod portorium, dum merces in portū deuehebantur: tertium quod ex pascuis, scriptura appellabatur, vt ex Ciceronis oratione pro l. Manilia deprehenditur. In cæteris, inquit,

inquit, rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non solum aduentus mali, sed etiam metus ipse adfert calamitatem: nam cum hostium copiæ non longè absint, etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit; itaque neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. Fuit etiam interdum salis vectigal, quod ex salis precio exigebatur. Fuit quoque vicesima, qua Libertini tantum adstringebantur solutioni vigesimæ partis bonorum. Budæus verò lib. 4. de asse ait, prouinciales stipendiarios olim tria genera pensitationum agnouisse, canonē, oblationem, & indictionem. Tributorum autem alia dicuntur realia, alia personalia, & alia mixta, sicut, & munera, l. Munerum, ff. de muner. & hon. Abb. & Felyn. in c. Aduersus, & in c. inter alia, de immunit. eccles. apparet enim ex l. 3. & 4. ff. de cens. quædam tributa ob res tantum tribui, quædam ob personas, & quędam ob vtrumque. Postea vero cum alijs quoque ex causis aliæ exactiones impositæ fuissent, aut ex earum natura, aut ex hbito imponentium, alia nomina sortita sunt, vt censum, pedagium, guidagium, gabellam, duanam, taleam, collectā, theolonium, & alia. Et consueuerunt Principes tanto honestiori vocabulo ipsa vectigalia nuncupare, quanto turpiora essent, ea donationes, munera, commodata, subsidia appellantes, vt verborum saltem honestate rei turpitudinem celarent. Cùm ergo indebitè, quod alienum est etiam in hac re auferatur, & abripiatur, tam ab illis, qui indebita tributa imponunt, quam ab eis, qui debita tributa fraudant, de illis agamus.

22 Inter fures ergo non impropriè connumerari potest ille, qui sine auctoritate subditis tributa, & vectigalia imponit, & exigit l. etiā & ibi Bald. & Doct. C. de furt. si vero ignoranter indebitum vectigal exigit tenetur ad duplum c. 1. §. conuenticulas, & ibi Bald. C. de pace iur. firm. c. Super quibusdam §. Præterea de verb. sign. & l. Placet. §. si quis C. de excusat. mun. lib. x. vbi cautum est, Iudicem imponentem collectam, sine authoritate, in quadruplum ad instar furum puniri. Et ibi Io. de Plat. Decian. consi. 41. vol. 2. numer. 86. l. Locatio. §. Quod illicite ff. de public.

23 Hoc ius tantummodo Imperatori, Regibus, & generalibus Concilijs spectat, & Caius Caligula Imp. fuit primus qui apud Romanos vectigal imposiuit pro rebus quæ vehebantur, vt Suetonius scribit in eius vita: Et vectigal prædijs imponitur. Tributum capitibus l. 2. §. si quid, & ibi glos. ff de hær. vel act. vend. 2. q. 1. c. si tributum, gl. in cap. Generali de elect. in 6. l. 1. & 2. C. de annon. & trib. lib. 10. l. 2 & fin. C. sine censu, vel reliq. & in ti. C. vectig. no. inst. non poss. habetur illa tantummodo vectigalia esse licita, quæ aut antiqua sunt, aut decreto Princi-

pis

pis auctoritatem habentis imponuntur. Ciuitates autem hoc ius non habere constat, ex l. 2. & 3. C. eodem tit. sed Ioann. Andr. in d. cap. Super quibusdam dicit, post pacem Constantiæ Ciuitates Italiæ sibi vsurpasse ius imponendi vectigalia: Verius tamen est hoc ius imponendorum vectigalium etiam ad omnes alios Principes spectare, Respubl. ac Ciuitates habentes merum, & mixtum Imperium, nec alium recognoscentes superiorem, & a quorum sententijs prouocare non licet. Qui autem superiorem Principem agnoscunt, inscio Principe, tributa imponere, & exigere non possunt, quod si faciunt, proculdubio aliena arripiunt capit. Innouamus, de censib. Innocent. in dicto cap. Super quibusdam, & perpetuo exilio damnandi sunt, lege vltima, C. Noua vectigal.

24 Et sicut ius imponendi tributa arguit superioritatem, & dominium, sic illorum solutio, & præstatio probat subiectionem, capit. secundo, de censibus. Bart. Soc. consil. 187. In controuersia. volum. 2.

25 Principem autem posse tributa imponere, & subditos teneri ad ea persoluenda non est in dubium reuocandum, cum & summa ratione, & omni lege id constet. Ratio est, quia cùm Princeps à populo electus, & institutus fuerit, vt ipsum populum in pace iustè regat, & in bello fortiter tueatur, cumq; hęc nō nisi multis vigilijs, ac summo labore fieri possint, bouiq; trituranti non sit os obligandum, ab eisdem subditis debet, vt Principem decet, sustentari. Lex est manifesta, cum legatur in Euangelio, Lucæ capit. vigesimo. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, & Christus Dominus noster non solum hoc alijs præcepit, sed ipse quoque re ipsa tributum persoluit, quamuis non teneretur, vt in Euangelio Matthæi, cap. vigesimo secundo, & ideo Paulus Apostolus, ex doctrina Christi, ad Roman. capit. decimo tertio, nos ita admonuit, vt tributa solueremus: Ideo enim & tributa præstatis, ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes: reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Sanctorum Patrum dogmata huic præcepto consonant, & præsertim Diui Hieronymi, Theophilati, & Augustini libro vigesimo secundo. contra Faustum, cap. septuagesimo quarto. Ius Canonicum, & Ciuile idem disponunt. Canonistæ hoc tradunt in cap. Innouamus, de censibus, Couarru. in cap. Peccatum, par. 2 §. 5. numer. 5. de regul. iur. in 6. Bert. in tract. de Gabellis, quæst. 9. nume. 1. Petr. de Vbaldis in tract. de collectis, Syluester in sua summa in verbo Gabella, il 3. quæst. 8. Ioann. Medina de contractib. quæst. 13. Alphons. de Cast. libr. 1. de potest. legis pœnalis, cap. 11. Soto lib. 3. de iust. & iure, quæst. 6. art. 7. Et faciuns ad propositum notata, per M. Ant. Peregrinum, in tract. de iure fisci, lib. 1. num. 8.

Vt

26 Vt autem, tributa iusta sint, debent ex legitima causa imponi D. Thomas 2. par. quæst. 53. Innoc. in cap. Innouamus de cens. c. Super quibusdam de verb. sign. Hostien. in summa de censib. §. ex quib. Afflict. in tit. quæ sint reg. in versic. Vectigalia. Rol. a Valle consil. 91. vol. 2. causæ autem iustæ imponendi tributa sunt; ad victum, & condecentem sustentationẽ Principis: ad redimendum Principem, vel eius prolem ab hostibus, ad dandam nuptui filiam Principis, ad liberandum regnum ab aliquo onere, ad defensionem Reip. ad iustum bellum gerendum, ad necessaria propugnacula, vel honesta ędificia construenda, & in summa cum ob necessitatem, vel publicam honestatem imponuntur, tũc tributa iusta sunt. Decian. cons. 4. volum. 2. num. 60. & 66. & seq & cons. 41. volum. 2. num 60. & 66. Guid. Pap. sing. 13. incip. Quod Imp. vel Rex. non autem, vt sæpe fit, cum ob priuatum Principis commodum, alioquin huiusmodi Principes essent connumerandi inter illos pastores, qui non gregem, sed se ipsos pascunt, de quibus legitur apud Ezechielem, cap. 34. quod Di. Hieronymus transfert etiam ad sæculares Principes, non enim populus propter Regem, sed Rex propter populum fuit institutus. Et Di. Thom. in Epist. ad Ducissam Barbantiæ detestatur noua tributa sine necessitate imposita.

27 Debent etiam tributa, vt æqua sint, proportione geometrica imponi, vt scilicet vnusquisque pro rata portione suorum bonorum soluat: sicuti in conferendis beneficijs, & emolumentis non æquè omnibus est tribuendum: sed singulis pro eorum meritis, & hæc est vera distributiuæ iustitiæ ratio, inęqualitas enim in rebus inęqualibus est summa æqualitas.

28 Item pro ratione necessitatis tributum est imponendum, ne subditi sine causa plus æquo grauentur, c. Qui plerumque, de immun. eccles. sicuti cessante tributi causa, illud quoque cessare debet, c. Cum cessante, de appell. l. Cum pater, §. Dulcissimis, ff. de leg. 2.

29 Ex parte quoque subditorum tributa soluere debentium furtũ, & fraus sæpe committitur. Quod tamen non est semper absoluiè verum, sed tantummodo quum iusta tributa fraudantur. Fabian. de Monte, in tract. de empt. & vend. quæst. 4. princip. versic. Vigesimo quæro, num 51.

30 Qui defraudant vectigalia amittunt res quas traducunt contra decretum, non ipso iure, sed præuia sententia. Bald. in l Si quis in tantam C. vnde vi. Sed elepso quinquennio non possunt vexari. l. Ea quæ, & ibi Bald. C. de vectig. & commiss.

31 Si autem isti vectigalium fraudatores à latronibus in itinere expolientur non tenentur fisco soluere precium rerum sibi ablatarum. Bald. in l. 2. C. de vectig. & commiss.

32 Cautela ad vectigal euitandum traditur à Doct. & in praxi obseruatur, vt qui vult contrahere exeat de loco vbi vectigal solui-

L tur,

tur, & se conferat ad alium locum immunem, veluti ad nundinas, & ibi emat, vel vendat, quia ratione contractus sortitur forum loci vbi contrahit, & sic non tenebitur soluere vectigal loci è quo discessit. facit l. Si fundus ff. de euict. l. 2. C. Quemad. test. aper. Abb. in cap. fin. de foro comp.

33 Illi autem, qui vt vectigalia defraudent etiam armis vim inferunt grauiori animaduersione sunt puniendi, prout etiam Venetorum Consilio X. Virum placuit, a quo anno 1475. 17. Maij emanauit lex, qua isti violenti vectigalium fraudatores puniuntur amputatione manus, & oculi amissione. Et vt vectigalia per appellationes non fraudentur alia lex anno 1587. 16 Februarij Venetijs lata fuit in Consilio Vectigalium, vt in prima instantia Quæstores Ciuitatum iudicent, & in secunda vrbium Rectores, quod tamen a Rectoribus Brixiæ, die 17. Maij, 1589. interpretatum fuit habere locum in illis vrbibus, in quibus vectigalium particulares Iudices non extant, tunc enim Quæstores iudicant, at si vectigalium Iudices extant ipsi in prima instantia sunt competentes Iudices, non autem Quæstores.

34 Quando autem iniusta sunt tributa, & vectigalia si fraudantur, nec in foro conscientiæ fraudantes tenentur ad eorum restitutionem, Petr. de Vbaldis, in tract. de collectis, num. 37. Tiraq. de retractu consangu. in præfat. nume. 99. Lucas de Penna, in l. 1. C. de superind. lib. decimo. Sunt autem iniusta, vt ex præmissis constat, quando imponuntur a non habente auctoritatem, vel sine causa, vel quando sunt immoderata, & excessiua. Iac. Butrig. & Bald. in l. 2. C. de iur. aur. annul. Bald. in l. cum proponas C. de naut. fœnor. & in l. Veluti ff. de iust. & iure, Abb. in proemio Decretorum Rex pacificus col. 4. & in cap. 1. de constit. & in cap. Innouamus de censib. Ant. Trigon. sing. 89. Tenentur tamen subditi etiam ad solutionem iniusti tributi, quando eo non solutio immineret aliquod periculum, vel publicum scandalum, iuxta illud Redemptoris nostri Matthæi, capit. 5. Quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo.

35 Non iustè etiam recusari potest solutio antiquissimi, & immemorabilis tributi, quamuis nec de causa, nec de auctoritate, nec de illius necessitate constaret, quia præscriptio habet vim tituli, & in antiquis præsumitur debitas solemnitates intercessisse, legisque præsumptio magis adaptatur ad confirmandum, quàm ad infirmandum, vt eleganter tradit Dec. in l. In contrahenda, nume. 4. & 5. ff. de reg. iur.

36 Sæpè in facto accidit, vt mercator, vectigali non soluto, cum mercibus deprehendatur antequá ex finibus exeat, & tunc publicani allegent illum in commissum incidisse, cùm finibus excessis, non potuissent illum detinere, nec illius merces inquirere, ita vt ex coniecturis sufficiat arguere mercatorem voluisse vectigalia fraudare,

dare, licet nondum fraudauerit, cum in hoc crimine, quod clam committitur, lex sit leuioribus probationibus contenta, quod vtique verum est, vt Mascard. quoque tradidit, in lib. de probationib. conclus. 834. quo tamen casu, inquit, mitigandam esse pœnam iudicis arbitrio. Cum simus in delicto non consummato, vt etiam animaduertit doctissimus Menochius, de arbit. iudic. libr. 2. cas. 397. in fine. Illud tamen Mascard. notat esse animaduertendum, an statutum loquatur per verbum præsentis, vel imperfecti temporis, an vero temporis præteriti perfecti: si enim dixerit: si quis traxerit merces vectigali nō soluto, hoc casu non facile est dicendum eum in commissum incidisse, qui reuera nondum extraxit, & maximè cùm adhuc re integra potuerit pœnitere, Marsil. in l. Qui falsam monetam, in princ. num. 27. ff. ad legem Corn. de Falsis, & Mascard. de probat. conclus. 835. 836. 837. Quam distinctionem reijcit Iul Clar. in prac. crim. quæst. 82. super statuto 7. circa blada, & dicit in Ducatu Mediolani seruari, vt isti in itinere deprehensi puniantur, ac si extraxissent.

37 Ille utem, qui à consueto itinere diuertit, insolitumque iter facit, præsumitur voluisse vectigalia fraudare Rim. consil. 33. numer. 34. quem refert, & sequitur Mascard. conclus. 473. numer. 3. nisi ex aliqua rationabili causa diuertisse doceat. Rim. d. consil. 33. num 45. & legitur apud Salomonem, cap. 12. In semita iustitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

38 Publicanos autem præsumi temerarios, & quod indebitas extorsiones faciant tradit Cuman. consil. 5. circa medium; imò esse pessimum genus hominum aperte testatur Vlpianus in tit. de publ. & vectig. in l. Quantæ audaciæ, quantæ temeritatis sint publicanorum factiones nemo est, qui nesciat: iccirco Prætor ad compescēdam eorum audaciam hoc edictum proposuit. Et Beneuen. Straccha in tract. de nautis, par. 3. numer. 8. dicit licitum esse quocunque ingenio manus illorum publicanorum aufugere, qui indebita vectigalia exigunt, quia, inquit, prædones sunt.

39 Pari modo vectigalium exactio est res odiosa, & hinc est quod in statuto imponente vectigalia, non sumitur argumentum de similib. ad similia, nec extra territorium statuentis extenditur Bart. in l. Vectigalia in prin. ff. de public. & in l. 1. C. de summa trin. & fid. cath. Bald. in l. 1. C. Quid sit longa consuet. Ang. consil. 375. Abb. consil. 69. vol. 1. Alex. consil. 16. vol. 1. Dec. consil. 457. Et in dubio pronuntiandum est vectigal non esse soluendum. Bart. in l. Si pupillus in extr. ff. ad l Falc. Corn. cōs. 106. vol. 4. Dec. prędicto consil. 457. Ias. in l. 1. colum. 1. ff. si ex no. ca. agat, Ang. consil. 9. Anchar. consil. 164. Corn. consil. 199. col. 4. volum. 1. & consil. 153. volum. 3. Dec. consil. 48. col. fin. & consil. 462. col. 2. Crauet. consil. 231. numer. 21. l. 2. C. Vectig.

no.inst. non poss. Nat. consil.273. numer.8.vol.2.& qui plura in hac materia desiderat legat Firman. in tract.de gabellis part.9. Ferret. tract.de gabellis Bossius in tit. de faudantibus Vectig. Cardin. Tusch.pract. concl.in verbo Datium conclus. 30. Farinac. tit. de furtis quæst.172 part.1.

40 Quemadmodum autem detestandi, & puniendi sunt illi, qui indebita vectigalia imponunt, siue exigunt, & illi, qui debita vectigalia non persoluunt, sic in illos seuerè animaduertendum est, qui non solum subditis, vi, & fraude bona surripiunt, sed Principi etiam vectigalium vtilitatem interuertunt, ij sunt vsurarij, & fœneratores, qui rapaces fures appellantur, qui enim vsuram accipit rapinam facit, inquit cap. Si quis vsuram, decimaquarta quęst.quarta, & super vsuris potest inquiri sicut super furto. Innoc. de iureiur.cap. Ad nostram il 2. Bald.consil. 82. in fine. & non minus tenetur ad restitutionem vsurarius, quam fur, cap. Cum tu, de vsuris, & ideo in iure Canonico, post titulum de furtis, immediatè agitur de vsuris, quia vsura est species furti, & à Lucano vsura vorax appellata fuit.

Hinc vsura vorax, auidumque in tempore fœnus.

Quod Summus Pontifex imitatus est in cap. 1. de vsuris in 6. vbi inquit: Vsurarum voraginem, quæ animas deuorat, & facultates exhaurit, &c. & hos etiam fœneratores inter fures connumerauit Menoch. de arbit. iudic. libr. 2. cas. 398. nume.4. & numer.20. & idem fecit M. Cato in principio operis sui, de re rustica, dum ait: Maiores nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt: furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli, quanto peiorem ciuem existimarint fœneratorem quam furem, hinc licet existimari: cuius legis meminit etiam Alexand. ab Alexandro, lib. primo, cap. 7. gendierum. Et Cato senex, (vt Cicero in fine, libri secundi, officiorum testatur) cùm interrogaretur quid maxime in re familiari expediret? bene pascere respondit, quid secundum? satis bene pascere: quid tertium? bene vestire (siue bene vitire sit legendum) quid quartum? arare, & cum ille, qui quæsierat, dixisset, quid fœnerari? tum Cato: quid hominem inquit occidere? ex qua re, inter pessima flagitia fœnus Catonem posuisse constat. Vsurarumque prauitatem non cadere in bonum virum, cum sit turpis quęstus, inquiunt post Aristotelem Theologi, & contra vsurarios inuehit Alexand. consil. 49. Paucis vtar, volum. 4. & Bald. consil. 449. Ius naturale, volum. 3. Straccha in tract. de mercat. par. prima, numero trigesimo sesto. Tria potissimum sunt genera illorum hominum, qui aliena bona auferunt; vnum eorum, qui vi abripiunt, vt sunt piratæ, & publici latrones: alterum eorum, qui dolo, & fraude aliena contrectant, quos fures appellamus: tertium aliorum pessimum eorum, qui sub prætextu beneficij conferendi sanguinem

sensim

sensim eliciunt, & vitam subtrahunt, quales sunt fœneratores, qui sub adumbrato auxilij colore, dum suam pecuniam egentibus erogant, illis viscera vsuris præripiunt, quod Cicero quoque optime animaduertisse videtur, lib. primo officiorum inquiens: Cum autem duobus modis, idest aut vi, aut fraude fiat iniuria, fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtrumque alienissimum ab homine, sed fraus odio digna maiore. Totius autem iniustitię nulla capitalior, est, quàm eorum, qui tum, quum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. Et in c. Quid dicam, decimaquarta quæst. quarta, dicitur non minus esse crudelem, qui pauperem trucidat fœnore, quam qui diuiti aliqua rapit.

41 Isti fœneratores, & dissimulati fures, non solum, vt diximus, subditis perniciosi sunt, sed Reipubl. etiam calamitosi, dum suis fraudibus vectigalia diminuunt maximo publicæ rei incommodo: cum enim realis mercatura exerceetur ex mercium importatione, exportatione, venditione, commutatione, & consumptione tributa soluuntur. Verùm quum mercatores ob incommoda, & pericula, quæ mercaturam concomitantur, illam deserunt, & ad vsuras se conuertunt, impiè tempus ipsum, ac pecuniæ vsum vendentes, & ex sterili moneta vberrimos fructus percipientes Principis damno, ac subditorum paupertate ditescunt, & hoc modo mercatura contemnitur, agricultura negligitur, artes delitescunt, nobiles, aut patrimonium dissipant, aut in pecuniam conuertunt, vt illam sub vsuris, spe maioris commodi dent mutuo: hinc vectigalia minuuntur, ærarium euanescit, & vrbes deformantur tanto ciuium incommodo, vt res nouas optare, molirique coacti sint: quæ quidem seditiosæ nouitates ab illis excitantur, qui ære alieno grauati sunt: cum enim non possint ea dignitate viuere, qua ipsi antea, & eorum maiores vixerunt, vt imminentem, ac ineuitabilem calamitatem euitent, rem publicam perturbant: expedit ergo Principi, vt subditi ad paupertatem non redigantur, ne obærati in rerum desperationem prolabantur, quod facile eueniet si eorum fortunas à fœneratoribus consumi Princeps permiserit, cum ipsi Principi expediat subditos habere locupletes, l. 1 ff. de bonis damnatorum, non modo ad Reipubl. tranquillitatem conseruandam, sed ad publicam etiam commoditatem augendam, cum ex singulorum bonis tributa, & sic ærarium conflетur, & tanto magis augeatur, quan to ditiores subditi fiunt. Expedit etiam vt fortunæ priuatorum apud multos sint, & non a paucis fœneratoribus occupentur, vt. quando opus fuerit, omnibus membris suum robur in vnum conflantibus, possit Reipubl. corpus validissime consistere, iniuriam propulsare, & seipsum tueri, alioquin etiam si infima membra deficiant facile concidet: homo enim quamuis robustissimus

inutilis redditur, si aut manus debiles, aut pedes infirmos habeat, expedit etiam Reip. vt non fœnora, siue cambia exerceantur: sed copiosa negotiatio, alioquin cum publico detrimento res male cesserit. quod in Italia notissimis exemplis duarum Rerump. potest dignosci: tanto enim sunt. Venetis ditiores pauci quidam Ligures qui cambia exercent, quantum eorum Resp. est pauperior Veneta, in qua magnum commercium cum cæteris exercetur. Eijciantur ergo fœneratores tamquam fures occulti, & perniciosissimi ex vrbibus bene institutis vt Scot. inquit in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 2. Bald. cons. 382. volum. 5. num. 17. non solùm superioribus rationibus, & ex legis præscripto cap. 1. De vsuris in 6. & ibi glo. sed præclarissimis etiam exemplis. Licurgus enim eos è tota Sparta exterminauit. Athenis omnes fœneratorum tabulæ publico decreto fuerunt concrematæ. Cato à fęneratoribus totam Siciliam oppressam liberauit. Et Lucullus vniuersam Asiam. Ant. Pius, & Alex. Seuerus fœneratorum auaritiam compescuerunt. Diocletianus Imp. infames fœneratores pronuntiauit, quod late confirmat Menochius eruditissimus de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 398. num. 30. & Alex. III. Summus Pontif. ex illos sacra communione, Christiana sepultura, & oblationibus indignos iudicauit cap. Qui in omnibus de vsuris.

42 Illos autem qui numerata pecunia emunt, vt eadem cariori precio ad diem vendant, quàm præsenti pecunia vendi solent, esse inter vsurarios reponendos habetur in cap. Quicunque 14. quęst. 4. & tradit Io. Calder. in cap. fin. de vsuris, Abb. in cap. 1. nume. 10 & seq. Ne clerici vel mon. Rom. sing. 217 Fui heri, &c. cap In ciuitate, & cap. Consuluit de vsuris, Paul. Par. cons. 54. & seq. volum. 1. In præsenti, &c.

43 Doctor qui dat scholarib. mutuo pecuniam, vt suis lectionibus intersint dicitur vsuram facere Dyn. in l. Si seruus. §. Aufidius ff. de leg. 1. Et si rogat scholares vt ad eum audiendum accedant debet lectura priuari gl. in §. pen. Inst. de susp. tut.

44 Et ille Doctor qui iubet suis famulis vt ingrediantur scholam, & tamquam scholares illũ adiant, vt videatur habere plures auditores, quàm re vera habeat, est infamis. Bart. in l. 1. in prin. C. de stud. lib. vr. lib. 11.

45 Ille vero qui cum non sit, se tamen Doctorem appellat, punitur pœna extraordinaria, si vero exercet actus doctorales pœna falsi castigatur. l. Eos. C. Qui pro se milite, & ibi scribentes, Bart. & Alex. in l. Si quis C. de aqued. libr. 11. Bald. in l. Data C. Qui acc. non poss. Felin. in cap. Quoniam de magist.

46 Tanto magis eijciendi sunt Iudæi, qui publicum fęnus exercent irreparabili pauperum incommodo, prout ex pluribus locis expulsi fuerunt: quamuis in præclarissimis vrbibus non modo adhuc retineãtur, maximo Christianorum scan-

scandalo: sed etiam ex illorum vsuris commodum percipiant illi à quibus expelli deberēt: quam consuetudinem, vti peccati nutricem, à peccato non excusare affirmat Alex. de Neuo consil. 103. numer. 13. & leges exclament, ipsos Iudæos ad vsuras extortas restituendas esse cogendos. cap. Post mirabilem de vsuris: & exploratum sit fore vt breui tempore christianorum opes exaurirant, vt inquit Summus Pontifex in cap. Quanto amplius de vsuris. Nec eis licere vsuras exercere tradit Curt. Iun. in l. Eius qui in prouincia num. 5. ff. si cert. pet. vbi affirmat hanc esse communem opinionem Alex. de Neuo. cons. 100. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. Vsura, vers. Hæc autem conclusio. Isti Iudæi quamuis Venetijs commorentur ob publica negocia, & ob antiquā, ac peculiarem illius inclytæ vrbis libertatem, ex quibusdam tamen Venetorum ciuitatibus fuerunt expulsi, & præsertim ex Taruisina vrbe, in cuius platea in marmore incisum legitur Decretum Reip. quo anno 1509. fuerunt eiecti, prout etiam Feltria fuerunt exterminati tempore Beati Bernardini Feltrensis eorum acerrimi persecutoris: & cuius industria in varijs locis ad pauperum commodum fuerunt erecti montes pietatis. Hosque Iudæos Veneta Resp. semper magno odio prosecuta est: nā ex lege Senatus 1496. 26. Martij illis in pœnam præcepit, vt biretum crocei coloris gestent: & alia lege eiusdem Senatus anni 1443. 11. Aprilis id fuerat antea sancitum, vt à Christi fidelibus discernerentur: & si cum Christianis fœminis se immiscuerint decreuit illos puniri pœna ducatorum quingentorum, & biennij carceris, quod ciuili legi respondet l. Ne quis Christianam C. de Iud. & cęlicol. Illisque dictā lege Veneta 1443. interdicta fuit facultas docendi scientias, artes, vel etiam ludos: sed tantummodo illis permissum, vt mederi possint: prout iure quoque ciuili cauetur l. fin. C. de Iud. & cœlicol. Et alia lege eiusdem Senatus Veneti 1424. penultimo Septembris Iudæis prohibitum fuit bona immobilia acquirere. Pari modo sunt expellendi Marani, pessimum genus hominum, vt animaduertit etiam Beneuen. Stracchain tract. de mercatura part. 2. num 37.

47 Fœnerator etiam tunc furtum committit, quum soluta pecunia pignus non reddit l. Si quis vxori §. Eum creditorem ff. de furt. & quotiescunque non restituitur res sua domino petenti furtum committitur, qui enim reposcenti non reddit, supprimere, & intercipere videtur, quare & furti, & ad exhibendum teneri eum arbitror inquit Vlpianus in l. Pomponius ff. de acquir. rer. domin. Et elapso tempore conuento ad redimendum pignus, aliter intelligatur datum in solutum creditori: potest nihilominus debitor purgare moram, & pignus redimere; & perperam agit creditor si illud reddere recusat, facit l. Quamuis ff. de solut. in prin. Ang. in l. Cum

do ninam. C. de pign. Marsil. sing. 488. Sicut communiter, &c.

48 Qui autem sint publici fœneratores, ac vsurarij manifesti, & quomodo probentur, & de eorum pœna recte docet Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. cas. 255. & Iul. Clar. in d. §. Vsura, & alij Doctores ab ipsis relati.

49 Tanto magis vsuræ sunt abominandæ, cùm omni iure prohibitæ sint. Iure naturali non solum Arist. summi Philosophi testimonio, qui lib. 1. Polit. scriptum reliquit: fœneratores contra naturam agere: sed etiam ex Iurisc๐sultorum communi sententia, vt notauit Didac. libr. 3. resolut. cap. 1. num. 5. De iure autem diuino vsuras esse prohibitas patet ex Euangelio, vbi scriptum est: Mutuum date nihil inde sperantes. & cap. 23. Deuter. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, &c. & cap. 28. Et fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies, & ita Theologos tenere testatur idem Didac. in præcitato loco. De iure quoque canonico apparet hæc prohibitio ex toto tit. de vsuris, & ex Abb. in cap. Post miserabilem eodem tit. De iure etiam ciuili vsuræ prohib. tæ sunt, vt ff. & C. de vsuris, & C. de naut. fœnore, & late concludit Iul. Clar. lib. 5. sent. in §. Vsura, versic. Difficultas est: & tradit etiam Beneuen. Straccha in tract. de mercatura part. 1. nume. 37. De iure Venetorum similiter prohibentur vsuræ, & in fœneratores multæ leges animaduertunt, maximè verò eæ, quæ in magnis Comitijs latæ anno 1254. 10. Iunij, & anno 1478. 11. Martij, & extat Diploma Ducale, quod transcribere non grauabor vt & exteri intelligant quantum ista Resp. fœnus abhorruerit.

50 Andreas Vendraminus Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & sapientibus viris Benedicto Triuisano de suo mand. Potestati, & Capitaneo Taruisij, & successoribus suis, salutem, & dilectionis affectum. Deliberauimus die 9. Febr. 1478. præteriti scribere omnibus Rectoribus nostris, & cum nostro Collegio committere, & delegare, quod de vsuris, & precijs excessiuis tam bladorum, quàm aliarum rerum, contractibusque illicitis, & ementitis diligenter inquirere deberent, & procedere per omnes vias, & modos publice proclamari faciendo singulis quibuscunque mensibus, semel die mercati, ad se præsentandum omnes tam mares, quàm fœminas, qui se de vsuris enormibus, precijs illicitis, & ementitis contractibus grauarentur, administrando omnibus contra quoscunque ius summarium, & expeditum, nulla ratione habita alicuius scripti, chyrographi, instrumenti, & cuiuscunque alterius chartæ, & documenti, aut literarum nostri Dominij in fraudem impetratarum, sola rei veritate inspecta. Nam ideo rem istam delegandam curauimus, vt non ad Auditores sententiarum, sed ad Nos delegantes, si quis appellare voluerit, deuoluantur.

51 Alio quoque modo fraude, & falsi-

falsitate aliena bona occupantur, quando mensor falsum modum dicit, falsam scilicet mensurationem renuntiando, de qua materia extat tit. ff. Si mens. fals. mo. dixer.

52 Qui quidem mensores cum operam suam beneficij loco præbeant, quod illis in remunerationem datur, honorarium appellatur, quod multo magis de patrocinio Aduocatorum esse dicẽdum notat gloss. in l. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. l. Qui operas suas, ff. locati. Hodie vero patrocinium Aduocatorum, non honorarium, sed arbitrarium dici debere (quod arbitratu accipientium non dantium statuatur) notat Spiegel in suo Lexico iuris.

53 Cicero autem 5. quæst. Tusc. honorarium arbitrum illum appellat, qui ab vtraque parte iudex totius controuersiæ eligitur: & hinc particularis actio honoraria introducta fuit l. 1. ff. Si mens. fals. mod. dix.

54 Quæ vero artes, & qui quæstus sint sordidi, vel liberales docet Cic. libr. 1. officiorum, improbatque illos quæstus, qui in odia hominum incurrunt, vt sunt fœneratorum, & illorum quoque quæstus sordidos, & illiberales appellat, quorum operæ, non quorum artes emuntur: est enim (inquit) in illis ipsa merces auctoramentum seruitutis.

55 Cum ergo mensor operas suas, loco beneficij (vt diximus) præberet, iccirco de dolo, & lata culpa tantum tenebatur, non autem de imperitia, nec de negligentia d. l. 1. ff. Si mens. fals. mod. dix. cuius rei ratio in d. l. 1. adducitur, quia mensor ciuiliter obligatus non est. Si autem ille, cuius industria fuit electa, alteri hoc onus delegauerit, qui in mensuratione deliquerit, ipse mẽsor tenebitur; quia alium non idoneum virum eligendo dolo malo egit l. 2. ff. Si mens. fals. mod. dix. & si duo mensores dolosè egerint, quilibet in solidũ tenebitur l. 3. ff. eod. Si mensor falsum, & minorem modum renuntiauerit ob idque venditor plus prec'j ab emptore consequutus fuerit, vel contrà falsum, & maiorem modum retulerit, & ob id emptor plus agri acceperit, neutro casu mensor tenebitur, quia emptor potest quod pluris dedit ab emptore condicere, vel ex vendito proposita actione potest venditor quod pluris tradidit ab emptore vendicare. Si vero vel venditor, vel emptor soluendo non sit, tunc mensor tenetur l. 3. ff. eo. Si mensor à Iudice missus me in renunciatione fraudauerit, mihi tenetur d. l. 3. Si vero dolo malo tantummodo distulit modum renunciare, vt venditor in iudicio succumbat, quia intra certum tempus modum assignare debebat, non hac actione tenebitur, sed actione de dolo l. Si mensor ff. eod. tit. Hæc actio competit ei, cuius interest l. 3. in princ. & l. si mensor ff. eod. eiusque hæredibus d. l. 3. in fine: in hæredem autem non datur d. l. 3. in fine: & est perpetua l. 4 ff. eod.

56 Hocque iudicium non modò locum habet in agrorum mensuratione, sed etiam Prætor illud

exten-

extendit ad quascunque mensurationes, veluti, itineris l. Siue ff. eod. ædificij l. Si mensor in fine, & in architectum l. fin. ff. cod. & in eum qui metiendo mentitus fuerit in tigno, vel lapide, vel similibus, d. l. Siue. Item in mensurando frumento, vino, & cęteris huiusmodi d. l. Si mensor in fine: Datur quoque aduersus Notarium, siue Arithmeticum, qui falsum numerum dolo malo renuntiauit l. fin. in fine ff. eod. tit. & in summa in quacunque falsa renunciatione, siue constet in pondere, siue in numero, vel in mensura hæc actio conceditur, vt ex supradictis colligitur.

57 Furtum pessimum est etiam eorum, qui adulterina statera, vel falsa mensura annonam onerant l. Si quis vxori §. si maiora ff. de furt. vbi sic scriptum est: Si maiora quis tibi pondera commodauit cum emeres ad pondus: furti eum teneri venditori, Mela scribit: te quoque si sciuisti. Et legitur in cap. 25. Deuteronomij: Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor, pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi: abominatur enim Dominus tuus eũ, qui facit hęc, & auersatur omnem iniustitiam. & in cap. 11. prouerb. Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquum voluntas eius, & cap. 20. Pondus, & pondus, mensura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum. Hoc crimen ad l. Cor. de falsis spectat, vt etiam animaduertit P. Manutius de legibus Romanis, & de hoc agitur in l. Annonã ff. de extr. crim. l. penult. ff. ad l. Corn. de fals. l. In Dardanarios ff. de pęnis. Traianus Imp. pęnam legis Corneliæ ijs, qui statera adulterina vterentur proposuit: & Di. Adrianus eum, qui falsas mensuras habuerat in insulam relegauit d. l. Annonam ff. de extr. crim. Et quoniam variæ pęnæ huic crimini impositæ fuerunt, iudicis arbitrio reum esse puniendum censuit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 317. num. 2. Franc. de Marchis quæst. 279. numer. 5. part. 1. Bald. cons. 155. fuit consultus an lanij, qui debent vti æquis ponderibus eãdem pęnam subire debeant, si maioribus quàm si minoribus vtantur, Verùm hoc vix vnquam futurum est: veruntamẽ si contingeret, præsumendum esset non dolo, sed errore accidisse: non enim præsumitur aliquem velle delinquere suo cum detrimento. De salarijs autem, quæ Magistratus ex annona percipiebant habetur in tit. C. de annonis. Et de tributo quod pro annona præstatur agitur in tit. de annonis, & tributis C. lib. 10.

58 Potest etiam aliud non dissimile furtum fraudulentum committi, dum dolo malo res, & mercimonia maiori precio venduntur, quam præscriptum fuerit ipsis mercatoribus. rebus enim venalibus ad quotidianum hominum victum necessarijs precium moderari,

derari, & limitari posse docet Bart. in l. Nemo. C. de Iudæis, & Salic. & in l. Imperatores ff. ad l. Iul. de annona, & in l. 1. §. Curam carnis, ff. de off. Præf. vrb. Iaſ. in l. 1. col. 2. ff. de leg. Bart. Bald. & Salyc. in l. 1. C. de episc. aud. Abb. in cap. 1. num. 6. de emp. & vendit. Sed his peiores sunt illi, qui frumentum, & alias res ad victum necessarias celant, vt postea eas maiori precio vendant, de quibus inquit Salamon cap. 11. prouerb. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium.

59 Circa monetas etiam furtum committunt sibi signantes pecuniam forma publica, vel signatam surripientes, qui non comprehenduntur sub crimine falsæ monetæ; quia falsam monetam non excudunt, sed furantur: & ideo inquit lex Sacrilegij pœnam §. Qui cum ff. ad l. Iul. pecul. Qui cum in moneta publica operantur, extrinsecus sibi signant pecuniam formà publica, vel signatam furātur, ij non videntur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicæ monetæ fecisse. Pari modo illi furti tenētur, qui ex fodinis Cęsareis, aurum, argentumve furati fuerint d. l. Sacrilegij pęnam §. Si quis. ff. eod.

60 Sed successiuè de falsa moneta etiam aliquid dicamus, cum hæc materia à proposito nostro non sit aliena: nā siue quis non habens auctoritatem monetam cudat, siue abradat, & diminuat, siue tingat, siue dolo malo expēdat, quis eum furari, & aliena surripere negabit?

61 Ius cudendi monetam ad solos Principes spectat, hocque ius dicitur esse de regalibus principis l. fi. C. de fals. mon. & ibi gloss. Affl ct. in tit. quæ sint regalia in verbo Monetæ.

62 Qui ergo absque auctoritate monetam excudunt, quamuis bonam, incidunt in pœnam legis, & vltimo supplicio puniuntur gl. in l. 2. in verbo, Obnoxia C. de fals. mon. & in l. Sacrilegij ff. ad l. Iul. pecul. Alex. in l. Singularia nu. 26. ff. Si cert. pet. Cępol. cons. 78 Bart. in l. Qui falsam ff. ad l. Corn. de fals. quod etiam sensit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas 316. num. 15. & seq. vbi reprobat opinionem contrà sentientium. & præsertim Hyppol. de Marsil. in l. Qui falsam nume. 56. ff. ad l. Corn. de fals. vbi dixit hos mitius esse puniendos, quem sequitur Nouell. in sua pract. crim. in tit. vbi agit contra monetarios. Nam hæc moneta licet in se bona sit, tamen quia facta fuit à non habente auctoritatem habetur pro adulterina, & falsa gl. in l. 2. C. de fals. mon. Bart. in l. Qui falsam monetam ff. de fals. & Marsil. ibi num 54. Boss. in tit. de fals. moneta. num. 2. Bald. in l. Lege Cornelia ff. de falsis: & in l. Si quis in fine. C. de fals. mon. Alex. in l. Singulariter numer. 26. ff. Si cert. pet. Innoc. in c Quanto de iureiur. Franc. de March. quęst. 261. num 4. part. 2. Menoch. de arbitr. iudic loco citato.

63 Qui adulterat monetam sui Principis incidit in crimen læsæ maiestatis, vt habetur in l. 1. C. de fals. mon. & tradit Bald. in l. Si

quis

quis numos C. de fals. mon. Alex. cons. 13. col. 1. libr. 6. Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. cas. 316. nu. 29. Qui autem non subditus cudit, siue adulterat monetam alieni Principis an incidat in hoc crimen Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. cas. 316. num. 43. & seq. tenet eum in hoc crimen incidere: & pariter esse puniendum, reprobando opinionem Marsilij, & Parisij contrarium tenentium: quia monetas abradendo violant Principum imagines citat l. 1. & l. vlt. C. de veter. numis. potest lib. 11. l. Si qua in publicis C. de spect. & scenicis libr. 11.

64 Qui autem adulterat monetam Imperatoris pœna ignis punitur, & eius bona fisco applicantur l. 2. C. de fals. mon. Viuius in lib. cōm. opin. in verbo Monetam falsam Imp. Didacus in libro prac. quæst. fol. 339. numer. 3. Fulgosus consil. 138. Hoc maxime colum. penult. Alex. consil. 104. Quod statutum loquens, &c. col. 2. vol. 1. & in l. Eleganter §. Qui reprobos ff. de pign. act. Bonif. de Vitell. in tract. de malef. in tit. de pœna falsantis monetam per totum. Abb. Io. de Imola, & Io. de Anania in c. Quanto de iureiur. Quod tamen aliquibus in casibus limitatur per Menoch. de arbitr. iudic. cas. 316. num. 19 lib. 2.

65 Qui vero adulterat monetam alicuius ciuitatis habentis ius cudendi monetas tenetur pœna capitali l. 1. C. de fals. mon. hanc tamen pęnam capitalem non esse intelligendam de pęna mortis, sed deportationis inquit Alex. consil. 121. num. 1. lib. 7. Viuius, & Didacus in locis suprascriptis: quorum tamen opinionem reprobat Menoch. dicto cas. 316. nu. 29. & dicit etiam hos esse morte afficiendos.

66 Denegatur in hoc crimine appellatio, & domus in qua hoc scelus patratur, comburitur, si eius dominus id sciuit, aut scire verisimiliter potuit. Excusantur viduæ, nisi de dolo expresse fuerint conuictæ, & pupilli propter eorum ignorantiam l. 1. C. de fals. mon.

67 Abradentes autem monetam, & tondentes, aut alio modo minuentes, ac mutilantes, vti publici fures pœna mortis puniuntur. l. Quicunque ff. ad l. Corn. de fals. Viuius in lib. commun. opin. in verbo Monetam radens, Didac. lib. pract. quæst. fol. 339. numer. 5. Ang. de malef. in verbo, Falsario num. 30. Bald. cons. 376. Domini de la Scala vol. 3. & cons. 155. eod. vol. 3. Nouell. in pract. crim. in tit. contra monetarios in fine. Quod obtinere non solum in moneta aurea, sed etiam in argentea, & ærea docet Menoch. d. cas. 316. num. 35. qui eodem in loco nu. 36. quærit quid iuris sit de eo, qui abradit, & minuit monetam excessiui ponderis, illamque ad iustum pondus reducit.

68 De tingentibus autem monetas auro, vel argento [illegible]betur in l. Quicunque ff. ad l. Corn. de fals. Io. de Anania, & Abb. in cap. Ad falsariorum, de crimine fals. Salyc. in l. 2. C. de fals. mon. Mars. in l. Qui falsam ff. de fals. nume. 100. & 101.

& 101. Quomodo autem moneta tingatur, & argentea inauretur docet Plin. nat. hist. cap. 3. in fine lib. trigesimi tertij.

69 Expendentes vero scienter monetam falsam extra ordinem puniuntur Bart. in l. Lege Cornelia in prin. ff. ad l. Corn. de fals. & in l. fin. ff. de extr. crim. Si verò moneta esset merè plumbea, vel stannea, tunc de falso puniuntur secundùm Bart. ibi, & ita conciliari possunt Doctorũ opiniones Alex. conf. 121. num. 3. lib. 7. Cępol. consil. 77. num. 6. Barb. conf. 51. col. 5. vol. 3. Salyc. in l. 3. C. de fals. mon. Marsil. in l. Qui falsam numer. 64. ff. ad l. Corn. de fals. Viuius, & Didacus in locis suprà allatis. Ang. de malef. in verbo, Falsario nu. 30. Oldr. conf. 73. In practica opinio Bart. seruatur, quod etiam Iul. Claro placuit lib. 5. sent. in §. Falsum in fine.

70 Si vero quis ignoranter falsam monetam expenderet excusaretur Rom. conf. 340. circa prin. in fine, Marsil. in d. l. Qui falsam ff. ad l. Corn. de fal. Dyn. consil. 38. col. 2. Barbat. consil. 51. col 2. libr. 3. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 316. nume. 55. & seq.

71 Instrumenta apta ad falsam monetam cudendam, si in aliqua domo reperiantur faciunt sufficiens indicium ad torturam contra illius domus habitatores, vt tradit Boss. in tit. de fals. mon. numer. 7. & 8. Rom. consil. 323. Ex ipso Nouell. in pract. crimin. in tit. contra monetarios numer. 11. Mascard. de probat. conclus. 1064. num. 9.

72 Qui vero præstant opem, & auxilium falsis monetarijs concremantur, & pœna vltimi supplicij puniuntur, sine remedio appellationis, vt tradit Marsil. in d. l. Qui falsam ff. ad l. Corn. de fals. num. 51.

73 Sed qui hoc crimen falsæ monetæ attentauerint, sed non consummauerint, non puniuntur nisi effectu secuto d. l. Qui falsam, & ibi doct. Bald. in l. 3. C. de naut. fęn. num. 2. Raphael Cuman. consil. 138. Bald. consil. 365. Reperitur in volumine statutorum vol. 1. & in Auth. Sed nouo iure C. de ser. fugit. Doct. in l. Si quis non dicam rapere C. de Episc. & Cler. latè tractant quomodo puniatur affectus effectu non secuto: de qua materia ex professo tractauit Felin. in suo tract. de conatu.

74 Isti tamen attentatores, non autem effectores, si non sunt puniendi pœna ordinaria, debent tamen extraordinariè puniri, pro modo culpæ, arbitrio Iudicis, qui potissimum considerare debet, quare delictum non consummauerint, an pęnitentia ducti; & hoc an re integra, nec ne: an verò aliquo extrinseco impedimento, quod contra eorum voluntatem superuenerit. Multum enim interest, an quis non consummet delictum, quia noluit, aut quia non potuit: & longe distat ille, qui delictum sibi propositum cœpit, quemque illico pœnituit, ab illo, qui diu perseuerauit, & omnem conatum adhibuit, vt perficeret. Et multum etiam interest an post pęnitentiam nullum delictu

infligitur pœna legis Iuliæ de vi publica: si fine armis, puniendus est pœna legis Iuliæ de vi priuata, si solus metus fuit adhibitus pęna est arbitraria, ad quos lectorem libenter remitto. Sed ne extra propositum nostrum furtorum hæc egisse videamur, afferam optimum textum in l. Si quis testamentum, § fin. ff. ad legem Aquil. vbi expressè habetur interdum euenire, vt quis tabulas testamenti delendo furti non teneatur, si tantummodò animo damni dandi deleuit, ergo si deleuit tabulas animo furti faciendi, fur est, & ita hoc crimen ad materiam furtorum spectare constat.


86 Vt fur quoque est ille Notarius, qui falsò in alieno testamento legatum aliquod sibi adscribit, l. 1. §. Ad testamentum, ff. ad leg. Corn. de fals. & toto tit. C de his, qui sibi adscribunt in testamento. Aret. consil. 88. Quod in testamento inscriptus absolutè verum esse, in testamento autem nuncupatiuo per testium depositionem posse huius legati veritatem comprobari post Bal. in l. 2. C. eo. tradunt Raph. Cum. in cons. 79. Quidam fecit testamentum, Hypp. de Marsil. sing. 174. Ille qui sibi, affirmat Illustrissimus Cardinalis Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 6. num. 5. Iul. Clar. libr. 5. sent. in §. Falsum, ver. Ascribens sibi legatum.

FINIS §. QVARTI.



DE FVRTIS

§. QVINTVS.



SVMMARIVM §. 5.

1 *Propria rei furtum fieri non potest.*
2 *De furto rei communis.*
3 *De furto rei propria in qua alter habet aliquod ius.*
4 *Quid si fur ignorabat cuius esset res furtiua?*
5 *De expilatoribus.*
6 *An in rem domino carentem cadat furtum.*
7 *Quando crimen expilata hæreditatis committatur.*
8 *Et quando ab hærede intentatur hoc crimen.*
9 *In vxorem non datur actio expilata hæreditatis.*
10 *Et an in hæredem.*
11 *Datur priuigno contra vitricum.*
12 *Et contra nouercam.*
13 *Expilatores hæreditatis extra ordinem puniuntur.*
14 *Legata non minuuntur expilatione hæreditatis.*
15 *An expilatores comprehendatur in statuto puniente fures, & numero 16.*
16 *Fur dicitur improbus, hæreditatis expilator fur improbior, & raptor improbissimus.*
17 *Expilatores re vera quinam sint.*
18 *Sacrilegi sunt fures nequissimi.*
19 *Sacrilegium secundùm ius canonicum tribus modis committitur.*
20 *Et quid de iure ciuili.*
21 *An qui effodit thesaurum in Ecclesia sepultum sit sacrilegus.*
22 *Cur antiqui res suas preciosas in templis deponebant, & illarum raptores quomodo puniebant.*
23 *Sacrilegium semper execrandum, quod Deus non modo post mortem, verùm & in hac vita seuerissimè vltus est.*
24 *Quomodo sacrilegium fuerit de iure diuino punitum.*
25 *Quomodo de iure Canonico.*
26 *Quomodo de iure ciuili.*
27 *Quomodo de iure gentium.*
28 *De furtis qua circa sepulchra committuntur, ac de sepulchrorum violatoribus.*
29 *Ædificium, in quo reperitur aliquid è sepulchro detractum, in*

desti

quis numos C. de falſ. mon. Alex. conſ.13.col.1.libr.6. Menoch.de arbitr.iudic.libr.2.caſ.316.nu.29. Qui autem non ſubditus cudit, ſiue adulterat monetam alieni Principis an incidat in hoc crimen. Menoch. de arbitr. iudic. libr.2. caſ.316.num.43.& ſeq.tenet eum in hoc crimen incidere: & pariter eſſe puniendum, reprobando opinionem Marſilij,& Pariſij contrarium tenentium: quia monetas abradendo violant Principum imagines citat l.1. & l. vlt. C. de veter.numis.poteſt lib.11. l.Si qua in publicis C. de ſpect. & ſcenicis libr.11.

64 Qui autem adulterat monetam Imperatoris pœna ignis punitur, & eius bona fiſco applicantur l.2. C.de falſ.mon. Viuius in lib.cõm. opin. in verbo Monetam falſam Imp.Didacus in libro prac.quæſt. fol.339.numer.3. Fulgoſus conſil.138. Hoc maxime colum. penult. Alex. conſil.104. Quod ſtatutum loquens,&c. col.2.vol.1.& in l.Eleganter §. Qui reprobos ff. de pign. act. Bonif. de Vitel. in tract.de malef. in tit. de pœna falſantis monetam per totum. Abb. Io.de Imola,& Io.de Anania in c. Quanto de iureiur. Quod tamen aliquibus in caſibus limitatur per Menoch. de arbitr.iudic. caſ 316. num.19 lib.2.

65 Qui vero adulterat monetam alicuius ciuitatis habentis ius cudendi monetas tenetur pœna capitali l.1. C. de falſ. mon. hanc tamen pęnam capitalem non eſſe intelligendam de pęna mortis,ſed deportationis inquit Alex. conſil.121. num.1. lib.7. Viuius,& Didacus in locis ſupraſcriptis: quorum tamen opinionem reprobat Menoch.dicto caſ.316. nu.29. & dicit etiam hos eſſe morte afficiendos.

66 Denegatur in hoc crimine appellatio,& domus in qua hoc ſcelus patratur, comburitur, ſi eius dominus id ſciuit, aut ſcire veriſimiliter potuit. Excuſantur viduæ, niſi de dolo expreſsè fuerint conuictæ, & pupilli propter eorum ignorantiam l. 1. C. de falſ. mon.

67 Abradentes autem monetam, & tondentes, aut alio modo minuentes,ac mutilantes,vti publici fures pœna mortis puniuntur. l. Quicunque ff. ad l. Corn. de falſ. Viuius in lib. commun. opin. in verbo Monetam radens, Didac. lib.pract.quæſt.fol.339. numer.5. Ang.de malef. in verbo, Falſario num.30.Bald. conſ 376. Domini de la Scala vol.3.& conſ.155. eod. vol 3. Nouell. in pract. crim. in tit. contra monetarios in fine. Quod obtinere non ſolum in moneta aurea,ſed etiam in argentea, & ærea docet Menoch. d.caſ.316. num.35.qui eodem in loco nu.36. quærit quid iuris ſit de eo,qui abradit, & minuit monetam exceſſiui ponderis, illamque ad iuſtum pondus reducit.

68 De tingentibus autem monetas auro, vel argento [illegible]betur in l.Quicunque ff.ad l. Corn. de falſ. Io.de Anania, & Abb. in cap. Ad falſariorum, de crimine falſ. Salyc in l.2. C.de falſ. mon. Marſ. in l.Qui falſam ff de falſ.nume.100. & 101.

& 101. Quomodo autem moneta tingatur, & argentea inauretur docet Plin. nat. hist. cap. 3. in fine lib. trigesimi tertij.

69 Expendentes vero scienter monetam falsam extra ordinem puniuntur Bart. in l. Lege Cornelia in prin. ff. ad l. Corn. de fals. & in l. fin. ff. de extr. crim. Si verò moneta esset merè plumbea, vel stannea, tunc de falso puniuntur secundùm Bart. ibi, & ita conciliari possunt Doctorū opiniones Alex. conf. 121. num. 3. lib. 7. Cępol. consil 77. num. 6. Barb. conf. 51. col. 5. vol. 3. Salyc. in l. 3. C. de fals. mon. Marsil. in l. Qui falsam numer. 64. ff. ad l. Corn. de fals. Viuius, & Didacus in locis suprà allatis. Ang. de malef. in verbo, Falsario nu. 30. Oldr. conf. 73. In practica opinio Bart. seruatur, quod etiam Iul. Claro placuit lib. 5. sent. in §. Falsum in fine.

70 Si vero quis ignoranter falsam monetam expenderet excusaretur Rom. conf. 340. circa prin. in fine, Marsil. in d. l. Qui falsam ff. ad l. Corn. de fal. Dyn. consil. 38. col. 2. Barbat. consil. 51. col 2. libr. 3. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 316. nume. 55. & seq.

71 Instrumenta apta ad falsam monetam cudendam, si in aliqua domo reperiantur faciunt sufficiens indicium ad torturam contra illius domus habitatores, vt tradit Boss. in tit. de fals. mon. numer. 7. & 8. Rom. consil. 323. Ex ipso Nouell. in pract. crimin. in tit. contra monetarios numer. 11. Mascard. de probat. conclus. 1064. num. 9.

72 Qui vero præstant opem, & auxilium falsis monetarijs concremantur, & pœna vltimi supplicij puniuntur, sine remedio appellationis, vt tradit Marsil. in d. l. Qui falsam ff. ad l. Corn. de fals. num. 51.

73 Sed qui hoc crimen falsæ monetæ attentauerint, sed non consummauerint, non puniuntur nisi effectu secuto d. l. Qui falsam, & ibi doct. Bald. in l. 3. C. de naut. fœn. num. 2. Raphael Cuman. consil. 138. Bald. consil. 365. Reperitur in volumine statutorum vol. 1. & in Auth. Sed nouo iure C. de ser. fugit. Doct. in l. Si quis non dicam rapere C. de Episc. & Cler. latè tractant quomodo puniatur affectus effectu non secuto: de qua materia ex professo tractauit Felin. in suo tract. de conatu.

74 Isti tamen attentatores, non autem effectores, si non sunt puniendi pœna ordinaria, debent tamen extraordinariè puniri, pro modo culpæ, arbitrio Iudicis, qui potissimum considerare debet, quare delictum non consummauerint, an pęnitentia ducti; & hoc an re integra, nec ne: an verò aliquo extrinseco impedimento, quod contra eorum voluntatem superuenerit. Multum enim interest, an quis non consummet delictum, quia noluit, aut quia non potuit: & longe distat ille, qui delictum sibi propositum cœpit, quemque illico pœnituit, ab illo, qui diu perseuerauit, & omnem conatum adhibuit, vt perficeret. Et multum etiam interest an post pęnitentiam nullum delictu

cti vestigium remanserit, an vero remanserit, & alijs improbis hominibus delinquendi argumentum subministrauerit. Ille qui cudere cępit falsam monetam, non tamen formam imposuit extra ordinem punitur glo. in l. Quicunque ff. ad l. Corn. de fals. tradunt Doct. in d. l. Qui falsam ff. eod. tit. Bald. in l. 3. ff. de naut. fen. & consil. 356. lib. 1. Marsil. in d. l. Qui falsam. Grammat. Decis. 74. num. 24. Paris cons. 169. num. 24. lib. 4. Iudex ergo pro modo culpæ pęnam irrogabit, arbitrium enim illi datum est, quia omnes delicti circunstantiæ præuideri non possunt, nec illis certa pęna statui, vt eleganter docet Menoch. in proęm. de arb. iudicum.

75 De hac materia falsæ monetæ habetur apud Hypp. de Marsi. in repe. d. l. Qui falsam, Afflict. in tit. Quæ sint regalia. Salyc. in l. 1. 2. & 3. C. de fals. mon. Ang. in verbo Falsario, colum. 6. & ibi in addit. Vital. de Malef. in tit. de pęn. fals. mon. Abb. in cap. Quanto de iureiur. Mascard. de probat. conclus. 1064. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 365. & per alios ab illis relatos.

76 In hoc Veneto Dominio extát plures leges contra monetarios, & inter cæteras anno 1473. 20. Octobris in Consilio X. Virum sancitum fuit, vt monetarij participes, & eorum fautores comburerentur: Abradentibus manus dextera amputaretur, & oculi eruerentur: Scientes, & non reuelantes in libris mille paruorum mulctarentur, & per annum ad carceres traderentur. Eademque pęna punirentur etiam cudentes alieni Principis monetas: captoribus, & interfectoribus ipsorum monetariorum magnis propositis præmijs. Princeps tamen anno 1528. die 28. Decembris Locumtenenti Patriæ Fori Iulij scripsit, vt, non obstante suprascripta lege, quosdam monetarios ex arbitrio puniret, prout natura facti, & qualitas personarum requirere videbatur. Illis autem, qui aqua monetas corrodunt, lege eiusdem Consilij diei vltimi Iulij 1525. manus amputanda, & oculus eruendus est.

77 Aliquando etiam aut falsa exponendo, aut vera supprimendo, aliquid dolo malo latenter rapitur, hoc est surripitur (nihil enim differre obripere, surripere, & furtim rapere probat Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. casu 201. numer. 14. & 15.) & tunc rescriptum dicitur surreptitium, quando prę missso modo subrapitur, & non vera suggestione obtinetur. cap. Dudum de elect. cap. Super litteris, & cap. Postulasti, de rescript. Ias. in l. 1. numer. 2. C. si contra ius vel vtil. publ. Dec. consil. 541. numer. 2. Curt. Iun. cons. 177. in fine, & cons. 32. in fine. Crauetta consil. 296. col. 4. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 201. & 202. per totum, Mascard. de probat. conclus. 846. & 887. l. Si quis obrepserit, ff. de fals. & hæc rescripta, aut sunt Iustitiæ, aut gratię, vt docet etiam Rebuf. in praxi beneficiorum, in tit. de differentijs, inter rescripta gratiæ, & iustitiæ.

Nullam

78 Nullam etiam extare differentiam inter subreptitium, & obreptitium, vt perperam plures crediderunt, existimantes obreptionem tunc dici, quum falsa narrantur, subreptionem autem cum vera tacentur, docet fusè Mascar. de probat. conclus. 1123. in princ. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 201. numero nono, & decimo, & casu 314.

79 Impetranti autem rescriptum, non contra illud opponenti, incumbere onus probandi, vera esse, quæ in rescripto narrantur tradit Mascard. d. concl. 1123. ad quem lectorem remitto, & ad Menoch. de arbitr. iud. casu 201. & casu 415. & 315. lib. 2.

80 Huc spectat materia legis Viscelliæ, qua puniebantur libertinę conditionis homines, qui tacita veritate, se ad honores, & dignitates promoueri permittebant, l. Vnica, C. ad l. Viscel. non poterant enim Libertini admitti ad ea, quę ad ingenuos pertinebant, nisi natalibus fuissent restituti.

81 Cum enim Libertinus natalibus est restitutus perinde habetur, ac si ingenuus natus medio tempore maculam seruitutis non sustinuisset, l. Interdum, & l. fin. ff. eod.

82 Vel nisi ius aureorum anulorum impetrati fuissent d. l. vnica, C. ad l. Viscel. tunc enim si non statum, ingenuitatis saltem imaginem obtinebant, & quo ad viuebant ad publica ingenuorum munera sine periculo admittebantur, d. l. vnica, & l. Aureorum, de iur. aur. anul.

83 Et eodem iure fęminæ ius aureorum anulorum obtinebant, l. Etiam fęminæ ff. de iure aur. anul. Quod tamen inuitis, aut ignorantibus patronis fieri non poterat. l. Diuus Commodus. ff. eod.

84 Hodie vero etiam absque hac iuris aureorum anulorum impetratione liberti consequuntur ea, quæ ingenuorum sunt, ex ipsa manumissione, quia serui dum manumittuntur, denunciantur Ciues Romani Auth. Sed iure Cod de iur. aur. anul. §. 1. & §. Illud Auth. Vt liberi de cęt. colum. 6.

85 Non sunt furum nomine indigni, qui dolo malo aliena bona occupant, cogendo testatorem, vt illos hæredes instituant, vel impedientes, vt testamentum faciāt, cùm ipsi, vel ex priori condito testamento, vel ab intestato successuri sint, de qua quidem materia agitur in ti. ff. Si quis aliquem test. prohib. & C. eo. ti. vbi in l. fin. tam ff. quàm C. dicitur licere blanditijs testatorem inducere ad testandum, vel ad non testandum, quam materiam exactissimè examinauit Bart. in l. Virum. ff. ad S. C. Treb. & quoniam plures casus accidere possunt, quid iuris in vno quoque sit eleganter tractat doctissimus Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. casu 395. & præclariss. Iurisconsultus M. Ant. Peregrinus, ti. 6. lib. 2. de iure fisci, & Iul. Clar. lib. 5. sent. §. Falsum, ver. Prohibens aliquem testari, & in pract. crim. quæst. 83. vers. Compellens aliquem testari, vbi distinguendo dicit, si in conatu interuenit violentia cum armis infli-

infligitur pœna legis Iuliæ de vi publica: si fine armis, puniendus est pœna legis Iuliæ de vi priuata, si solus metus fuit adhibitus pęna est arbitraria, ad quos lectorem libenter remitto. Sed ne extra propositum nostrum furtorum hæc egisse videamur, afferam optimum textum in l. Si quis testamentum, § fin. ff. ad legem Aquil. vbi expressè habetur interdum euenire, vt quis tabulas testamenti delendo furti non teneatur, si tantummodò animo damni dandi deleuit, ergo si deleuit tabulas animo furti faciendi, fur est, & ita hoc crimen ad materiam furtorum spectare constat.


86 Vt fur quoque est ille Notarius, qui falsò in alieno testamento legatum aliquod sibi adscribit, l. 1. §. Ad testamentum, ff. ad leg. Corn. de fals. & toto tit. C de his, qui sibi adscribunt in testamento. Aret. consil. 88. Quod in testamento inscriptis absolutè verum esse, in testamento autem nuncupatiuo per testium depositionem posse huius legati veritatem comprobari post Bal. in l. 2. C. eo. tradunt Raph. Cum. in cons. 79. Quidam fecit testamentum, Hypp. de Marsil. sing. 174. Ille qui sibi, affirmat Illustrissimus Cardinalis Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 6. num. 5. Iul. Clar. libr. 5. sent. in §. Falsum, ver. Ascribens sibi legatum.

FINIS §. QVARTI.



DE FVRTIS

§. QVINTVS.



SVMMARIVM §. 5.

1 *Propria rei furtum fieri non potest.*
2 *De furto rei communis.*
3 *De furto rei propria in qua alter habet aliquod ius.*
4 *Quid si fur ignorabat cuius esset res furtiua?*
5 *De expilatoribus.*
6 *An in rem domino carentem cadat furtum.*
7 *Quando crimen expilatæ hæreditatis committatur.*
8 *Et quando ab hærede intentatur hoc crimen.*
9 *In vxorem non datur actio expilatæ hæreditatis.*
10 *Et an in hæredem.*
11 *Datur priuigno contra vitricum.*
12 *Et contra nouercam.*
13 *Expilatores hæreditatis extra ordinem puniuntur.*
14 *Legata non minuuntur expilatione hæreditatis.*
15 *An expilatores comprehendatur in statuto puniente fures, & numero 16.*
16 *Fur dicitur improbus, hæreditatis expilator fur improbior, & raptor improbissimus.*
17 *Expilatores re vera quinam sint.*
18 *Sacrilegi sunt fures nequissimi.*
19 *Sacrilegium secundùm ius canonicum tribus modis committitur.*
20 *Et quid de iure ciuili.*
21 *An qui effodit thesaurum in Ecclesia sepultum sit sacrilegus.*
22 *Cur antiqui res suas preciosas in templis deponebant, & illarum raptores quomodo puniebant.*
23 *Sacrilegium semper execrandum, quod Deus non modo post mortem, verùm & in hac vita seuerissimè vltus est.*
24 *Quomodo sacrilegium fuerit de iure diuino punitum.*
25 *Quomodo de iure Canonico.*
26 *Quomodo de iure ciuili.*
27 *Quomodo de iure gentium.*
28 *De furtis quæ circa sepulchra committuntur, ac de sepulchrorum violatoribus.*
29 *Ædificium, in quo reperitur aliquid è sepulchro detractum, in fiscum*

5. §. ALIENÆ REI.

1 N definitione, alienæ rei, dicitur, quia propriæ rei, quis furtum facere nō potest, l. Rem mihi, ff. commod. l. Creditoris, §. Dominus, ff. de furt. sic apud Virgil. in Bucolicis, cum Dametas a Menalca, ita furti redargueretur.

Non ego te vidi Damonis pessime caprum,
Excipere insidijs multum latrante Lycisca?

Ipse negat se furtum commisisse, quia caper quem sustulerat suus esset;

An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon
Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.

2 Quando autem furtum committatur in re quam fur habet communem cum altero, dicemus in §. 10. num. 34.

3 Committitur etiam furtum in re propria in qua alter habet aliquod ius, l. Eum qui, §. 1. & l. Si is qui rem pignori, ff. de furt. concordat, §. Aliquando autem, Inst. de oblig. quæ ex del. nasc.

4 Quid si ignoretur cuius res furtiua sit? dic nihilominus furtum committi. l. Falsus, §. Qui alienū, in princ. ff. de furt. l. Cum quærebatur, C. Vnde vi. Honofr. de Perusio, in consil. incip. In Christi nomine, positum inter consilia criminalia diuersorum, & est, 28. numer. 18. Omnes enim scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere, inquit Imper. in l. fin. C. vnde vi. Dictum etiam fuit in definitione rei alienæ non solum ad excludendos illos, qui res vacantes, & in bonis nullius existentes occupant, quos furtum non facere dicemus, in §. 10. num. 35. & seq.

5 Sed etiam vt expilatores à furibus discernerentur: nam ideò expilatores propriè fures dici non possunt, quia res, quas surripiunt iacente hæreditate carent domino, l. vlt. ff. de crim. expil. hæred. Bald. in l. De his C. de furt. & idem Bald. & Lud. in l. Gerit ff. de acquir. hæred.

6 Cum autem res contrectatur, quæ dominum non habet furtum non fit, d. l. Falsus, § Qui alienum. Bar. in l. Hæreditariæ, ff. de furt. Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. casu 300. num. 3.

7 Committitur ergo hoc crimen expilatæ hæreditatis quando, ante aditam hæreditatem, & sic antequam bona alicuius domini dici possunt, ipsa bona surripiuntur, quo casu furti agi non potest, l. 2. ff. de crimin. expil. hæred.

8 Et hoc crimen intentatur ab hærede, ante aditam hęreditatem, l. 1. C. de crim. expil. hæred. An vero

vero posset hæres furti agere ob furtum factum, antequam hæres esset id esse controuersum, & Sex. Ælium. M. Manilium, & M. Brutum sensisse eum agere posse, contra autem Scæuolam, & Testam existimasse, illisque Ciceronem assensisse, idem Cic. scribit Trebatio Epist. 22. libr. 7. familiarium.

9 Aduersus vxorem ob reuerentiam præteriti matrimonij non datur hæc actio. l. Aduersus, C. eo. l. vxor, ff. eod. tit. Menoch. de arbit. iud. dicto casu 300. num 8.

10 Nec contra cohęredes, l. 1. C. de crim. expil. hæred. quia suo iure fecisse videntur, vt notat Bald. in l. Merito, ff. pro socio. Quod tamen est intelligendum dummodo hæres vltra partem suam non acceperit. Alexander consilio 103. num. 6. libro primo, dicta l. Merito, & ibi Doctor. ff. Pro socio. Cranett. consilio 319. columna secunda, versicul. Neque excusandus. Menoch. de arbitr. iudic. dicto casu 300. num. 7.

11 Datur autem priuigno hæc actio contra vitricum, l. 2. C. de crim. expil. hæred.

12 Et contra nouercam, l. 3. C. eo.

13 Huiusmodi expilatores extra ordinem puniuntur, l. 1. ff. eod. vt latè probat etiam Menoch. de arbitr. iud. dicto casu 300. nu. 1.

14 Et legata non minui per expilationem hæreditatis notat Salyc. in l. Obtentu. C. eod.

15 Solent Aduocati, quando furibus à legibus municipalibus impositæ sunt particulares pœnæ, hæreditatum expilatores, & raptores ab ipsis pœnis excusare, dicentes verba statutaria strictè esse intelligenda, nec in pœnalibus ad præiudicium reorum fieri debere de vno crimine ad aliud extensionem. Verùm Boss. tit. de furtis, numer. 30. dicit nunquam fuisse exauditum dum hanc excusationem pro suis clientibus adferebat, quia, inquit, Iudices non curant has subtilitates: sed immò cùm ista sint maiora crimina, illis etiam maiora supplicia statuunt.

16 Nam vt simplex fur improbus dicitur, sic hæreditatis expilator fur improbior appellatur, (vt etiam Asconio placuit) & raptor improbissimus, vt habetur in l. 1. ff. de effract. & expilat. gloss. & Doct. in l. Si te expilasse. C. ex quibus caus. infam. irrog. Bald. in l. De his, C. de fur. dicit hoc esse notandum, quia vbi a statuto fit mentio de furibus comprehenduntur etiam publici, & famosi hæreditatum expilatores, quod etiam notat Angel. de Malef. in Verbo, Et vestem cœlestem, in fin. Boss. eodem tit. de furtis, nume. 25. Quod tamen reprobatur a Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. casu 300. numer. 2. & 3. vbi affirmat hos expilatores arbitrio Iudicis esse puniendos, quod verum est per l. 1. ff. de effrac. & expilat. non tamen sequitur, expilatoribus mitigandam esse pœnam.

17 Expilatores autem re vera sunt illi, qui omnia subtrahunt, vel subtrahere tentant, ita vt ne pilum quidem relinquant, vt Budæus ex Asconio obseruauit in annotat. Pandectarum, in tit. de

effract. & expilat. vbi alia adducit notatu digna, & de illis etiam agit Antonius Augustinus, libr. 4. emend. iuris, cap. 16. in fine. Particulatim autem expilatores dici illos, qui viatoribus noctu vestes surripiunt placuit Alciato, libr. 1. Parerg. iur. cap. 11. & notat Author Lexicon iuris, in verbo expilatores. Verum istos magis expoliatores, quàm expilatores dici posse arbitror, & expilatorem illum potius esse, qui non omnia; sed quædam adeo callidè, & paulatim subtrahit, vt vix dominus animaduertat, veluti si pili ex corpore, siue ex barba expilentur, quod ex ipso titulo, de crimine expilatæ hæreditatis deprehenditur. Cicero in partitionibus, inquit, si socios spolias, ærarium expilas, &c.

18 Etiam sacrilegi illi, qui sacras res surripiunt nequissimi fures sunt. Bald. in l. si nondum, C. de furt. numer. 3. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 38. num. 1. Et Carolus Quintus Imper. nouam constitutionem inscripsit: De furto sacrarum rerum, & in locis sacris patrato, relatam etiam a Deciano in tract. crimin. libr. 6. cap. 30. numer. 16. Ideo de hoc etiam pessimo furti genere dicamus, delicto iure merito inter atrocia crimina connumerato glo. in cap. Venerabilem, in verbo, sacrilegium, in fine, de elect.

19 Sacrilegium quod est rei sacræ furtum, Inst. de pub. iudic. §. Lex Iulia peculatus, l. Sacrilegium ff. ad l. Iul. pecul. secundùm Canones tribus modis committitur, vel sacra à sacro, vel sacra à prophano, vel prophana à sacro loco auferendo, cap. Quisquis, §. Sacrilegium, 17. quæst. 4. glo. in cap. 3. eiusdem caus. & quæst. Boer. decis. 254. in princ.

20 De iure autem ciuili non est sacrilegium, quando prophana res de loco sacro surripitur, vt notat Bald. in l. Si nondum, C. de furt. & tradit Boer. in prædicta decis. & hoc est in iure decisum, inquit, enim l. 5. ff. ad l. Iul. peculat. Diui Seuerus, & Ant. Cassio Festo rescripserunt, res priuatorum si in ædem sacram depositæ, surreptæ fuerint, furti actionem, non sacrilegij esse. Et licèt hoc crimen tanquam furtum de iure ciuili puniretur, quando scilicet res prophanæ, è sacris locis surripiebantur: Seuerius tamen plectebantur illi, qui res in sacris locis depositas, eisdemque creditas abripiebant.

21 Pari modo de iure ciuili non est sacrilegus ille, qui thesaurum in Ecclesia sepultum effodit, & asportat, quia, vt inquit, l. 4. ff. ad l. Iul. pecul. pecunia sepeliri non potest, sed furti tenetur.

22 Consueuerunt enim antiqui suas pecunias, aut alias res preciosas in templis deponere, existimantes hoc pacto tutas esse; homines enim ab huiusmodi furto seuerissima pœna coercebantur: scriptumque erat in legibus XII. tabul. Sacrum, sacroue commendatum, qui clepserit, rapseritque, parricida esto. Hanc legem refert etiam Cic. lib. 2. de legibus, & inquit, Clisthenem Atheniensem

ciuem

ciuem egregium cum rebus suis timeret Iunoni Samiæ dotes filiarum credidisse, vt tutiores essent. Et Alexandrum in Cilicia deposuisse apud Solem in delubro pecuniam. Et quoniam Deo Summo omnium parenti omnia à nobis debentur, & verè pater noster est, iuxta dictum Redemptoris nostri Matthæi, cap. 23. Patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim pater vester, qui in Cœlis est, ideo meritò violatores diuinarum ædium pœna parricidarum puniebantur, & appositè Iurisconsultus religionem cum obedientia erga patriam, & parentes coniunxit, in l. Veluti, ff. de iust. & iure. Sacrilegiorum duæ sunt species, altera personarum, altera rerum Deo dedicatarum. Personarum sacrilegium fit, quando personæ sacræ stuprantur. Qui sanctimonialem constuprauerit si clericus est deponi, si laicus excōmunicari debet, cap. Si quis 17. quæst. 1. Et per Concilium Tridentinum, sess. 25. cap 5. Sub anathematis vinculo omnibus prohibetur monialium claustra ingredi nisi qui præest id scripto aliquo permiserit, ex manifesta, & necessaria causa. Iure autem Ciuili, qui sacras Virgines non solum rapuerint, sed rapere etiam tentauerint, capite, & bonorum publicatione puniuntur, l. Si quis non dicam rapere, C. de episc. & cler. Pari modo eorum fautores, & auxilium præbentes, quia, vt inquit, l. Raptores Virginum, C. eod. hoc crimen, non solum ad iniuriam hominum, sed etiam ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur. Apud Romanos etiam hoc crimen seuerissima animaduersione fuisse punitum testatur Alexand. ab Alexandro, lib. 1. cap. 12. gen. dier. corruptores enim Vestalium Virginum publicè, vsque ad necem cædebant. Apud Illustrissimos Venetos plures extant leges contra corrumpentes, vel etiam attentantes moniales, & præsertim Decemuiralis quædam anni 1566. 29. Martij, qua sancitur, vt ille, qui rem habuit cum moniali, etiā nondum consecrata, non possit mitiori pœna puniri, quàm annorum decem exilio intra Mincium, & Fanaticum sinum, & ducatorum mille, quod si non soluerit detrudatur in carcerem ibidem per annos sex mansurus, & postea mittatur in exilium superius præfinitum. Qui vero sine licentia fuit repertus in monasterio, si rem veneream non exercuit, condemnetur ad dimidiam pœnæ prædictæ. Et alia legē eiusdem magistratus 1569. 31. Augusti puniuntur etiam illi, qui accedunt ad monasteria, vt moniales ipsas alloquantur.

23 Sacrarum etiam rerum sacrilegium fuit semper crimen execrandum: scribit enim Diodor. lib. 12. Xersis copias ad Apollinis Delphici templum diripiendum missas fulmine perijsse. Quod exercitui Cambysis in Iouis Ammonis templum misso accidisse quoque testatur Iustinus libr. 2. De auro autem à Brenni militibus Tholosam delato, & a Q. Cæpione nouo

sacrilegio direpto, & quomodo eidem, eiusq; exercitui interitum attulerit scribit Iust. libr. 32. & Gel. libr. 3. cap. 9. vnde adagium, Aurum Tholosanum ortum habuit. Et Val. Max. libr. 1. cap. 2. inquit manus sacrilegas, quæ Apollini vestem auream abstulerunt, post deletam Cartaginem, inter eius vrbis ruinas abscissas fuisse inuentas. Aristoteles 1. Rhet. cap. 14. atrocitatem criminis demonstrat dum inquit, eum, qui vasa sacra, quamuis minima, subtraxerit quauis in re peccasse. Et Plato lib. 9. de legibus non procul à principio ait, Sacrilego mortem minimum esse supplicium, sed vituperatus, vt suo exemplo alijs prosit, extra fines perdatur. Apud Græcos omnes, vt Diodorus lib. 16. refert, lege cautum erat, vt sacrilegi insepulti abijcerentur. Et Ælianus cap. 16. libr. 5. variarum hist. scribit puerum, quia auream laminam ex Dianæ corona delapsam subtraxerat, ætatis venia posthabita, acerbissime fuisse castigatum. Verrem autem ob sacrilegia quæ in Sicilia commiserat cum infamia exulasse in comperto est. Principes autem illi, qui proprias manus sacrilegio contaminarunt, grauissimè à Deo etiam in hac vita castigati fuerũt, vt quamplurimis exemplis comprobari posset: sed hæc pauca ad sacrilegos deterrendos retulisse sufficiat. Regnum Assirijs fuisse detractum, & in Medos translatum ob sacrilegium scribit Daniel cap. 5. Dionysius quoque Siracusanus è regno ob sacrilegium eiectus fuit: ridens enim Deorum templa spoliabat, dicens, se eorum bonitate vti velle. In bello autem illo, quod ideo sacrũ fuit appellatum, quia contra Sacrilegos fuit, quod anno sexto Philippi inter Locrenses, & Phocenses exarsit, cum Philomelus Phocensium Dux, postquam Delphicum templum diripuit, militum delectum haberet, vt Diodorus lib. 16. scribit, nullus vir probus cum eo militare voluit, sed solum viri impijssimi illum secuti sunt. Adrianus IV. Summus Pontifex Gulielmum Siciliæ Regem excommunicauit, & subditos à fidelitate liberauit, ob bona Ecclesiæ ab eo direpta. Pari modo Ioannes Angliæ Rex propter sua in Ecclesiarum immunitates scelera ab Innocentio III. fuit anathemate percussus, & proprio regno priuatus. Et omnia Friderico II. Imp. infeliciter cesserunt, quia dum Summo Pont. bellum gereret, ecclesiastica ornamenta abstulit, & ad belli vsum conflauit, vt Ecclesiæ vires suis met opibus, vt dictitabat, contereret.

24 In lege diuina pœna sacrilegij erat ignis, & lapidatio: c. 3. & 12. Machab. 2. & Iosue cap. 6. & 7. à Propheta horribilibus increpationibus sacrilegi hoc modo deterreantur psal. 82. Omnes Principes eorum qui dixerunt hæreditate possideamus Sanctuarium Dei, Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti: sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos

in tem-

in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. & non prætermittenda sunt verba illa in Tyrios, & Sydonios, & Babilonios templi spoliatores. Citò reddam vicissitudinem; argentum enim meum, & aurum tulistis.

25 Iure autem Canonico isti sacrilegi grauiter puniuntur, & Iudæ proditori æquiparantur, vt eodem supplicio feriantur. c. Quid ego 23. quęst. 4. cap. Attendendum 17. quæst. 4. cap. Indigne 12. q. 2. & non solum perpetua infamia, carcere, vel perpetuo exilio plectuntur, sed anathemate quoque feriuntur. cap. Conquestus de foro comp. cap. Si quis suadente, & ibi gl. in verbo Subiaceat 17. quęst. 4. & gloss. in cap. Sacrilegium ead. quæst. & late Decian. in suis tract. crimin. in cap. de pœnis sacrilegij nume. 22. Hieremias Propheta cap. 6. Baruch. inquit: Coronas certe aureas habent super capita sua Dij illorum, vnde subtrahunt illud in semetipsos, dant autem ex ipso prostitutis, & meretrices ornant, & iterum cum receperint illud à meretricibus ornant Deos suos.

26 Iure quoque ciuili seuerissimè sacrilegi puniuntur, lege enim duodecim tab. vt diximus, qui sacrum, sacroue commendatum rapiebat, vt parricida plectebatur, & per l. Sacrilegi, ff ad legem Iul. pecul. qui sacra publica compilãt, capite damnantur. Et cum postea a pluribus legibus variæ pœnæ fuissent sacrilegis impositæ, res ad arbitrium iudicis est relata, pro conditione delinquentis, & criminis qualitate, inquit enim Vlpianus, in l. Sacrilegij pœnam, ff. eod. titu. ad Bestias quosdam damnatos fuisse, alios furca suspẽsos, & alios viuos concrematos, prout delinquentium conditio, & delicti qualitas expostulabat. Nã, vt inquit Decian. de Sacrileg. in cap. Quibus ex causis aggrauetur sacrilegium, num. primo, grauè est sacrilegium, quod in bona Ecclesiæ committitur, grauius, quod in ornamenta sacerdotum, mox est, quod in imagines, deinde quod in reliquias Sanctorum, postea, quod in vasa consecrata, & grauissimũ, quod in Sacramenta ipsa: sed longè omnium execrandum, quod in personas ipsas patratur, & hoc etiam tanto grauius, quanto sanctior erit persona in qua committitur, & ideo cum variæ essent sacrilegiorum species, variæ etiam pœnæ ex arbitrio infligi debuerunt, d l. Sacrilegij pœnam, & l. Iulia, §. Mandatis, ff. ad l. Iul. pecul. & idem docet ipse Decian. in d. cap. 33. de pœnis sacrilegij, numero 38. & Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. casu 398. num. primo, & sequen.

27 De alijs autem pœnis apud varias gentes sacrilegis iniunctis tract Mant. consf. 217. in fine. Menoch. in d. casu 389. & Decian. in d. c. de pęnis sacrilegij, ad quos lectorem remitto, & ad scripta per Cœl. Rhodiginum nostrum, li. 12. c. 13. antiq. lect.

28 Cum etiam in sepulchris violandis furta committantur, ideo de sepulchrorum violatoribus, de quo in ff. & C. speciales tituli extant.

tant, agamus. Si quis ergo statuam, è monumento furatus fuerit, etiam non affixam, arculam ossariam, saxa, marmora, colũnas, vel aliud huiusmodi, quod ad construendum, siue exornandum sepulchrum appositum fuerit, tenetur actione sepulchri violati; & locus etiam erit interdicto, quod vi, aut clam, l.2.& l.Sepulchri deteriorem, ff. de sepul. viol. l. Qui sepulchra, C.eod.immo etiam qui lapidem mouet, terram euertit, aut cespitem euellit, in hoc crimẽ incidit, l.Pergit audacia, C. eod. tit. & si liberi homines sunt vltra restitutionem rerum ablatarum de iure Digestorum mulctatur pœna centum aureorum, l.Prætor ait, ff.de sepul.viol. de iure autem Codicis, decem pondo auri, l.Qui sepulchra, C.eod.tit. Farinac. qui complures allegat, in prax. crimin.tit.de delict quæst.20.nume. 120. Qui autem cadauera spoliant, si armata manu id egerint, etiam capite plecti possunt. Si autem sine armis vsque ad metalli pœnam, (sed exclusiuè, vt Menoc. docet, & bene, in tract. recuper. possess.remed.9.num 116.) posse puniri dicitur in l.3. ff.eod. §. Aduersus eos, l.Qui sepulchra, C.eo. tit.Iodoc. in pract. tit. de violatorib.sepulc.cap.109 nume 6. Fab.a Monteleone in prax.arbitr. par.4. nume.958. Anchar.quæst.54 numer.5.secundæ part. Menoch.de arbit.iud.lib 2.casu 979. num.14. Farinac.in prax.crimin.tit. de delictis, quæst.20. numer.115. 116. & 120. Leuius tamen hodie puniri scribit Iul. Clar. in pract. criminalis quæst.68.in fine. Hæres autem spolians sepulchrum, seu cadauer defuncti non ob id efficitur indignus illius successione, vt scribit Rom. consil. 15. in quarto dubio, quem Peregrin.sequitur in tit.2. de indignis, libr.2. de iure fisci, num.3. Cadauera etiam ipsa interdum surripiuntur, & ex ipsismet sepulchris impiè auferuntur, aut ad iniuriam mortuorum, aut ad medicorum anatomen, aut alia causa, & etiam ossa ex sepulchris eruuntur, quod crimen grauissimum seuerè punitur, vt Paulus docet, in l. Rei sepulchrorum, & l.fin. ff.de sepul. viol. l.Qui sepulchra, in fine, C.eod.tit.Farinac. d. quæst.20. numero 115. De iure autem Canonico mitius puniuntur, & gesta tantummodo irritantur, & num.135.c.Fraternitatem, de sepul.Iodoc.in pract.crimin. d. cap.106. De violat. sepul. numero 7. & efficiuntur infames, c. Infames, 6.quæst.1.

29 Et si quid è sepulchris detractum in alicuius domo, seu villa reperietur, ædificium quodcunque erit in fiscum deferretur, l.secunda, C.eod.tit.

30 Et violatorem sepulchri esse infamem, inquit Vlpianus in l.1. ff. eod. Et hæc actio licèt detur ei, cuius interest, conceditur tamẽ etiam cuicunque, pluribusque accusantibus cuius videbitur causa iustissima, actio datur, l.3. ff.eo. & est actio popularis, l.3. in fin. ff.eod.

31 Sepulchri autem appellatione omnem sepulturæ locum contineri dicitur in d.l.3. versic. Sepulchra

chri autem appellatione. Et non solum locum, qui recipit humationem, sed omne etiam supra id cœlum, l.fin.§ Si quis proiectum, ff.Quod vi, aut clam.

32 Et sepulchrum violatur cum quis in eo habitat, vel in agro sepulchro dicato ædificat, alia quàm sepulchri causa, d.l.3. versic. Si quis in sepulchro. Et etiam si quis terra sepulchri tamquam prophana vtitur, eamque euertit, l.Pergit audacia, C.eod. Hinc illud Augusti dicterium a Macrobio relatũ, libr.2. Saturn. Vectius, inquit, cum monumentum patris exarasset, ait Augustus: Hoc est verè monumentum patris colere. Plato autem lib.12. de legib. prohibuit in loco fœcundo, & in agro ad culturam apto sepulchrum fieri: impium enim existimauit non minus a mortuis, quam a viuis terræ fœcunditatem impediri, ne mortui viuos alimentis priuarẽt.

33 Vt autem sepulchri fines per ignorantiam quis non ingrederetur, sepulchrique ius violaret, antiqui consueuerunt quibusdam notis in calce epitaphiorum appositis sepulchri magnitudinem declarare, prout legitur Placentiæ hoc modo.

Q. GAMVRIO C. HOSTILIO
O. L. SPECIVNCVL. IN FR.
P. XII. IN AGR. P. XVI.

Idest in fronte pedes duodecim, in agro pedes sexdecim. Alij pro in agro posuerunt, retro, quod idem erat, prout legitur Tarsisij in Turri Ruffinionia, vbi in nouissima epitaphij parte incisum est.

IN FR. P. XXXIV. RET. P.
XXXV. H. M. H. N. S.

Quas quidem notas Horatius lib.1.serm.sat 8.præclare interpretatus est, dum sic scriptum reliquit:

Pantalabo scurræ, Nomentanoque nepoti
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum,
Hic dabat hæredes monumentum ne sequerentur.

Et huc spectat locus ille Ciceronis Philippicæ nonæ: Senatum censere, atque è Repub. existimare Ædileis Curruleis edictum, quod de funeribus habebant Ser. Sulpitij Q. F. Lemonia Rufi funeri remittere, vtique locum sepulchro in campo Esquilino C. Pansa Consul, seu quo in loco videtur, Pedes triginta quoquò versus assignet quò Ser. Sulpicius inferatur, quod sepulchrum ipsius, liberorum, posterorumque eius esset: vel quod optimo iure publicè sepulchrum datum esset. Sic apud nos Christianos terra per quadraginta passus maiori ecclesiæ circumcirca adiacens gaudet immunitate ecclesiæ, & minoribus ecclesijs, per 30. c. Sicut antiquitus, 17.quæst.4. cum gl.& nor. in l.Præsenti, & ibi Bart. C.de his qui ad eccl. confug. Florentinus in l.Quidam Iberus in princ. ff.de ser.vrb.præd. Ang. Arct.in tract. malef. Vers.In scalis. Et cum etiã mœnia ciuitatis, quæ in bonis nullius sunt, in legibus nostris sancta

esse

esse dicantur, §. Sanctæ Inst. de rerum diu. illorum pomœria in hominum commercio non sunt, & ab hominum iniuria munita, atque defensa erunt, l. Sanctum, ff. de rerum diuis. Pomœrium autem dicitur hortiuum suburbium mœnibus, tam intus, quàm extra adiacens, glos. in l. Cui, in verbo Pomœrio, ff. de seru. export. Et Pomœrij significationem A. Gell. noct. attic. libr. 13. cap. 14. explicat, dicitque esse locum intra agrum effatum per totius vrbis circuitum, pone muros, certis regionibus determinatum, qui facit finem vrbani auspicij, & de Romæ Pomœrio ibi plura. Pomœrij autem latitudo est quindecim pedum, l. Mœniana, & l. Si cui, & ibi glos. C. de ædif. priuat. Ang. in l. Qui prouincias, C. eod. tit. Cæpol. de seruit. vrban. præd. in tit. de mœnijs, cap. 61. num. 3.

34 Prohibitum etiam erat prope alienas ædes sepulchra construere, & saltem sexaginta pedibus distare debebant, sic enim scriptum est in legibus XII. tabul. Rogum, bustumue nouum, inuito domino, ne propius ædes alienas sexaginta pedes adducito.

35 Suprascriptæ autem notæ H. M. H. N. S. ex præcitato Horatij loco intelliguntur dum ait. Hic dabat hæredes monumentum ne sequerentur; sic enim leguntur: Hoc monumentum hæredes non sequuntur. Testatores enim possunt cauere ne alius in sepulchrū suum inferarur, & qui secus facit, quamuis hæres sepulchri violati crimen incurrit, vt Vlpianus, in d. l. 3. ff. de sepul. viol. his verbis apertè testatur. Si quis in hæreditarium sepulchrū inferat, quam uis hæres, tamen potest sepulchri violati teneri, si forte contra voluntatem testatoris intulit. Licet enim cauere testatori, ne quis eò inferatur, vt rescripto Imperatoris Antonini cauetur: seruari enim voluntatem eius oportere. Ergo etsi cauit, vt vnus tantum hæredum inferatur: seruabitur vt solus inferatur, & ideo legitur c. 23. Genes. Abraham filijs Heth dixisse: Aduena sum, & peregrinus apud vos, date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum, &c. In sepulchrorum violatores plura adducit Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. casu 387. & ibi de religione sepeliendi mortuos, ad quem lector accedat.

36 Sepulchra quamuis ex lege municipali quibusdam in locis etiam in ciuitate fierent, tamen Diuus Hadrianus quinquaginta aureorum pęna prohibuit aliquem in vrbe sepeliri, idque vbique obseruari voluit l. 3. §. Diuus Hadrianus. ff. eod. quod fuisse obseruatum deprehenditur etiam ex c. 7. Euangelij Lucæ, vbi Christus Dominus noster veniens ad ciuitatem Naim obuiam factus cadaueri adolescentuli, quod tunc ad sepulchrum ferebatur cum multa turba, misericordia motus illud a mortuis suscitauit, & matri viduę restituit. Idque hac expressa lege XII. tabularum vetitum erat: In Vrbe ne sepelito: ne ve vrito: ne facito rogum, ascia ne polito.

Ex

Ex qua lege intelligitur etiam cadauerum concremationem in Vrbe fuisse damnatam, ne inde incendia sequerentur, quæ ex ipso rogo, ac lignorum strue incensa facile succedebant, cum maximè hæc funerum pompa vltra modum aucta, & amplificata esset, & ideo superflua etiam sepulchrorum ornamenta lex prohibuit, in illis verbis: Ascia ne polito.

37 Verùm humana vanitas, & ambitio non solum hominibus præclarissimis, sed turpissimis etiam bestijs insignia monumenta, ac conspicua funera parauit, vt ex Alexan. ab Alexand. Gen. dier: cap. 14. lib. 6. habetur, & Decian. latè prosequitur in tract. crimin. lib. 6 cap. 40. num. 44.

38 Et quoniam mulieres præsertim, vt summam animi tristitiam exprimerent faciem in funeribus deturpabant, & lugubribus eiulationibus omnia perturbabant, & vt plurimum precio conductæ, ac simulantes, vnde Horat. in Poet.

Vt qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: sic
Derisor vero plus laudatore mouetur.

Ideo lex XII. tabul. subdit: Mulieres genas ne radunto. (seu potius carpunto) ne ve lessum funeris ergò habento, & postea addit. Ploratus, & lamentationes in funere suo latæ sunto. Quod Horatius hisce carminibus eleganti ssimè comprobauit, Ode vigesima, carm. libro tertio.

Absint inani funere neniæ,
Luctusque turpes, & quærimoniæ:
Compesce clamorem, ac sepulchri
Mitte superuacuos honores.

39 Et quoniam res sacræ, & religiosæ non vsucapiuntur, l. Vsucapionem, & l. Vbi lex in princ. ff. de vsucap. ideo nec sepulchra, nec eorũ vestibulum, seu aditum vsucapi possunt, etiam lege XII. tabularum, sic statuente: Vestibulũ sepulchri, bustum ve ne vsucapito. Immo etiam vendito fundo, in quo extat sepulchrum, ius sepulchri adeundi remanet, vt domino iter, aditus, ambitus funeris faciendi sit, vt inquit Pomponius, in l. Vtimur eo iure ff. de sepulch. viol. & Cicer. Philipp. 9. inquit: Statuæ intereunt tempestate, vi, vetustate, sepulchrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moueri, neque deleri potest: atque vt cætera extinguuntur, sic sepulchra fiunt sanctiora vetustate.

40 Doctores nostri, qui nihil prætermiserunt intactum etiam de epitaphijs scripserunt, & præsertim Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 40. num. 50. & seq. In quibus quidem epitaphijs etiam furtum cadit quando, vel surripiuntur vna cum materia ipsa, vel ipsa epitaphij compositio mutato nomine alteri applicatur, vel quando corrumpuntur. De qua re Menoch. etiam loquitur lib. 2. casu 281. de arbit. iudicum. Et an ipsis Epitaphijs, alijsque inscriptionibus in antiquis lapidibus factis sit fides adhibenda tractat Hieronym. de monte, in tract. de finibus regund. cap. 65.

41 In locis quoque sanctis, & sacris cadit inuasio, & occupatio, & ideo

ideo muri, siue mœnia, vel portæ Ciuitatis, quæ sanctæ dicuntur, §.Sanctæ.Inst.de rerum diuis.sine licentia Principis habitari nõ possunt, l.2. & 3. ff. Ne quid in loco publico, & pœna capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerunt, inquit Iustin.in d.§. Sanctæ.

42 Illi vero, qui fluminum aggeres rumpunt, vt non solum segetes, & arbores, sed tota res rustica pereat,& qui ipsos aggeres,ac fluminum valla præter fas, prætereq; morem antiquitatis vsurpant eo in loco sunt concremandi, & huius criminis participes deportandi sine spe veniæ, l.Vnica, C. de Nil. agger. non rump. & ibi Cyn. & Bald.& Iodoch.in tit.de agger. ruptoribus, in sua pract.crim. Et quamuis lex de flumine Nilo tantummodo loquatur, de alijs quoque fluminibus idem iuris esse notat gloss. in verbo, Conscijs. Hoc tamẽ est intelligendum cum rumpuntur aggeres maiores, quibus fractis integri pagi, & interdum vrbes ipsæ aquis obruuntur; non quando franguntur minores aggeres, quibus priuati agros tuentur; tunc enim extraordinariè puniuntur, iuxta text. in l.penult.ff.de var.& extraord. crimin.quas leges,ita concordari docet etiam eleganter Menoch. de arbitr.iud.libr.2. casu 386. In Senatu Veneto anno M. D. XXX. die 9. Februarij, lata fuit lex, quæ pœnam mortis infligit incidentibus, siue alio modo irrumpentibus aggeres fluminum. Et in eodem Senatu, anno 1568. die 24. Augusti idem fuit decisum de confractoribus, siue incisoribus viarum publicarum,ob quas incisiones,seu irruptiones inundationes sequuntur: sunt enim quidam pessimi homines, qui aut metu imminentis periculi,aut vt damnum in alios conuertant, fluminum aggeres frangunt, aut pessima animi improbitate,exclamantes illud tyrannicum; Pereant amici dum inimici intereidant,ipsos aggeres rumpunt maxima amicorũ,æquè, ac inimicorum iactura, quod non semel nostri Rhodigini experti sunt,& potissimum ob Eridani inundationes; iste enim fluuius confractis aggeribus per nostros agros excurrit, & cum stabulis, (vt Poeta ait)armẽta trahit, quod adeo verum est, vt cum Poeta Lyrico dicere possimus:

Notaque sedes fuerat palumbis
Et superiecto pauidæ natarunt
Æquore damæ.

Superiores autem Leges Venetæ, iuxta præfatam distinctionẽ sunt intelligendæ, vt scilicet capite puniantur illi, quorum fractionibus magnæ innundationes subsecutæ sunt: non autem quando priuatorum aggeres franguntur, tunc enim ex arbitrio delinquens est puniendus,vt supra diximus.

43 Aliud delictum est prædicto proximum,eorum qui aquam publicam furantur, sed quomodo furantur si est publica? l.2. §.Aduersus,& l.Littora,ff.Ne quid in loco publico. Quod etiam Ouid. libr.6. Metamorph.expressit dum Iunonem in rusticos illos loquentem inducit, qui eidem sitienti

cum

eum aquam prohibuissent eos in ranas conuertit inquiens:

Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est:

Nec Solem proprium natura, nec aëra fecit,

Nec tenues vndas: ad publica munera veni.

Surripitur tamen aqua publica inuito Principe eius domino dum in vsum priuatum deriuatur, quod de fluminibus nauigabilibus est intelligendum, l. 2. ff. de fluminibus. Ob idque Prętor interdictum introduxit, de quo in tit. ff. Ne quid in flum. publ. ripaue eius fiat, quo aliter, aqua fluat, quã priori æstate fluxerit, ex qua perfecta rubrica vis ipsius interdicti optimè intelligitur. Et quo pacto hoc furti genus committatur apertè exprimitur, in l. Vnica, in princ. ff. eod. tit. dum dicitur. Hoc interdicto prospexit Prætor ne deriuationibus minus concessis flumina exarescant, vel mutatus alueus vicinis aliquam iniuriam afferat. Specul. in tit. de caus. poss. & propr. § 4. vers. Aliud quoque. Et generaliter huic interdicto locus est, quotiescunque, vel depressior, vel altior fit cum incommodo accolentium. Hæc actio popularis est, datorque in hæredes, & per restitutorium interdictum succurritur eis, qui hac de causa aliquid damni passi sunt, d. l. Vnica, in fine.

44 Non tamen propterea quis prohibetur opus facere ripæ fluminis, vel agri vicini tuendi causa, dummodo deterior non fiat nauigatio, immo qui prædicta facientibus vim inferunt pœna afficiuntur, l. Vnica, ff. de rip. mun. Qui autem vult ripam munire debet cauere in annos decem de damno futuro, idest vt intra hoc tempus propter opus quod fecit damnum non contingat vicinis suis, nec ijs, qui trans flumẽ agros possidẽt, d. l. Vnica: & de ripaticis agit Peregr. de iure fisci, libr. 1. tit. 1. num. 24. dicitque esse de regalibus Principis. Et ex identitate rationis idem iuris erit in ripa lacus, fossæ, ac stagni, quod de ripa fluminis dictum fuit, d. l. in fine.

45 Vt autem vel statio, vel nauigatio publici fluminis deterior non fiat cauetur etiam in l. 1. ff. de fluminibus, & si quid factum est, quod nauigationem incommodet datur interdictum restitutorium de quo in l. 1. §. Deinde ait Prętor, ff. de fluminibus.

46 Et in casu etiam super quo consuluit Bald. consil. 72. vol. 1. quis potest in flumine alterius aquam vsurpare, videlicet quãdo fluuius fluit inter duas ciuitates, cuius aqua communis est pro indiuiso propter perennem aquæ fluxum: alueus autem huius fluminis confinans inter duas ciuitates est communis pro diuiso: quælibet ergo communitas potest vti aqua pro parte sua ædificando in solo ipsius vniuersitatis: at si vna ciuitas tota ista aqua vtatur, illam furari, occupare, & vsurpare dicitur. allegat l. In concedendo ff. de aqua plu. arcen. l. Duo fratres ff. de acquir. hæred. l. Si constiterit C. fin. regund. Et simili modo distinguen-

guendum est de aquis quæ oriuntur infra confines priuatarum personarum.

47 Aquam vero quæ in meo fundo nascitur ad mea prædia irriganda pro meo arbitratu ducere possum, & ad quem locum volo illam deriuare, & qui me inuito illam mihi aufert, fur est, & prædo vt ex dicto consilio Baldi colligitur. num.4. Potest etiam furtum committi in aqua priuata, in illis locis in quibus aqua vendi solet, quod autem in aliqua regione venumdetur inquit l. prima, ff. de alim. & cib. legat. & ibi glosa dicit hoc fieri in Africa, & in Ægipto, & Venetijs: sed venditur etiam Romæ, & alibi. Si ergo alicui legata fuerunt alimenta, censetur etiam aqua legata in locis vbi aqua venumdari solet inquit d. l. 1. Sed furatur etiam quis aquam illam quam quis ex flumine publico sumpsit, & ad domum suam portauit, tunc enim fit priuata, licet prius esset publica, quia priori occupanti conceditur. Quod enim ante nullius est; id naturali ratione occupanti conceditur. §. Feræ igitur bestiæ. Inst. de rerum diuis.

48 Publica ergo cum sint flumina vnusquisque potest illis vti, & per illa ad libitum nauigare, & qui aliquem prohibet punitur, ob idque extat, tit. ff. Vt in flum. publ. nauig. lic. Quo interdicto prospicitur ne quis in publico flumine nauigare prohibeatur, l. Vnica, in prin. ff. Vt in flum. publ. Quod quidem interdictum datur etiam contra eum qui facit quominus pecus ad flumen publicum, ripamue fluminis publici appellatur, d. l. in fine, & hoc esse de regalibus Principis habetur in cap. 1. Quę sint regalia, & Peregr. de iure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 19. & nu. 17. inquit, maria esse Principum respectu iurisdictionis, & protectionis, vsum autem illorum publicum esse, & proprietatem in bonis nullius, allegat Iacob. de Aretio, & Bald. in l. 2. ff. de rerum diuis. Principem autem posse inhibere piscationem tradunt Angel. & Alex. in l. 3. §. Nerua, ff. de acquiren. possess. & Peregr. loco citato, numer. 21. quod nume. 22. ex causa esse faciendum admonet cũ omni iure fluminum vsus publicus sit: de hac materia agit etiam Cardin. Zabarella in suo cons. 38. incip. Primo rationes. in quo consuluit pro Dominis Hensedigio, & Roberto Comitibus de Collalto. faciunt ad rem quæ scripsit Cefal. consil. 418. num. 49. & seq.

49 Idem ferè est de locis publicis dicendum, quod de fluminibus dictum est, quæ nemini licet occupare ædificando, l. 1. ff. Ne quid in loco publ. Nec monumentum construendo, l. 2. ff. de loc. & itin. publ. Imagines autem, & statuæ, quæ in honorem Reipubl. eriguntur poni in publico possunt, l. fin. ff. de loco publ. fr. Loca autem publica sunt areæ, Insulæ, agri publici, viæ publicæ, & itinera publica, l. 2. §. Publici loci appellatio, ff. Ne quid in loco publ. Inter viam, & iter hoc interest, quod via est latior, iter arctius. Inst. de ser. §. 1. & §. Via, glos. in l. 1. ff. de locis,

locis, & itin. publ. Et cum via non est adeo lata, vt per eam vehiculum duci possit, iter dici[illegible].

50 Et quemadmodum flum[illegible] quædam publica sunt, in quib[us] quilibet habet ius piscandi Inst. de rerum diuis. §. Flumina, & l. Nemo, ff. eo. de rerum diuis. quædam priuata, quæ ex conuentione partium legem accipiunt, l. 1. §. Hoc interdictum, ff. de flum.

51 Sic viæ quædam publicæ sunt, quas Græci Basilicas appellant, Romani Prætorias, vel Consulares, de quibus loquitur etiam Alc. lib. præter. ij. ti. Ne quid in loco publ a Iurisconsulto, in l. 3. ff. de loc. & itin. publ. etiam militares appellantur, quia per eas exercitus transibant, quarum exitus erãt ad mare, ad vrbes, ad flumina publica, aut ad aliam viam militarẽ. Vicinales autem viæ, quas vulgus consortiuas appellat, ex priuatis agris fiunt, quarum si memoria non extat inter publicas connumerari solent: hæ vt plurimum vicinorum agris inseruientes sine exitu in ipsis agris intermoriuntur, l. fin. ff. de loc. & itin. publ. l. 2. §. Si quis nemine, ff. Ne quid in loco publico. Extat adagium ab autore prouerbiorum relatum, Via cum adsit semitam quærere, quo vti solemus in tergiuersatores, qui de præsenti negotio recedentes diuerticula captant: Item viarum priuatarum solum alienum est, publicarum autem publicum.

52 Tanto autem odio lex prosequitur viarum publicarum occupatores, vel destructores, vt priuatis facultatem tribuerit de facto eos fustibus repellendi, l. Ædiles Curules, ff. de via publ.

53 Et non solum viæ non possunt destrui, aut impediri, sed adeo liberæ esse debent, vt prohibitum quoque sit in illis rixari, in eas ster[c]ora proijcere, vel morticinia, vel coria iacere, d. l. Ædiles Curules, in fine, & meritò introductum est interdictum Prohibitorium, contra eos, qui aliquid immittunt, aliudue faciunt in publicis locis, vt alicui damnum contingat, nec etiam vt luminibus officiatur, l. 2. ff. Ne quid in loco publ. Adagioque locus factus est ab eorum Authore relatum, ab hac publica viarum facultate desumptum: Via publica nemo quempiam ire prohibeat.

54 Si autem via publica sit destructa possunt transeuntes iter facere per vicinum fundum l. si locus §. fin. ff Quemad. ser. amit. Cæpola de ser. vrb. cap. 24. not. in l. Per agrum C. de seruit. & ibi Bald. dicit agrum vicinum reducẽdum esse in formam viæ propter publicam vtilitatem per d. §. fin. l. si locus l. Maritus in fine, & ibi glo. de acquir. rer. dom. Nec verificatur dispositio statuti contra transeuntes per fundum alienum si via publica est destructa Bald. in d. l. Per agrum.

55 Viam autem publicam esse de regalibus Principis habetur in cap. 1. Quæ sint regalia, & ibi Bal. versi. Item viæ publicæ. Et confirmat Peregr. de iure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 16. Bar. autem in l. Continuus, §. Cum quis, ff. de verbo-

rum obl. existimat ius viarum ad ciuitates pertinere. In praxi obseruatur, vt subditæ ciuitates habeant suos magistratus, quibus est ius efficiendi, vt viæ aperiantur, purgentur, reficiantur, & omne impedimentum tollatur ex eis, de quibus rebus agitur in tit. ff. De via publica, & itinere publico reficiendo.

56 Item vt pontes viarum restituantur, & reparentur. l. fin. ff. de flum. l. 2. §. fin. ff. Ne quid in loco publ.

57 Qui autem vias obsident, tanquam latrones à Principe, seu ab eius Rectoribus criminaliter puniuntur, non autem à subditis ciuitatibus, cùm ius gladij non habeant. De qua materia consule Alcia. in l. Quantum ad ius pertinet, ff. de verb. sign.

58 Interdictum hoc Ne quid in loco publico, vel itinere fiat ad vias rusticas, non vrbicas pertinere dicitur in l. 2. §. Si quis nemine, in fine, ff. Ne quid in loco publ. & hoc interdictum est populare, & perpetuum, & illius condemnatio est quanti actoris interest, l. 2. §. fi. ff. Ne quid in loco publ.

59 Contra illos autem, qui via publica vti prohibent aliud interdictum introductum est, l. 1. ff. de via publ. l. 2. ff. Ne quid in loco publ. l. Vnica, ff. Vt in flum. publ. Et sicut de ripa fluminis munienda interdictum propositum fuit, ita de via publica reficienda, l. Vnica, ff. de ripa mun. Item contra eos, qui viam publicam aperire, vel reficere impediunt datur interdictum, ff. de via publ. Plura in materia viarum habentur apud Cœpollam, de seruit. rust prædiorum, c. p. 3. De seruitute viæ.

60 Crimen peculatus sacrilegio proximum, est furti genus eorum, qui publicam pecuniam furantur, qui si dum Iudices erant tempore suæ administrationis æs publicum subtraxerunt, capite puniuntur, & pari modo, qui illis opem tulerunt, vel ipsas pecunias furtiuas scientes receptarũt, §. Item lex Iulia Inst. de publ. iud. l. Vnica, C. de crim. pecul. l. 1. & l. 3. ff. ad l. Iul. pecul. gloss. tamen in d. l. Vnica, C. eod. dicit id verũ esse in denarijs fisci, vel Vrbis Romæ, non autem aliarum ciuitatum, l. 4. in fi. ff. eo. l. ob pecuniam, ff. de furtis.

61 In Dominio Veneto extat lex Senatus diei 1. Iulij 1369. qua Iudices res Vniuersitatis furantes, vel indebitè aliquid accipientes, puniuntur priuatione officij damnanturque ad restitutionem non solùm ablatorum, sed etiam in duplum.

62 Isti publici fures dicuntur, de quibus M. Cato, in Oratione, quam de præda militibus diuidunda scripsit, inquit, vt Aul. Gellius, libr. 11. c. 18. noct. Attic. scriptum reliquit: Fures priuatorum furtorum in neruo, atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro, atque in purpura.

63 Et faxit Deus illud non contingere, quod Xenocrates dicere solebat; Nos silicet magnos fures excolere, minores autem morti tradere: vel quod Iuuenalis cecinit:

Dat

Dat veniam coruis vexat censura columbas.

Et Terentius ait:

Non rete Accipitri tenditur, neque Miluio,

Qui male faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur.

Huc spectat illud memorabile dictum illius pyratæ, qui ab Alexandro Magno ad mortem damnatus liberè ei dixit: Ego quia exiguo nauigio rapio latro vocor, & morte afficior; tu autem qui magna classe orbem terrarum perturbas, & occupas Imperator appellaris, & gloria immortali afficeris. Aug. de ciu. Dei libr. 4. Socrates interdum interrogatus cur rideret, respondit: Quia video magnos latrones ducere paruum latronem ad suspendium: sacrilegia inquit minuta puniuntur, sed magna in triumphis feruntur, vt scribit Val. Max. lib. 7.

64 Leges autem aranearum telis æquiparari solent, quæ muscas detinent, a maioribus autem auibus discinduntur, vt etiam Pierius Valerianus in Aranea notat: & huc spectat adagiū illud, quod Lampridius refert in vita Alexandri Seueri: Quicunque multa rapuerit, pauca autem suffragantibus dederit, saluus erit. Diuersa tamen ratione, & forsan melius dicere possemus, si leges non aranearum telis esse comparandas, sed potius illis fortissimis plagis, quibus maiores feræ capiuntur, per quas sine periculo auiculæ impunitæ euolant: nullum enim grauius crimen interdum diuitibus adscribitur, quàm quod diuites sint, eisque Castorum more necesse est, vt sibi non genitalia, sed marsupium abripiant, & relicta sindone nudi effugiant exclamantes.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

De qua re Alciatus in suo Emblemate:

Exprimit humentes, quas iam madefecerat ante

Spongiolas cupidi Principis arcta manus.

Prouehit ad summum fures, quos deinde coërcet,

Vertat vt in fiscum quæ malè parta suum.

Vnde illud.

Quod non capit Christus rapit fiscus.

65 Vespasianum Imperatorem ferunt amicos suos in magistratibus vti spongias adhibuisse. Verùm quemadmodum splene aucto cætera tabescunt membra, sic fisco nimium subditorum iactura aucto, fideles subditi, qui vera sunt Principum membra adeò debilitantur, vt corpus suum regere non valeant.

66 Verissimùm est enim ex opulentia Tyranni argui subditorum paupertatem, de qua re sic Alciatus in altero Emblemate:

Humani quod splen est corporis, in populi re

Hoc Cæsar fiscum dixerat esse suum.

Splene aucto reliqui tabescunt corporis artus,

Fisco aucto, arguitur ciuica pauperies.

67 Reges autem, & Principes illi, qui alienas vrbes multis atrocissimis cladibus occupant, non solùm in hac vita impuniti transeunt,

sed etiam id suo, bellique iure, factum profitentur, quod in effectu est per famosam illam legem. Expedit; At quodnam ius istud sit adhuc ignoro, nisi illud sit antiquissimum de quo Cicero in Oratione pro Sextio dicebat: Quis enim vestrum, Iudices, ignorat ita naturam rerum tulisse, vt quodam tempore homines nondum, neque naturali, neque ciuili iure descripto, fusi per agros, ac dispersi vagarentur, tantumque haberent, quantum manu, ac viribus per cædem, ac vulnera, aut eripere, aut retinere potuissent.

68 Sed ad peculatum reuertamur, quem Labeo definit esse pecuniæ publicæ, aut sacræ furtum, non ab eo factum cuius periculo fuit, l. Sacrilegi capite, §. Labeo, ff. ad legem Iul. pecul. cap. Quid ergo, 23. quæst. 4. ille enim ad cuius periculum pecunia pertinet peculatum non committit, d. §. Labeo.

69 In quod crimen incidunt etiam illi, qui delent, aut immutant id quod in publicis tabulis continetur, l. Qui tabulam, ff. ad legem Iul. pecul. & illi, qui sine superioris licentia rerum publicarum copiam faciunt, illas vel inspiciendas, vel describendas tradentes, dicta l. Sacrilegi, in fine.

70 Item qui simulans se fisci creditorem, quod fisco debetur recepit, d. § Labeo. Cuius criminis act. 5. in Verrem meminit & Cicero vbi æris publici fœnerationem certissimum peculatum appellat. Sed an officialis, qui tempore sui officij multa acquisiuit, præsumatur illa de bonis fisci acquisiuisse nisi demonstret quomodo illa acquisierit Doctores communiter asserunt in dubio præsumi officialem suo ære, & legitimè illa acquisiuisse, vt tradit Iul. Clar. in pract. crimin. quæstio. 68. versic. Officialis, reprobata, & penitus explosa contraria opinione a glo. fin. relata, non tamen approbata, in l. Defensionis facultas, C. de iure fisci lib. 10.

71 Is quoque qui prædam ab hostibus captam surripit lege peculatus tenetur, & in quadruplum damnatur, l. Is qui prædam, ff. ad legem Iul. pecul.

72 Peculatus criminis actio quinquennio præscribitur, l. Peculatus, ff. ad l. Iul. repet. & datur contra hæredem, quia principaliter agitur ad pecunias ablatas recuperandas, quod accidit quoque in iudicijs residuorum, & repetundarum, l. fin. ff. ad legem Iul. pecul. l. Sciant, C. ad l. Iul. repetun.

73 Eadem lege Iulia peculatus nō solum tenentur illi, qui res sacras surripiunt, hoc est sacrilegi, de quibus in Codice particulariter agitur in tit. de crimine sacrilegij, de quo crimine suprà diximus: verùm etiam ij, qui ex ærario sacro, religioso, publicoue auferunt Bart. in l. Sacrilegij ff. ad l. Iul. pecul. c. Quisquis 17. q. 4. & ibi Archid. & Lancell. in suis canon. instit. in tit. de sortilegis, maledicis, & sacrilegis.

74 Nunc de alio genere furti æris publici dicamus, eorum scilicet, qui finito magistratu residuum pecuniarum ad eorum manus peruentarum in publicum non conferunt.

ferunt. Vel residuum in aliquem vsum destinatorum quod superfuit penes se retinent, contra quos fures pœna legis Iuliæ de residuis proposita est l. 2. & l. 4. §. Sed & qui ff. ad l. Iul. pecul. glo. in §. penult. in verbo lex Iulia de residuis Inst. de pub. iudic.

75 In hanc etiam legem incidunt Magistratus illi, qui exigunt pecuniam publicam, & illam suis præstitutis temporibus in ærariū non reponunt, sed penes se retinent ociosam, vel vt ex ea aliquod emolumentum consequantur d. l. 4. §. lege Iulia de residuis l. Sacrilegi in fine ff. ad l. Iul. pecul.

76 Hac lege tenentur etiam illi officiales, qui æs publicum, in certum vsum destinatum, in alium vsum conuertunt: etiam si id esset in vtilitatem Reip. vt notat Ang. in d. §. penult. Inst. de pub. iudic.

77 De priuatis autem ęs publicum mutuantibus habetur in tit. C. de his qui ex publ. ration. mut. pec. accep. Franc. Brusatus consil 325. nume. 22. libr. 3. facit l. 1. C de aur. publ. persecut. lib. 10. & l. 1. 2. & 3. C. De his qui ex publ. collat. li. 10. Hoc tamen excusari in modica quātitate notat idem Brusat. eod. cons. 325. nu. 19. vbi plura ad hoc propositum in medium adducit.

78 Qui autem æs publicum accepit perferendum, ad ærariumque profectus, vt proprium retinuit, lege Iul. de residuis non tenetur, quia illud priuatus fisco debebat l. Cum eo ff ad l. Iul. pecul. Sed est priuatus debitor fisci. At si dictam pecuniam restituere neglexerit in l. Iul. de residuis incidit. d. l. Cum eo.

79 De Præfectis ærario, qui non habent semper paratum æs publicum ad vsum Principis tradit. Franc. Brusat. consil. 325. num. 57. libr. 3.

80 Hac lege Iul. de residuis tenetur etiam ille, qui in tabulas publicas minorem numerum, quam ex aliqua venditione, seu locatione rerum publicarum percepit, vt residuum in vsum proprium conuertat l. Hac lege ff. ad l. Iul. pecul.

81 Pœna huius legis excedit tertiam partem debiti rei l. 4 §. Sed & ff. eod. quod quomodo intelligatur glo. ibi explicat, & in d. §. penult. Inst. de publ. iudic. Hodie tamen obseruatur, vt extraordinariè puniantur pro modo delicti, & delinquentium qualitate.

82 Quando autem isti publici administratores aliquid suffurantur cum illis mitius, & benignius est agendum. arg. l. Tres tutores ff. de admin. tut. vbi gl inquit, velamen administrationis furtum temperare Bald. in cap. 1. §. Iniuria de pace tu. firm. l. Si multi ff. de public. & vectig. Abb. & Fel. in cap. Si vero de sentent. excom. Franc. Brusat. d. consil. 325. numero 37. libr. 3.

83 Ad Iudicum furta, & eorum sordes, ac turpia lucra descendamus, qui sicuti sua honoraria, & emolumenta habere debent, sic abstinere, ne aliquid indebitè extorqueant, vel oblatum accipiant. Honorarium, & congrua merces Iudici omni iure debetur. Iure naturali l. Secundum naturam

N 3 ff. de

ff de reg. iur. iuxta illud: In steriles agros nolunt iuga ferre iuuenci. & iure diuino cap. 10. sapientiæ: Et reddidit iustis mercedem laborum suorum. Et Apost. ad Corinthios 2. Mercedem suam quisque accipiet secundum suum laborem. & legitur. 1. Reg. cap. 9. Saulem consulturum Samuelem prophetam de amissis asinis parasse quartam partem stateris argenti quod pro responso daret viro Dei: à Prophetis enim nefas erat manibus vacuis responsum petere. De iure quoque Canonico, in eo enim legitur, dignum esse mercenarium mercede sua cap. Quicunque suffragio 12. quæst. 2. & c. Cum secundum Apostolum de præbend. & in cap. Militare 23. q. 1. dicitur, Quadam prouidentia militantibus fuisse stipendia constituta, ne dum sumptus quæritur prædo grassetur. Item de iure ciuili Auth. Vt iudic. sine quoquo suffr. §. Cogitatio in princ. Auth. Iusiur. quod præst. ab ijs qui admin. accipi §. Iuro quoq; in princ. Iaf. in l. Ne quicquam num 2 ff. de off. Proconf. Debita autem, & congrua salaria ea sunt; quæ consuetudine, vel Principis auctoritate limitata fuerunt l. Vnica C. de præbend. sala lib. 10 Auth. vt Iud. sine quoquo suffr. §. Hæc autem omnia, & in §. Sic igitur, vers. Sciant enim colum. 2. Bald. in l. Viuos circa finem. C. De Aduoc. diuers. iud. Iason in l. Diem functo ff. de offic. Assessor. num. 12.

84 At quemadmodum sua iusta mercede Iudex non est defraudandus, sic, ea contentus, debet omnē sordidam concussionem deuitare, muneraque turpia reijcere Auth. Sed nouo iure C. de pœna iud. qui male iudic. vt enim non tenetur quis proprijs stipendijs militare, sic debet suis stipendijs esse contentus, vt habetur in d. c. Militare non est delictum, vbi hæc verba leguntur: Interrogauerunt Ioannem milites dicentes; Quid faciemus & nos? ait illis; Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: sed estote contenti stipendijs vestris. Subditque ibi Summus Pontifex; id verum esse in Rectoribus, & quibuscunque alijs quomodocunque militantibus, & tandem concludit inquiēs; Quicunque sibi stipendia publicè decreta consequitur, si amplius quærit tanquam calumniator, & concussor Ioannis sententia condemnetur.

85 Concussionis autem crimen tūc committitur cum Iudex adeo concutit mentem subditi litem agentis, vt ab eo aliquid metu, & violentia extorqueat, aut non exercet iustitiam, nisi accepta pecunia: ac etiam quum quis ob pecuniam accusat, vel ab accusatiōne desistit. l. 1. & 2 ff. de concuss. l. 4. C. ad l. Iul. repet. & hæc concussio turpissimo verbo à Iurisc̄ōsulto sordida appellatur in l. 1. §. Qui autem ff. de calumniat. De hoc crimine agit Specul. in tit. de execut. Vers. Sed numquid tenetur, & de salar. §. 1. Paris de Puteo in tract. Sindic. in cap. de except. milit. Quæ autem sit pœna c̄ōcussionis habetur 23. q. 1. c. Militare, & gl. ac Card. in clem. ent 2. §. 1. de hæret.

hæret. & Paris in loco supradicto.

86 Ad hanc Iudicum auaritiam reprimendam lex Iulia repetundarum introducta fuit, qua punitur Iudex, vel quicunque alius officialis, qui pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum accipit l.1.& l.3.ff.ad l.Iul.repet & ibi gl. & l. Eadem § fin & l. lex Iulia ff.eod. Amod. de Castell. in tract. Syndic.in verbo; Item in eo quod dictus Potestas num.163.Boss.in tract. crim. tit. De offic. corrupt. num.1.& seq.

87 Et non solum pecuniam, sed quodcunque etiam aliud commodum non potest Iudex accipere. (pecuniam autem accepisse dicemus, etiam si aliud pro pecunia accep mus, inquit, l.1. §.fin, ff. de calumn.) vt putà à fœneratore gratis pecuniam, & similia Bald. in l. Venales, numero quinto, C.Quã do prouoc. non est necesse, l. Quin etiam, & l. sequ. ff. de calumn. l. fin. C. ad legem Iul. repetun. l. Quisquis, C. si certum petatur.

88 Hoc crimen vulgo legistæ Barattariam appellant, Mascard. de probat. in verbo, Barataria, conclus.164.165.& 166. & hæc Barataria æquiparatur Symoniæ, cap. Licet de Symon. quia sicut symoniacus est ille, qui res sacras, quæ suæ certè non sunt, vendit, vt fures faciunt, sic per baratariam leges venduntur, quæ sacræ sunt, l. Leges sacratissimæ, C. de legibus. Non debent enim Iudices putare alienum iurgium esse suam prædam, priuatarumque litium non mercatores, sed cognitores esse debent, vt inquit Imper. in l. tertia, & quarta, C. ad legem Iuliam repetundarum.

89 Immò hoc crimen barattariæ dicitur crimen læsæ maiestatis à Doct. in d. Auth. Sed nouo iure, C. de pœn. iud. qui mal. iud. Paris de Puteo, in tracta. Syndic. fol. 94. de hoc crimine tractat, Bald. in l. Obseruare in §. Proficisci, quæst. 9 ff de offic. Proconf. & in l.1. §.1. ff. ad l. Cornel. de fals. Marsil. in l. lege Cornelia, in princ. nume. 2. ff. ad Leg. Corn. de sicar.

90 Excipiuntur sobrini, & gradu proximiores, & vxor, in quibus fraus non præsumitur, sed creditur eos ob amorem, & sanguinis coniunctionem iudici donasse, & non propter officium d. l. 1. ff. ad legem Iul. repetund. Excipitur etiam amicus, qui aliquid donat Iudici amico ob eorum beneuolentiam, & non vt illum corrumpat, glos. in l. 1. C. de cond. ob turpem causam, & facit cap. Et si quæstionis de Symonia, Mascard. de probat. conclus. 164. nume. 12. & 13.

91 Quid autem si Iudex accipit munus vltrò oblatum post sententiam ab eo, qui obtinuit? dic hoc casu non incidere in barattariam, cap. Sicut Episcopum, 1. quæst. 2. Bel y o. in cap. Tua nos, de Symon. Ancharan. consi. 271. num. 5 Boss. in tit de offic. corrup. num. 4. Menoch. de arb. iudic. lib. 2. casu 42. nume. 39. Marsil. sing. 190. & in l. Pœna legis Corneliæ, ff. ad l. Corn. de fals. num. 6.

92 Sententia autem per barattariam lata, est ipso iure nulla, l. Venales, & ibi Doc. C. Quando prouoc. nõ

ideo muri, siue mœnia, vel portæ Ciuitatis, quæ sanctæ dicuntur, §.Sanctæ.Inst.de rerum diuis.fine licentia Principis habitari nō possunt, l.2.& 3. ff. Ne quid in loco publico, & pœna capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerunt, inquit Iustin.in d.§. Sanctæ.

42 Illi vero, qui fluminum aggeres rumpunt, vt non solum segetes, & arbores, sed tota res rustica pereat, & qui ipsos aggeres, ac fluminum valla præter fas, præterq; morem antiquitatis vsurpant eo in loco sunt concremandi, & huius criminis participes deportandi sine spe veniæ, l.Vnica, C. de Nil. agger. non rump. & ibi Cyn. & Bald.& Iodoch.in tit.de agger. ruptoribus, in sua pract.crim. Et quamuis lex de flumine Nilo tantummodo loquatur, de alijs quoque fluminibus idem iuris esse notat gloss. in verbo, Conscijs. Hoc tamē est intelligendum cum rumpuntur aggeres maiores, quibus fractis integri pagi, & interdum vrbes ipsæ aquis obruuntur; non quando franguntur minores aggeres, quibus priuati agros tuentur; tunc enim extraordinariè puniuntur, iuxta text.in l.penult.ff.de var.& extraord. crimin.quas leges, ita concordari docet etiam eleganter Menoch. de arbitr.iud.lib.2. casu 386. In Senatu Veneto anno M. D. XXX. die 9. Februarij, lata fuit lex, quæ pœnam mortis infligit incidentibus, siue alio modo irrumpentibus aggeres fluminum. Et in eodem Senatu, anno 1568. die 24. Augusti idem fuit decisum de confractoribus, siue incisoribus viarum publicarum, ob quas incisiones, seu irruptiones inundationes sequuntur: sunt enim quidam pessimi homines, qui aut metu imminentis periculi, aut vt damnum in alios conuertant, fluminum aggeres frangunt, aut pessima animi improbitate, exclamantes illud tyrannicum; Pereant amici dum inimici intercidant, ipsos aggeres rumpunt maxima amicorū, çquè, ac inimicorum iactura, quod non semel nostri Rhodigini experti sunt, & potissimum ob Eridani inundationes; iste enim fluuius confractis aggeribus per nostros agros excurrit, & cum stabulis; (vt Poeta ait) armēta trahit, quod adeo verum est, vt cum Poeta Lyrico dicere possimus:

Notaque sedes fuerat palumbis
Et superiecto pauidæ natarunt
Æquore damæ.

Superiores autem Leges Venetæ, iuxta præfatam distinctionē sunt intelligendæ, vt scilicet capite puniantur illi, quorum fractionibus magnæ inundationes subsecutæ sunt: non autem quando priuatorum aggeres franguntur, tunc enim ex arbitrio delinquens est puniendus, vt supra diximus.

43 Aliud delictum est prædicto proximum, eorum qui aquam publicam furantur, sed quomodo furantur si est publica? l.2. §.Aduersus, & l.Littora, ff.Ne quid in loco publico. Quod etiam Ouid. lib.6. Metamorph.expressit dum Iunonem in rusticos illos loquentem inducit, qui eidem sitienti

cum

cum aquam prohibuissent eos in ranas conuertit inquiens:

Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est:
Nec Solem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues vndas: ad publica munera veni.

Surripitur tamen aqua publica inuito Principe eius domino dum in vsum priuatum deriuatur, quod de fluminibus nauigabilibus est intelligendum, l. 2. ff. de fluminibus. Ob idque Prætor interdictum introduxit, de quo in tit. ff. Ne quid in flum. publ. ripaue eius fiat, quo aliter, aqua fluat, quã priori æstate fluxerit, ex qua perfecta rubrica vis ipsius interdicti optimè intelligitur. Et quo pacto hoc furti genus committatur apertè exprimitur, in l. Vnica, in princ. ff. eod. tit. dum dicitur. Hoc interdicto prospexit Prætor ne deriuationibus minus concessis flumina exarescant, vel mutatus alueus vicinis aliquam iniuriam afferat. Specul. in tit. de caus. poss. & propr. §. 4. vers. Aliud quoque. Et generaliter huic interdicto locus est, quotiescunque, vel depressior, vel altior fit cum incommodo accolentium. Hæc actio popularis est, daturque in hæredes, & per restitutorium interdictum succurritur eis, qui hac de causa aliquid damni passi sunt, d. l. Vnica, in fine.

44 Non tamen propterea quis prohibetur opus facere ripæ fluminis, vel agri vicini tuendi causa, dummodo deterior non fiat nauigatio, immo qui prædicta facientibus vim inferunt pœna afficiuntur, l. Vnica, ff. de rip. mun. Qui autem vult ripam munire debet cauere in annos decem de damno futuro, idest vt intra hoc tempus propter opus quod fecit damnum non contingat vicinis suis, nec ijs, qui trans flumẽ agros possidẽt, d. l. Vnica: & de ripaticis agit Peregr. de iure fisci, libr. 1. tit. 1. num. 24. dicitque esse de regalibus Principis. Et ex identitate rationis idem iuris erit in ripa lacus, fossæ, ac stagni, quod de ripa fluminis dictum fuit, d. l. in fine.

45 Vt autem vel statio, vel nauigatio publici fluminis deterior non fiat cauetur etiam in l. 1. ff. de fluminibus, & si quid factum est, quod nauigationem incommodet datur interdictum restitutorium de quo in l. 1. §. Deinde ait Prætor, ff. de fluminibus.

46 Et in casu etiam super quo consuluit Bald. consil. 72. vol. 1. quis potest in flumine alterius aquam vsurpare, videlicet quãdo fluuius fluit inter duas ciuitates, cuius aqua communis est pro indiuiso propter perennem aquæ fluxum: alueus autem huius fluminis confinans inter duas ciuitates est communis pro diuiso: quælibet ergo communitas potest vti aqua pro parte sua ædificando in solo ipsius vniuersitatis: at si vna ciuitas tota ista aqua vtatur, illam furari, occupare, & vsurpare dicitur, allegat l. In concedendo ff. de aqua plu. arcen. l. Duo fratres ff. de acquir. hæred. l. Si constiterit C. fin. regund. Et simili modo distin-

guen-

guendum est de aquis quæ oriuntur infra confines priuatarum personarum.

47 Aquam vero quæ in meo fundo nascitur ad mea prædia irriganda pro meo arbitratu ducere possum, & ad quem locum volo illam deriuare,& qui me inuito illam mihi aufert, fur est, & prædo vt ex dicto consilio Baldi colligitur, num.4. Potest etiam furtum committi in aqua priuata, in illis locis in quibus aqua vendi solet, quod autem in aliqua regione venumdetur inquit l. prima, ff. de alim.& cib.legat.& ibi glosa dicit hoc fieri in Africa, & in Ægipto, & Venetijs: sed venditur etiam Romæ, & alibi. Si ergo alicui legata fuerunt alimenta, censetur etiam aqua legata in locis vbi aqua venumdari solet inquit d. l. 1. Sed furatur etiam quis aquam illam quam quis ex flumine publico sumpsit, & ad domum suam portauit, tunc enim fit priuata, licet prius esset publica, quia priori occupanti conceditur. Quod enim ante nullius est; id naturali ratione occupanti conceditur.§.Feræ igitur bestiæ.Inst. de rerum diuis.

48 Publica ergo cum sint flumina vnusquisque potest illis vti,& per illa ad libitum nauigare, & qui aliquem prohibet punitur, ob idque extat, tit. ff. Vt in flum.publ. nauig. lic. Quo interdicto prospicitur ne quis in publico flumine nauigare prohibeatur,l.Vnica, in prin.ff.Vt in flum.publ.Quod quidem interdictum datur etiam contra eum qui facit quominus pecus ad flumen publicum, ripamue fluminis publici appellatur,d.l.in fine, & hoc esse de regalibus Principis habetur in cap. 1. Quę sint regalia,& Peregr. de iure fisci,lib.1.tit.1. num.19. & nu.17. inquit, maria esse Principum respectu iurisdictionis,& protectionis, vsum autem illorum publicum esse, & proprietatem in bonis nullius, allegat Iacob. de Aretio, & Bald.in l.2. ff. de rerum diuis. Principem autem posse inhibere piscationem tradunt Angel. & Alex. in l.3. §. Nerua, ff. de acquiren. possess. & Peregr. loco citato,numer.21.quod nume.22. ex causa esse faciendum admonet cũ omni iure fluminum vsus publicus sit: de hac materia agit etiam Cardin. Zabarella in suo cons.38. incip.Primo rationes.in quo consuluit pro Dominis Hensedigio, & Roberto Comitibus de Collalto. faciunt ad rem quæ scripsit Cefal.consil.418.num.49.& seq.

49 Idem ferè est de locis publicis dicendum, quod de fluminibus dictum est, quæ nemini licet occupare ædificando,l.1.ff.Ne quid in loco publ. Nec monumentum construendo, l.2. ff.de loc.& itin. publ. Imagines autem,& statuæ, quæ in honorem Reipubl.eriguntur poni in publico possunt, l. fin. ff. de loco publ. fr. Loca autem publica sunt areæ,Insulæ,agri publici, viæ publicæ, & itinera publica,l.2.§.Publici loci appellatio, ff. Ne quid in loco publ. Inter viam, & iter hoc interest, quod via est latior,iter arctius. Inst. de ser.§.1. & §.Via, glos.in l.1. ff.de locis,

locis, & itin. publ. Et cum via non est adeo lata, vt per eam vehiculum duci possit, iter dicitur.

50 Et quemadmodum flumina quædam publica sunt, in quibus quilibet habet ius piscandi Inst. de rerum diuis. §. Flumina, & l. Nemo, ff. eo. de rerum diuis. quædam priuata, quæ ex conuentione partium legem accipiunt, l. 1. §. Hoc interdictum, ff. de flum.

51 Sic viæ quædam publicæ sunt, quas Græci Basilicas appellant, Romani Prætorias, vel Consulares, de quibus loquitur etiam Alc. lib. præter. ij. ti. Ne quid in loco publ a Iurisconsulto, in l. 3. ff. de loc. & itin. publ. etiam militares appellantur, quia per eas exercitus transibant, quarum exitus erãt ad mare, ad vrbes, ad flumina publica, aut ad aliam viam militarẽ. Vicinales autem viæ, quas vulgus consortiuas appellat, ex priuatis agris fiunt, quarum si memoria non extat inter publicas connumerari solent: hæ vt plurimum vicinorum agris inseruientes fine exitu in ipsis agris intermoriuntur, l. fin. ff. de loc. & itin. publ. l. 2. § Si quis nemine, ff. Ne quid in loco publico. Extat adagium ab autore prouerbiorum relatum, Via cum adsit semitam quærere, quo vti solemus in tergiuersatores, qui de præsenti negotio recedentes diuerticula captant: Item viarum priuatarum solum alienum est, publicarum autem publicum.

52 Tanto autem odio lex prosequitur viarum publicarum occupatores, vel destructores, vt priuatis facultatem tribuerit de facto eos fustibus repellendi, l. Ædiles Curules, ff. de via publ.

53 Et non solum viæ non possunt destrui, aut impediri, sed adeo liberæ esse debent, vt prohibitum quoque sit in illis rixari, in eas stercora proijcere, vel morticinia, vel coria iacere, d. l. Ædiles Curules, in fine, & meritò introductum est interdictum Prohibitorium, contra eos, qui aliquid immittunt, aliudue faciunt in publicis locis, vt alicui damnum contingat, nec etiam vt luminibus officiatur, l. 2. ff. Ne quid in loco publ. Adagioque locus factus est ab eorum Authore relatum, ab hac publica viarum facultate desumptum: Via publica nemo quempiam ire prohibeat.

54 Si autem via publica sit destructa possunt transeuntes iter facere per vicinum fundum l. si locus §. fin. ff Quemad. ser. amit. Cæpola de ser. vrb. cap. 24. not. in l. Per agrum C. de seruit. & ibi Bald. dicit agrum vicinum reducẽdum esse in formam viæ propter publicam vtilitatem per d. §. fin. l. si locus l. Maritus in fine, & ibi glo. de acquir. rer. dom. Nec verificatur dispositio statuti contra transeuntes per fundum alienum si via publica est destructa Bald. in d. l. Per agrum.

55 Viam autem publicam esse de regalibus Principis habetur in cap. 1. Quæ sint regalia, & ibi Bal. versi. Item viæ publicæ. Et confirmat Peregr. de iure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 16. Bar. autem in l. Continuus, §. Cum quis, ff. de verbo-

rum obl. existimat ius viarum ad ciuitates pertinere. In praxi obseruatur, vt subditæ ciuitates habeant suos magistratus, quibus est ius efficiendi, vt viæ aperiantur, purgentur, reficiantur, & omne impedimentum tollatur ex eis, de quibus rebus agitur in tit. ff. De via publica, & itinere publico reficiendo.

56 Item vt pontes viarum restituantur, & reparentur. l. fin. ff. de flum. l. 2. §. fin. ff. Ne quid in loco publ.

57 Qui autem vias obsident, tanquam latrones à Principe, seu ab eius Rectoribus criminaliter puniuntur, non autem à subditis ciuitatibus, cùm ius gladij non habeant. De qua materia consule Alcia. in l. Quantum ad ius pertinet, ff. de verb. sign.

58 Interdictum hoc Ne quid in loco publico, vel itinere fiat ad vias rusticas, non vrbicas pertinere dicitur in l. 2. §. Si quis nemine, in fine, ff. Ne quid in loco publ. & hoc interdictum est populare, & perpetuum, & illius condemnatio est quanti actoris interest, l. 2. §. fi. ff. Ne quid in loco publ.

59 Contra illos autem, qui via publica vti prohibent aliud interdictum introductum est, l. 1. ff. de via publ. l. 2. ff. Ne quid in loco publ. l. Vnica, ff. Vt in flum. publ. Et sicut de ripa fluminis munienda interdictum propositum fuit, ita de via publica reficienda, l. Vnica, ff. de ripa mun. Item contra eos, qui viam publicam aperire, vel reficere impediunt datur interdictum, ff. de via publ. Plura in materia viarum habentur apud Cœpollam, de seruit. rust. prædiorum, c. p. 3. De seruitute viæ.

60 Crimen peculatus sacrilegio proximum, est furti genus eorum, qui publicam pecuniam furantur, qui si dum Iudices erant tempore suæ administrationis æs publicum subtraxerunt, capite puniuntur, & pari modo, qui illis opem tulerunt, vel ipsas pecunias furtiuas scientes receptarũt, §. Item lex Iulia Inst. de publ. iud. l. Vnica, C. de crim. pecul. l. 1. & l. 3. ff. ad l. Iul. pecul. gloss. tamen in d. l. Vnica, C. eod. dicit id verũ esse in denarijs fisci, vel Vrbis Romæ, non autem aliarum ciuitatum, l. 4. in fi. ff. eo. l. ob pecuniam, ff. de furtis.

61 In Dominio Veneto extat lex Senatus diei 1. Iulij 1369. qua Iudices res Vniuersitatis furantes, vel indebitè aliquid accipientes, puniuntur priuatione officij damnanturque ad restitutionem non solùm ablatorum, sed etiam in duplum.

62 Isti publici fures dicuntur, de quibus M. Cato, in Oratione, quam de præda militibus diuidunda scripsit, inquit, vt Aul. Gellius, libr. 11. c. 18. noct. Attic. scriptum reliquit: Fures priuatorum furtorum in neruo, atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro, atque in purpura.

63 Et faxit Deus illud non contingere, quod Xenocrates dicere solebat; Nos silicet magnos fures excolere, minores autem morti tradere: vel quod Iuuenalis cecinit:

Dat

Dat veniam coruis vexat censura columbas.

Et Terentius ait:

Non rete Accipitri tenditur, neque Miluio,

Qui male faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur.

Huc spectat illud memorabile dictum illius pyratæ, qui ab Alexandro Magno ad mortem damnatus liberè ei dixit: Ego quia exiguo nauigio rapio latro vocor, & morte afficior; tu autem qui magna classe orbem terrarum perturbas, & occupas Imperator appellaris, & gloria immortali afficeris. Aug. de ciu. Dei libr. 4. Socrates interdum interrogatus cur rideret, respondit: Quia video magnos latrones ducere paruum latronem ad suspendium: sacrilegia inquit minuta puniuntur, sed magna in triumphis feruntur, vt scribit Val. Max. lib. 7.

64 Leges autem aranearum telis æquiparari solent, quæ muscas detinent, a maioribus autem auibus discinduntur, vt etiam Pierius Valerianus in Aranea notat: & huc spectat adagiũ illud, quod Lampridius refert in vita Alexandri Seueri: Quicunque multa rapuerit, pauca autem suffragantibus dederit, saluus erit. Diuersa tamen ratione, & forsan melius dicere possemus, si leges non aranearum telis esse comparandas, sed potius illis fortissimis plagis, quibus maiores feræ capiuntur, per quas sine periculo auiculæ impunitæ euolant: nullum enim grauius crimen interdum diuitibus adscribitur, quàm quod diuites sint, eisque Castorum more necesse est, vt sibi non genitalia, sed marsupium abripiant, & relicta sindone nudi effugiant exclamantes.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

De qua re Alciatus in suo Emblemate:

Exprimit humentes, quas iam madefecerat ante

Spongiolas cupidi Principis arcta manus.

Prouehit ad summum fures, quos deinde coërcet,

Vertat vt in fiscum quæ malè parta suum.

Vnde illud.

Quod non capit Christus rapit fiscus.

65 Vespasianum Imperatorem ferunt amicos suos in magistratibus vti spongias adhibuisse. Verùm quemadmodum splene aucto cætera tabescunt membra, sic fisco nimium subditorum iactura aucto, fideles subditi, qui vera sunt Principum membra adeò debilitantur, vt corpus suum regere non valeant.

66 Verissimùm est enim ex opulentia Tyranni argui subditorum paupertatem, de qua re sic Alciatus in altero Emblemate:

Humani quod splen est corporis, in populi re

Hoc Cæsar fiscum dixerat esse suum.

Splene aucto reliqui tabescunt corporis artus,

Fisco aucto, arguitur ciuica pauperies.

67 Reges autem, & Principes illi, qui alienas vrbes multis atrocissimis cladibus occupant, non solùm in hac vita impuniti transeunt,

sed etiam id suo, belliqueiure, factum profitentur, quod in effectu est per famosam illam legem Expedit; At quod nam ius istud sit adhuc ignoro, nisi illud sit antiquissimum de quo Cicero in Oratione pro Sextio dicebat: Quis enim vestrum, Iudices, ignorat ita naturam rerum tulisse, vt quodam tempore homines nondum, neque naturali, neque ciuili iure descripto, fusi per agros, ac dispersi vagarentur, tantumque haberent, quantum manu, ac viribus per cædem, ac vulnera, aut eripere, aut retinere potuissent.

68 Sed ad peculatum reuertamur, quem Labeo definit esse pecuniæ publicæ, aut sacræ furtum, non ab eo factum cuius periculo fuit, l. Sacrilegi capite, §. Labeo, ff. ad legem Iul. pecul. cap. Quid ergo, 23. quæst 4. ille enim ad cuius periculum pecunia pertinet peculatum non committit, d. §. Labeo.

69 In quod crimen incidunt etiam illi, qui delent, aut immutant id quod in publicis tabulis continetur, l. Qui tabulam, ff. ad legem Iul. pecul. & illi, qui sine superioris licentia rerum publicarum copiam faciunt, illas vel inspiciendas, vel describendas tradentes, dicta l. Sacrilegi, in fine.

70 Item qui simulans se fisci creditorem, quod fisco debetur recepit, d § Labeo. Cuius criminis act. 5. in Verrem meminit & Cicero vbi æris publici fœnerationem certissimum peculatum appellat. Sed an officialis, qui tempore sui officij multa acquisiuit, præsumatur illa de bonis fisci acquisiuisse nisi demonstret quomodo illa acquisierit Doctores communiter asserunt in dubio præsumi officialem suo ære, & legitimè illa acquisiuisse, vt tradit Iul. Clar. in pract. crimin. quæstio. 68. versic. Officialis, reprobata, & penitus explosa contraria opinione a glo. fin. relata, non tamen approbata, in l. Defensionis facultas, C. de iure fisci lib. 10.

71 Is quoque qui prædam ab hostibus captam surripit lege peculatus tenetur, & in quadruplum damnatur, l. Is qui prædam, ff. ad legem Iul. pecul.

72 Peculatus criminis actio quinquennio præscribitur, l. Peculatus, ff. ad l. Iul. repet. & datur contra hæredem, quia principaliter agitur ad pecunias ablatas recuperandas, quod accidit quoque in iudicijs residuorum, & repetundarum, l. fin. ff. ad legem Iul. pecul. l. Sciant, C. ad l. Iul. repetun.

73 Eadem lege Iulia peculatus nõ solum tenentur illi, qui res sacras surripiunt, hoc est sacrilegi, de quibus in Codice particulariter agitur in tit. de crimine sacrilegij, de quo crimine suprà diximus: verùm etiam ij, qui ex ærario sacro, religioso, publicoue auferunt Bart. in l. Sacrilegij ff. ad l. Iul. pecul. c. Quisquis 17. q. 4. & ibi Archid. & Lancell. in suis canon. instit. in tit. de sortilegis, maledicis, & sacrilegis.

74 Nunc de alio genere furti æris publici dicamus, eorum scilicet, qui finito magistratu residuum pecuniarum ad eorum manus peruentarum in publicum non conferunt.

ferunt. Vel residuum in aliquem vsum destinatorum quod superfuit penes se retinent, contra quos fures pœna legis Iuliæ de residuis proposita est l. 2. & l. 4. §. Sed & qui ff. ad l. Iul. pecul. glo. in §. penult. in verbo lex Iulia de residuis Inst. de pub. iudic.

75 In hanc etiam legem incidunt Magistratus illi, qui exigunt pecuniam publicam, & illam suis præstitutis temporibus in ærariũ non reponunt, sed penes se retinent ociosam, vel vt ex ea aliquod emolumentum consequantur d. l. 4. §. lege Iulia de residuis l. Sacrilegi in fine ff. ad l. Iul. pecul.

76 Hac lege tenentur etiam illi officiales, qui æs publicum, in certum vsum destinatum, in alium vsum conuertunt: etiam si id esset in vtilitatem Reip. vt notat Ang. in d. §. penult. Inst. de pub. iudic.

77 De priuatis autem æs publicum mutuantibus habetur in tit. C. de his qui ex publ. ration. mut. pec. accep. Franc. Brusatus consil 325. nume. 22. libr. 3. facit l. 1. C de aur. publ. persecut. lib. 10. & l. 1. 2. & 3. C. De his qui ex publ. collat. li. 10. Hoc tamen excusari in modica quãtitate notat idem Brusat. eod. consl. 325. nu. 19. vbi plura ad hoc propositum in medium adducit.

78 Qui autem æs publicum accepit perferendum, ad ærariumque profectus, vt proprium retinuit, lege Iul. de residuis non tenetur, quia illud priuatus fisco debebat l. Cum eo ff ad l. Iul. pecul. Sed est priuatus debitor fisci. At si dictam pecuniam restituere neglexerit in l. Iul. de residuis incidit. d. l. Cum eo.

79 De Præfectis ærario, qui non habent semper paratum æs publicum ad vsum Principis tradit. Franc. Brusat. consil. 325. num. 57. libr. 3.

80 Hac lege Iul. de residuis tenetur etiam ille, qui in tabulas publicas minorem numerum, quam ex aliqua venditione, seu locatione rerum publicarum percepit, vt residuum in vsum proprium conuertat l. Hac lege ff. ad l. Iul. pecul.

81 Pœna huius legis excedit tertiam partem debiti rei l. 4 §. Sed & ff. eod. quod quomodo intelligatur glo. ibi explicat, & in d. §. penult. Inst. de publ. iudic. Hodie tamen obseruatur, vt extraordinariè puniantur pro modo delicti, & delinquentium qualitate.

82 Quando autem isti publici administratores aliquid suffurantur cum illis mitius, & benignius est agendum. arg. l. Tres tutores ff. de admin. tut. vbi gl inquit, velamen administrationis furtum temperare Bald. in cap. 1. §. Iniuria de pace iu. firm. l. Si multi ff. de public. & vectig. Abb. & Fel. in cap. Si vero de sentent. excom. Franc. Brusat. d. consil. 325. numero 37. libr. 3.

83 Ad Iudicum furta, & eorum sordes, ac turpia lucra descendamus, qui sicuti sua honoraria, & emolumenta habere debent, sic abstinere, ne aliquid indebitè extorqueant, vel oblatum accipiant. Honorarium, & congrua merces Iudici omni iure debetur. Iure naturali l. Secundum naturam

ff de reg. iur. iuxta illud: In steriles agros nolunt iuga ferre iuuenci. & iure diuino cap. 10. sapientiæ: Et reddidit iustis mercedem laborum suorum. Et Apost. ad Corinthios 2. Mercedem suam quisque accipiet secundum suum laborem. & legitur. 1. Reg. cap. 9. Saulem consulturum Samuelem prophetam de amissis asinis parasse quartam partem stateris argenti quod pro responso daret viro Dei: à Prophetis enim nefas erat manibus vacuis responsum petere. De iure quoque Canonico, in eo enim legitur, dignum esse mercenarium mercede sua cap. Quicunque suffragio 12. quæst. 2. & c. Cum secundum Apostolum de præbend. & in cap. Militare 23. q. 1. dicitur, Quadam prouidentia militantibus fuisse stipendia constituta, ne dum sumptus quæritur prædo grassetur. Item de iure ciuili Auth. Vt iudic. sine quoquo suffr. §. Cogitatio in princ. Auth. Iusiur. quod præst. ab ijs qui admin. accipi §. Iuro quoq; in princ. Ias. in l. Ne quicquam num. 2 ff. de off. Proconf. Debita autem, & congrua salaria ea sunt, quæ consuetudine, vel Principis auctoritate limitata fuerunt l. Vnica C. de præbend. sala lib. 10 Auth. vt Iud. sine quoquo suffr. §. Hæc autem omnia, & in §. Sic igitur, vers. Sciant enim colum. 2. Bald. in l. Viuos circa finem. C. De Aduoc. diuers. iud. Iason in l. Diem functo ff. de offic. Assessor. num. 12.

84 At quemadmodum sua iusta mercede Iudex non est defraudandus, sic, ea contentus, debet omnẽ sordidam concussionem deuitare, muneraque turpia reijcere Auth. Sed nouo iure C. de pœna iud. qui male iudic. vt enim non tenetur quis proprijs stipendijs militare, sic debet suis stipendijs esse contentus, vt habetur in d. c. Militare non est delictum, vbi hæc verba leguntur: Interrogauerunt Ioannem milites dicentes; Quid faciemus & nos? ait illis; Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: sed estote contenti stipendijs vestris. Subditque ibi Summus Pontifex; id verum esse in Rectoribus, & quibuscunque alijs quomodocunque militantibus, & tandem concludit inquiẽs: Quicunque sibi stipendia publicè decreta consequitur, si amplius quærit tanquam calumniator, & concussor Ioannis sententia condemnetur.

85 Concussionis autem crimen tũc committitur cum Iudex adeo concutit mentem subditi litem agentis, vt ab eo aliquid metu, & violentia extorqueat, aut non exercet iustitiam, nisi accepta pecunia: ac etiam quũm quis ob pecuniam accusat, vel ab accusatiõne desistit. l. 1. & 2. ff. de concuss. l. 4. C. ad l. Iul. repet. & hæc concussio turpissimo verbo à Iurisconsulto sordida appellatur in l. 1. §. Qui autem ff. de calumniat. De hoc crimine agit Specul. in tit. de execut. Vers. Sed numquid tenetur, & de salar. §. 1. Paris de Puteo in tract. Sindic. in cap. de except. milit. Quæ autem sit pœna cõcussionis habetur 23. q. 1. c. Militare, & gl. ac Card. in clem. ent. 2. §. 1. de hæret.

hæret. & Paris in loco supradicto.

86 Ad hanc Iudicum auaritiam reprimendam lex Iulia repetundarum introducta fuit, qua punitur Iudex, vel quicunque alius officialis, qui pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum accipit l.1.& l.3.ff.ad l.Iul.repet & ibi gl. & l. Eadem § fin. & l. lex Iulia ff.eod. Amod. de Castell. in tract. Syndic. in verbo; Item in eo quod dictus Potestas num.163. Boss. in tract. crim. tit. De offic. corrupt. num.1.& seq.

87 Et non solum pecuniam, sed quodcunque etiam aliud commodum non potest Iudex accipere. (pecuniam autem accepisse dicemus, etiam si aliud pro pecunia accep mus, inquit, l.1. §.fin. ff. de calumn.) vt putà à fœneratore gratis pecuniam, & similia Bald. in l. Venales, numero quinto, C. Quādo prouoc. non est necesse, l. Quin etiam, & l. sequ. ff. de calumn. l. fin. C. ad legem Iul. repetun. l. Quisquis, C. si certum petatur.

88 Hoc crimen vulgo legistæ Barathariam appellant, Mascard. de probat. in verbo, Barataria, conclus. 164. 165. & 166. & hæc Barataria æquiparatur Symoniæ, cap. Licet de Symon. quia sicut symoniacus est ille, qui res sacras, quæ suæ certè non sunt, vendit, vt fures faciunt, sic per barathariam leges venduntur, quæ sacræ sunt, l. Leges sacratissimæ, C. de legibus. Non debent enim Iudices putare alienum iurgium esse suam prædam, priuatarumque litium non mercatores, sed cognitores esse debent, vt inquit Imper. in l. tertia, & quarta, C. ad legem Iuliam repetundarum.

89 Immò hoc crimen barathariæ dicitur crimen læsæ maiestatis à Doct. in d. Auth. Sed nouo iure, C. de pœn. iud. qui mal. iud. Paris de Puteo, in tracta. Syndic. fol. 94. de hoc crimine tractat, Bald. in l. Obseruare in §. Proficisci, quæst. 9 ff de offic. Proconf. & in l.1. §.1. ff. ad l. Cornel. de falf. Marsil. in l. lege Cornelia, in princ. numer. ff. ad Leg. Corn. de sicar.

90 Excipiuntur sobrini, & gradu proximiores, & vxor, in quibus fraus non præsumitur, sed creditur eos ob amorem, & sanguinis coniunctionem iudici donasse, & non propter officium d. l. 1. ff. ad legem Iul. repetund. Excipitur etiam amicus, qui aliquid donat Iudici amico ob eorum beneuolentiam, & non vt illum corrumpat, glos. in l. 1. C. de cond. ob turpem causam, & facit cap. Et si quæstionis de Symonia, Mascard. de probat. conclus. 164. nume. 12. & 13.

91 Quid autem si Iudex accipit munus vltrò oblatum post sententiam ab eo, qui obtinuit? dic hoc casu non incidere in barathariam, cap. Sicut Episcopum, 1. quæst. 2. Fely n. in cap. Tua nos, de Symon. Ancharan. consi. 271. num. 5 Boss. in tit de offic. corrup. num. 4. Menoch. de arb. iudic. lib. 2. casu 42. nume. 39. Marsil. sing. 190. & in l. Pœna legis Corneliæ, ff. ad l. Corn. de falf. num. 6.

92 Sentētia autem per barathariam lata, est ipso iure nulla, l. Venales, & ibi Doc. C. Quando prouoc. nō

est necess.cap.Quattuor modis 11. quæst.3.gl.ord & Felyn. in c.Tua nos, num.5. de Symon. Hinc detegitur delictum eorum, qui audent Iudicibus donare sub prætextu, quod in videndis scripturis diligentiores sint, vel quia rectè iudicent gloss. in cap. Qui rectè, 11.quæst.3.

93 Et corrumpens Iudicem si est Actor perdit actionem, l 1. C.de pæn. iud. qui mal. iud. Qui vero est reus perdit exceptionem gl.ibi in verbo amittat. quam Doct. sequuntur.Bart.in d.l.1.colum.2.& probatur in l.2. in fine ff. de cond. ob turp.caus.Bart.in l.falsam C. si ex fals. instr. Paris de Puteo in tract.synd.in vers. An si. Aret.in l.1.C.de cond.ob turp.ca. Prædicta vera non esse quando Iudex fuit corruptus precibus, & obsecrationibus tradit Bald. in l. 1. C. de pæn.iud.qui mal.iud. tūc enim punitur pœna centum aureorum l.1.in fine cum glos. ff.ad l.Iul.de ambitu. Quando autem corruptor Iudicis de causa cadit id non contingit ipso iure, sed Iudicis sententia Bart.in l.1. §.sed & constitutio col.1. ff.de calumn. per d. l.1.de pęn.iud.&c. An vero corruptio vnius ex Iudicibus vitiet quo ad alios Io.Andr. in addit. ad Specul. de sent. circa princ. Ang. & Pet. de su. in l.fin. C. de pæna iud. qui mal. iud. Corrumpens autem non Iudicem ordinarium, sed Arbitrum an puniatur. Accurs.tuetur partem affirmatiuam in l. Venales in vers. Infirmatur C. Quan. prou. non est nec. Cyn. in l. Sed si seruum §. sunt & alij ff. de arbitr. & in l. 1. & ibi Petr. de su. & in l. Pedius §. Iulianus eod. tit. Lanfranc. in tract. de arbitr. 5. part. 14.quæst.

94 Punitur enim iudex si accipit pecuniam etiam, vt iustam ferat sententiam, & hoc quoque casu corruptus dicitur Paris de Puteo, in tract. Synd. in verbo, Corruptio, quem secutus est Gram. consil.35.num.3. Quia deliquit dum iustitiam hoc modo venalem fecit, & puniendus est Bald. consil. 21.lib 5. Boss.tit.de offic.corrupt. num.2.& ideò Cicero libr.2.de legibus,inquit, Iniustissimum esse iustitiæ mercedem quęrere. Quod etiam Plato,in suis legibus,lib.12. seuerissimè prohibuit in hunc modum; Qui patriæ in aliqua reministrant nullo modo munera accipiant, nec vlla occasione, aut ratione nobis persuadeamus, in rebus quidem bonis suscipienda esse munera,in alijs minimè: nam nec cognoscere facile est, neque cùm cognoueris, continere. Idcirco tutius est legibus obtemperare dicentibus nulla pro patriæ ministerio munera esse suscipienda, si quis vero minùs obtemperasse damnatus fuerit, moriatur. Didac. super regula peccatum, fol.103. dicit, eum, qui pecuniam Iudici dedit, vt celeriter causam expediret, non videri Iudicem corrumpere voluisse, & ideò pecuniam datam repetere posse, quem sequitur Iul. Clar. in pract. crim. quæst 73. ver. Iudex committens baratariam.

95 Ille etiam Iudex, qui pecuniam accepit, vt sententiam iniquam ferret,

ferret, etiam si non tulit, tenetur, l. Et generaliter, §. Si igitur, ff. de calum. Nam in committente barattariam pœnitentia non excusat etiam re integra, vt docet Marsil. singul. 326. Pœnitentia in delictis, &c. Et Iudex qui committit baratariam non modo punitur pęna leg. Iuliæ repetundarum, scilicet exilio, vel etiam grauius secundum facti qualitatem l. lex Iulia §. fin. ff ad l. Iul. repet. sed etiam priuatur pręsenti officio, & ad alia officia inhabilis, & indignus redditur. l. Iudices C. de dignitatibus lib. 12. Boss. in tit. de offic. corrupt. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 73. Vers. Iudex committens baratariam. Vnde meritò commendatur Alcamonis dictum à Plutarco relatum, qui, cuidam illum interroganti cur à Messenijs oblata munera spreuisset, respondit: Si munera accepissem, cum legibus pacem non habuissem.

96 De alijs corruptionibus agunt etiam Doctores: nempe de corrumpente Procuratorem partis aduersæ glos. Bart. & Doct. in l. 1. §. sed & constitutio ff. de calumn. Bart. post glo. in l. 1. col. vlt. C. de pæn. iud. qui mal. iud. & not. in l. Eleganter §. penult. ff. de dolo. De corrumpente Notarium. l. In fraudem §. Quoties ff. de iure fisci. l. si quis obtemperauerit ff. ad l. Cor. de fals. l. si quis aliquid §. Instrumenta ff. de poen. Bald. in l. fin. in prima colum. C. de pœn. iud. qui mal. iud. Bart. in l. 1. §. sed & constitutio colum. 2. ff. de calumn. De corrumpente Aduocatum contrarium Bart. in d. §. sed & constitutio Felyn. in cap. Cum venerabilis de except. De corrumpente testem Io. Butrig. in cap. cum causam de test. Cyn. in l. Prouidendum C. de postul. Ang. in l. Satis aperte C. de fals. Bart. in l. Falsa in fine C. si ex fals. instr. & in l. In fraudem §. Quoties ff. de iure fisci. Canonistæ in cap. Intimauit, & in cap. constitutus il primo de testibus Cæpola cautel. 17. De corrumpente Aduersarium in causa criminali, & quando liceat glo. in d. l. 1. §. sed & constitutio. Bart. in l. si maritus §. si negauerit ff ad l. Corn. de adult. & not. in l. Transigere C. de transact. & viget regula, licere Aduersarium suum corrumpere quando causa non respicit publicam vtilitatem alias secus Bart. in d. l. 1 §. sed & constitutio. De corrumpente Administratorem alicuius gloss. in l. penult. ff. de calumn. Ang. & Doct. in l. 1. C. de pæn. iud. qui mal. iud.

97 Ne autem Iudex per eius vxorem, vt Diabolus primum nostrū parentem Adam per Euam, corrumpat, iure cauetur officiales melius agere si vxores secum non ducant l. Obseruare §. Proficisci ff. de off. proconf. & leg. Idque fuisse diu obseruatum ex legibus municipalib. Italicarum vrbium deprehenditur; cum hoc Prætoribus expresiè prohiberetur, obseruatumque fuit dum istæ Ciuitates sua libertate fruebantur, sed nostris temporibus hoc penitus ab aula recessit.

98 Et Iudices totius Veneti Dominij in hoc esse laudandos arbitror,

tror, quòd non consueuerint munera accipere, vt apud quosdam alios Principes accipere audio. Nec etiam laudo immodicam sportularum quantitatem, quæ in aliquibus exteris locis dantur. Nec arbitrium æstimandi Iudicibus sportulas debet litigantibus permitti, ne immoderata æstimatione Iudicum gratiam aucupentur: Sed Iudicum iusta emolumenta Principis decreto debent esse præfinita, vt omnis corruptela & fraudis suspicio tollatur: & quando Iudices non habent salarium ex publico, debent habere sportulas à partibus, toto tit. C. de sportulis.

99 Quando autem certum salarium est Iudicibus definitum non debent iudices pro suo honorario aliquid amplius postulare: quemadmodum Medicus qui stipendia ab vniuersitate habet non debet ab ægroto præmium petere, vt notat Bart. in l. Archiatri C. de profess. & medic. libr. 10. Fel. in cap. Tua nos in fin. de homicid. An vero si aliquid offeratur possit hoc casu accipi? Ang. in d. l. Archiatri tuetur partem affirmatiuam, quem tamen reprobat Hyppol. de Marsi. in l. lege Cornelia la 2 §. Constitutum nume. 3. ff. ad l. Corn. de Sicar. Idem est in Notario ab vniuersitate salariato, qui nec etiam à sponte dantibus accipere pôtest, vt scribit Fel. in d. cap. Tua nos. Si ergo Iudex, Medicus, Notarius, vel alij stipendiati in casibus prædictis aliquid accipiunt, furtum committunt. Stat enim regula approbata; Prohibitum dari propter bonum publicum, prohibetur accipi etiam à sponte dantibus, glo. in l. Iniustus § fin. ff. de reg. iur. Fel. in cap. 1. in fin. de Symon. Bald. in Auth. Sed hodie C. de Episc. & Cler. glo. in cap. Statutum, & in cap. fin. de rescript. in 6. & cap. Exigit cum glo. de censib. in 6. Marsil. in l. Lege Cornelia la 2. §. Constitutum nume. 4 ff. ad l. Corn. de Sicar. An vero hæredes Medici, anno non transacto, defuncti, possint retinere salarium præhabito à Medico pro toto anno; vel si non solutum fuit possint illud integrum consequi, tradit Cephal. consil. 70. & consil. 71. Et contractus inter Medicum, & infirmum non valet not. in l. Medicus, de var. & extr. cognit. Bald. in l. Interpositas C. de transact. Ias. inst. de act. § Quadruplicis num. 57.

100 Sint igitur procul à Iudicibus quæcunque munera. quia, vt legitur in Eccles. cap. 20. Xenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. & in cap. 8. Iob minatur Dominus dicens: Ignis citò deuorabit tabernacula eorũ, qui libenter munera accipiunt. Et qui pecuniam dat, vt quod non licet consequatur, dicitur vim inferre. Hyppol. de Marsil. sing. 353. Datio pecuniæ, &c. & ibi adducta per eum. Et quamuis Iudex sit iustus, & constans debet nihilominus munera reijcere: quia cùm secundùm naturam sit, vt suis benefactoribus quilibet benefacere cupiat, acceptumque beneficium retribuere, nulli dubium

bium iudicis animum muneribus fieri beneuolum, & cupidum gratificandi ei, à quo beneficium accepit, & sic facile potest, si non corrumpi, at saltem excæcari, & decipi, cum amantium iudicium, Platonis testimonio, cæcum sit; de qua re agit etiam Neuizanus in Sylua nupt. libr. 5. nu. 98. quem refert, & sequitur Io. Segura in suo Directorio Iudicum part. 1. cap. 14. num. 22. & faciunt ad hoc propositum tradita per Hostien. in sum. de pœnit. & remiss. §. Confitendum, vers. Cui Marchio, & Paris de Put. in tract. Synd. in verbo Consiliarij numer. 1. vbi refert illud rusticorum adagium: Munus intrat per portam Iudicis, & diabolus exit per fenestram. Pulcherrimi sunt textus in cap. Qui recte, & in cap. Pauper, & in cap. Non licet 11. quæst. 3. & in cap. Non sanè 14. quæst. 5. & in cap. Cum ab omni de vit. & honest. cler. Bald. & Ang. in l. Generaliter. ff. de calumn. Auth. Sed nouo iure C. de pœn. iud. qui mal. iud. Plato lib. 3. de Rep. vbi agit de muneribus, & corruptelis dicit non esse permittendum, vt ciues muneribus corrumpantur. Vulgatissimum, ac quoque & verissimum est illud:

Munera crede mihi placant homínesque Deosque.

101 Videtur tamen Iudicibus permissum, vt possint modica quædam esculenta, & poculenta accipere, quæ paucis diebus consumantur, spontanea liberalitate oblata. cap. statutum. § Insuper, de rescript. in 6. l. Plebiscito ff. de offic. præs. glo. in cap. cum ab omni, de vita, & honest. cler. quæ munuscula Xenia appellantur, de quibus textus est præclarus in l. Solet ff. de offic. proconſ. vbi sic scriptum est. Non vero in totum Xenijs abstinere debebit Proconsul, sed modum adhibere vt neque morosè in totum abstineat, neque auarè modum Xeniorum excedat. quam rem Diuus Seuerus Imp. Antoninus elegantissima epistola, est moderatus cuius epistolæ verba hæc sunt: Quantum ad Xenia pertinet, audi quid sentimus: Vetus prouerbium est οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Nam valdè inhumanum est à nemine accipere: sed passim vilissimum est; & ab omnibus auarissimum. Et prouerbia possunt allegari ad decisiones causarum, cap. Et si Iudæos, & ibi Io. Andr. & Doct. de Iudæis. & in l. Solent in fine ff. de off. proconſ. & in l. si chorus ff. de leg. 3. cap. Ne tales de consecr. dist. 5. cap. Quemadmodum de iureiur. Prouerbium autem est sententia generalis cui consuetudo fidem attribuit, communis opinio assensum accommodat, incorruptæ veritatis integritas acquiescit. Hostien. in d. cap. Si Iudæos de Iudæis. Alex. in l. 1. colum. 13. ff. si cert. pet. Et quod mandatis continetur, ne donum, vel munus ipse Proconsul, vel qui in alio officio erit, accipiat: emat ve quid, nisi victus quotidiani causa: ad Xeniola non pertinet, sed ad ea, quæ eduliorũ excedunt vsum. Sed nec Xenia producenda sunt ad munerum

nerum

nerum qualitatem. Coarctata etiam fuerunt huiusmodi munera ne in anno excedant centum aureos, l. Eadem in fin. ff. ad legem Iul. repet. quod quomodo sit intelligendum explicat Alc dispunctionum, lib 3. c. 9.

102 Hæc autem Xenia, seu munuscula permissa videntur, quia propter has minutias non præsumitur Iudex induci ad iniustè iudicandum, facit cap. Et si quæstiones in fine, de Symon glo. in cap Statutum, §. Insuper, in verbo, Consumi, de rescr. in 6. Boer. quæst. 135. numer. 24 25. Boss. in tit. de Officialibus corruptis, nume. 2. Alex. consil. 206. num. 9. & 10. libro 2.

103 Sed illud admonere libet, Xenia fuisse de iure concessa Proconsulibus in ipso itinere, quia non omnia possunt, qui iter faciunt in alienis ædibus emere: decereque videbatur, vt hospites etiam de suo aliquid apponerent, quod non facile comparari poterat: idque ex ipsius vocabuli significatione confirmatur; Xenium enim est munus, quod hospitibus datur, & ξένος hospes dicitur, vnde Xenodochium dictus est locus, in quo hospites excipiuntur à quibus vulgus hospitale deriuauit. Verùm tamē multa peregrinantibus conceduntur, quæ domi manentibus denegantur, cum enim Peregrini, vt inquit Plato, libr. 5. de legibus amicis, & cognatis careant apud Deos, & apud homines maiorem merentur misericordiam, de quibus Peregrinis agit etiam libr. 12. de legib. Abb. in cap. fin. nume. 47. de foro competen. cap. Vnico, de Clericis Peregrinantibus, cap. Si quis Romipetas, &c. Paternarum, 24 quæst. 3. Non facilè igitur Iudices domi residentes existiment sibi licere ista Xenia recipere, quę propter itineris incommoditatem Peregrinis, ac itinera conficientibus priuilegio indulgentur, & dictum cap. Statutum, §. Insuper, de rescript. si bene ponderetur hoc idem velle innuere videtur.

104 De iure autem nouo hoc correctum videtur in Authen. Scriptum est exemplar, §. Prohibeantur, Vt Iud. sine quo. suffr. ibi enim pecuniarijs pœnis, & exilio prohibentur Iudices aliquid accipere, nisi in defectum salarij, Lucas de Penna, in l. In sacris, quæst. 3. de proxim. sacr. scrin. libro 12. Alber. in d. l. Solet, §. Nam vero, num. 5. de offic. proconf. Decian. consil. 41. volum. 2. nume. 74. Iudex enim debet habere mundas manus Deo, Legi, & Regi, & nullum attingere lucrum. Authen. de mand. Princ. §. Oportet, colum. 3. & qui munera accipit, punitur, vt cauetur in l. Omnes cognitores, C. ad legem Iuliam repetund. iuncta gloss. ibi in verbo, Priuatorum. Et de triplici munerum specie, manus scilicet linguæ, & obsequij habetur gloss. in cap. Statutum, §. Insuper in verbo. Nullum munus de rescr. libr. 6. facit cap. Sunt nonnulli, prima quæst. prima, & Cic. act. quarta, in Verrem obijcit Verri, quod qui pecuniam ei dabant causas obtinebant. An vero hodie

Iudices

Iudices possint ista Xenia accipere in esculentis, & poculentis consistentia, ex mera liberalitate oblata, & quæ paucis diebus possunt consumi, variæ fuerunt super hoc opiniones Doctorum, vt refert etiam Gundisaluus de Villadiego, in tract. de Hæreticis, quæstio. 8. num. 8. & 9 vbi distinguendo dicit in delegato Iudice magis licere, quàm in ordinario, affirmatque per leges Hispaniæ indistinctè prohiberi Iudicibus, ne quid a partibus accipiant, ad quem lector accedat. De hac re agit etiam Iulius Clarus in sua pract. crimin. quæstio. 50. versicu. Scias etiam, vbi inquit, in causis syndicatus officialium, licèt posset agi criminaliter pro barataria, vt plurimùm tamen agi ciuiliter.

105 Contra etiam prohibitum est iudicare volentibus officia ipsa emere, ementesque omnia mala agere præsumuntur, & in Auth. vt Iud. sine quoquo suffr. versic. Administrationes expresse Imper. inquit, quia Iudicibus officia venduntur. Fugiunt æque ex prouincijs, & confluunt huc omnes ingemiscentes sacerdotes, & curiales, & officiales, & possessores, & populi, & agricolæ, Iudicum furta meritò, & iniustitias accusantes. Quando enim Iudex officium emit, vt damna sua resarciat, iustitiam vendit, vnde innumerabilia crimina patrantur, vt idem Iustinianus ibidem testatur inquiens. Quis enim sine periculo non furetur? Quis non latrocinabitur sine reatu ad administratorem respiciens? & postea subiungit. Sed neque sufficimus considerare, & exponere quanta ex furto prouincialium Iudicum fiunt pessima, nullo eos præsumente cum fiducia redarguere: cum illi repente se emisse singula pronuntient, & Ang. in l. vlt. C. ad l. Iul. de ambitu, & in §. Cogitandum, Auth. Vt Iud. sine quoquo suffr. acriter inuehitur in officiales ementes officia, vt iustitiam vendant, & Bar. in l. Procuratores, C. de Murilegulis, libr. 11. inquit, illum, qui dat pecuniam, vt officium obtineat, præsumi habere animum male agendi, & eos, qui permittunt officia vendi, præbere materiam ementibus impunè furandi quos vehementer damnat Paris de Puteo, in tract. Synd. in verbo, Officialis, cap. 9. & in verbo, Officium cap. 1. Si ergo tantorum malorum causa sunt Principes illi, qui non ex fisco salarium Iudicibus constituunt, vt Imp. in d. Auth. Vt Iud. sine quoquo suffr. monet, & tradit Specul. in tit. de salario, §. Porrò si ordinarius Doct. in l. Iurisperitos, ff de excusat. tut. cap. Inter cætera, de off. ord. & ibi Doct. quid dicendum erit de illis Principibus, qui non solum salaria non constituunt, non solum officia vendunt, sed quod peius est, & quod horret animus meminisse, ab ipsismet Iudicibus partem lucri exigunt, certam pensionem ex incerto emolumento, aliasque perangarias extorquentes, quod ad opprimendos Iudices, bonosque arcendos, & ad subditorum mendicitatem

tem accelerandam indubitatum est remedium.

106 Hac lege Iulia repetundarum tenentur illi etiam, qui ob denuntiandum, vel non denunciandum testimonium pecuniam acceperint: item ob deligendos, vel dimittendos milites, ob dicendam, vel non dicendam sententiam in Senatu, vel Consilio, vel ob accusandum, vel non accusandum, l. Eadem lege, ff. ad leg. Iul. repet. & ex alijs causis expressis in l. Lex Iulia, ff. eo.

107 Huius legis transgressores extra ordinem plectuntur l. Lex Iulia, in fine eod. tit.

108 Iudex qui in officio deliquit ad locum delicti debet remitti, ibi puniendus, vt illius pœna metus possit esse multorum, l. 1. C. ad leg. Iul. repet. glo. in cap. Sicut, in verbo, Pertimescunt, de iureiur. & hoc iudicio damnatus nec Iudex esse, nec testimonium perhibere potest, l. Eadem lege, ff. eod. Et quod contra prædictam legem factum est, irritum est, nec præscriptio, vel vsucapio prodest, l. penult. ff. eod. Pœna pecuniaria illius, qui in officio deliquit in hæredes transit, l. 2. C. eod. & anno præscribitur, leg. penultim. C. eod.

109 Qui autem proficiscuntur ad prouincias regendas debent iurare pro ipsis administrationibus, neque dedisse, neque se vllo modo aliquid daturos, neque pro beneficijs tempore suæ administrationis præstitis aliquid accepturos, l. fin. C. eod. Sicque in hoc Veneto Dominio Rectoribus, & eorum Assessoribus iuramentum defertur in manibus Excellentissimorum Capitum amplissimi Consilij X. Virum, antequam ad suos magistratus proficiscantur. Et lege eiusdem Consilij, diei 30. Augusti 1574. prohibitum est Rectoribus, & alijs Principum personas sustinentibus aliquam mercaturam exercere, vt omnis materia delinquendi submoueatur, & vt Iudicum non intersit, non solum illis prohibetur in patria ius dicere, sed etiam ibi spiritualem affinitatem contrahere alia lege Senatus, 18. Maij 1545.

110 Antiochus tertius ciuitatibus sibi subditis scripsit, vt leges obseruarent in iudicando, & si quid vnquam illis per litteras mandasset, quod legibus repugnaret, non exequerentur. Et ita Ægyptiorum Reges fecisse, Iudicesque, iureiurando deuinxisse, ne quid iniustè iudicarent, etiam si Rex ipse imperaret, scribit Plut. Apophteg. 11. Memorabileque est Cambysis Regis facinus, qui filium Iudicem in eo tribunali con sidere voluit, in quo patris iniqui Iudicis, ob iniustitiam excoriati, pellem confixerat, vt scribit Valer. Max. lib. 6. cap. 3. Alex. ab Alexandro Gen. dierum libr. 3. cap. 5. Balduinus in Commentarijs, ad leges XII. tab. lege 52. quos refert etiam Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 342. vbi alijs etiam exemplis, in corruptos Iudices inuehitur, & postea memorat pœnas quibus ipsi Iudices corrupti, ac per sordes iudicantes afficiuntur, illasque

elic

esse arbitrarias concludit, & ibi multas affert auctoritates, vt lector videre poterit.

111 Quantoque odio Principes iniustos Iudices prosecuti sint, vel ex eo cognosci potest, quod pluribus legibus varijsque pœnis eos insectati sunt. Ex lege enim XII. tab. capite plectebatur ille Iudex, Arbiterue datus, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus erat, vt etiam Gel. Noct. attic. meminit, cap. 1. libr. 20. lege Iul. repetundarum etiam arbitrariè fuerunt puniti, vt toto tit. ff. & C. ad leg. Iul. repetund. Item lege Corn. de falsis punitur corruptus Iudex, l. 1. §. 1. ver. Et qui Iudicem, ff. ad l. Corn. de fals. & in C. ex: at. tit. de pœna iud. qui male iud. Item puniuntur pœna concussionis, l. vlt. ff. de Concuss. quæ est, vt illis infamia irrogetur, & nobilitate exuantur Auth. Nouo iure, C. de pœn. iud. qui male iud. & ita exuantur, vt in futurum ad aliam dignitatem non admittantur, l. Iudices, C. de dignitatibus lib. 12. & quomodo istæ pœnæ irrogentur, & concurrant tradit idem Menoch. in d. casu 342. & in iure Canonico, pœna Iudicis corrupti habetur in cap. 1. de re iud. in 6.

112 Quis autem magis peccet, an ille, qui Iudicem corrumpit, an Iudex ipse corruptus, & de pœna corrumpentis, immo etiam attentantis Iudicem corrumpere tradit Menoch. in casu 343. lib. 2. de arb. iudic. Affectus enim sine effectu punitur in eo qui Iudicem corrumpere voluit perinde ac si corrupisset. Bald. in Auth. Nouo iure quæst. 1. C. de pœna iud. qui male iud. Petr. de Zuz. in l. 1. C. eod. tit. & est text. notab. in l. Imperator Seuerus ff. de iure fisci, & in l. Et generaliter §. si igitur ff. de calum.

113 Dubitatum fuit apud Theologos, an Iudex latro persequendo latrunculos peccet, & sic de alijs criminibus Sotus de iust. & iure, lib. 3. quæst. 4. artic. 2. distinguendo dicit, illum Iudicem ratione scandali peccare, qui delinquentes in illis criminibus grauioribus vexat, quibus ipse Iudex malè audit, & exemplum latronis affert. Si autem non eiusdem, sed diuersi criminis insimularetur, vel si crimen non esset graue, vel minimè notorium non peccaret, quam opinionem secutus est Ioan. Segura Daualos, in suo Directorio Iudicum, cap. 8. part. primæ, numero 5.

114 Aliud furti genus occurrit, quod prædictis proximum est, eorum scilicet, qui fumum vendentes subditorum pecunias suffurantur: illi autem dicuntur fumum vendere, qui Principum beneuolentiam vendunt, simulato commendationis officio, per occasionem familiaritatis, cum in hoc crimine, quæ ostentatur Principis familiaritas, citò tamquam fumus euanescat. De hac aularum peste Lampridius eleganter agit in vita Heliogabali, & in vita Alexandri Seueri idem auctor refert Thurnium Verconium de hoc crimine conuictum iussu Imperatoris in foro transitorio ad stipitem alligatum fumo ex lignis

humidis exalante fuisse necatum, præcone acclamante: Venditorem fumi fumo perire, de hoc crimine quædam etiam scripsit doctissimus Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 344 & Auctor adagiorum, in Adagio, Fumos vendere, his verbis concludit: Vtinam nostri temporis Principes Alexandrum Seuerum curent imitari, qui cùm esset Ethnicus, prætera Syrus genere, postremò vehementer adolescens, tamen adulatoribus, delatoribus, Iudicibus furacibus, fumi venditoribus, atque id genus aulæ pestibus, vsque adeò erat infensus, vt vir alioqui moribus placidissimis ijs, demum esset implacabilis, & Martialis de istis ait:

Vendere nec vanos circum palatia fumos
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.


FINIS §. QVINTI.





DE FVRTIS

§. SEXTVS.



SVMMARIVM §. 6.

1 *Immobilia contrectari non possunt.*
2 *De segetum, frugumque furtis.*
3 *Agricolæ probi, & religiosi esse debent.*
4 *Quàm execrandum fuerit furtum rei rusticæ, & de illius pœna.*
5 *Agrorum depopulatores publicis latronibus fuisse æquiparatos.*
6 *De superstitionibus rusticorum.*
7 *Arborum furtim cæsarum actio.*
8 *An vitis, hedera, harundo, salictum, & olea arbores sint.*
9 *Quæ arbores dicantur. Et de manu arida.*
10 *Variæ actiones ex arboribus emanantes.*
11 *Rem rusticam in Priapi tutela fuisse, & de Priapo plura.*
12 *Aduersus fures remedium est, vt domi canes nutriantur.*
13 *Furtum non cadit in animalia, quæ in bonis nullius sunt.*
14 *Venatio, piscatus, & aucupium sunt naturæ lege permissa.*
15 *Venatio prohibita clericis, & episcopis.*
16 *Cur venatio, non autem piscatio prohibeatur.*
17 *Quomodo venatio debeat concedi, vel prohiberi laicis, & clericis.*
18 *Feræ bestiæ postquam per occupationem alicuius factæ sunt, quomodo, & quando ab alio occupari possint.*
19 *De bestijs minimè feris.*
20 *Quomodo in venatione furtum fiat.*
21 *De columbarijs, & furto in columbis commisso, dum ex alienis columbarijs ad suum dolo trahuntur.*
22 *Quid de publicis professoribus litterarum dum alienos scholares ad se dolo malo conuertunt.*
23 *De furtis bestiarum.*
24 *De abigeis, & qui verè sint abigei.*
25 *Differentia inter abigeos, & fures.*
26 *De bestijs alienis agris damnum inferentibus.*
27 *Quæ sint probanda ab eo, qui iumentum furtiuum petit.*
28 *Ob similitudines iumentorum lites interdum exoriri.*
29 *Iudex quando ex se debeat veritatem causæ inuestigare.*

§. MO

6. S. MOBILIS.

1 Obilis dicitur in definitione, quia impossibile est immobilia contrectari, §. Furtiuæ, Inst. de vsucap. Ias. in l. Rem quæ nobis, ff. de acquir. possess. num 6. & 17. & in l. Naturaliter, §. Nihil commune, eod. tit. nume. 6. Fundi enim nomine furti agi non potest, inquit, l. Verum est, ff. de furt. Et licèt pars fundi surripi possit, veluti quando arena, seu creta aufertur, non propterea dicitur rei immobilis furtum fieri, sed imò rei mobilis, & ideò talia auferentes furti tenentur. l. Cretæ ff. de furt. Bart. in l. 1. col. 9. C. de ser. fugit.

2 Attamen non solum res inanimatæ contrectantur, sed segetes etiam, & fructus agrorum, arbores, bestiæ, & homines ipsi, de quibus omnibus dicemus, vt subinde ad occupationes rerum immobilium, earumque inuasiones transeamus. In frugibus autem furtum committi apertè dicitur in l. Fullo, ff. de furt. vbi scriptum est: frugibus ex fundo surreptis tam colonum, quàm dominum furti agere posse, concordat cap. Vulgaris, in fin. de pœnit. dist. 1. Et pari modo pro fructibus stantibus, ac de fundo ablatis competere actionem furti dicitur in d. l. Verum est, ff. de furt. & in l. Si seruus §. si oliuam ff. ad l. Aquil.

3 Et quamuis Agricolæ probi, & religiosi esse debeant, vt omnes ferè auctores, qui scripserunt de agrorum cultura admonuerunt: nam M. Cato cap. 2. de re rustica scriptum reliquit: Patrem familias, vbi ad villam venit, debere larem familiarem salutare, & c. 5. inquit, Villici officia esse: Disciplina bona vti, Ferias seruare, Alieno manum abstinere, & quæ sequuntur. Et Varro in vestibulo operis sui de re rustica, Quoniam, inquit, Dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos, qui maximè agricolarum duces sunt. Et Columella suo tempore agrorum infœcunditatem accidisse exclamat, quia rem rusticam pessimo cuique seruorum, veluti carnifici, noxiæ dedimus, quam maiorum nostrorum optimus quisque optimè tractauerit. & Virg. libr. 1. Georg. inquit:

In primis venerare deos, atque annua magnæ
Sacra refer Cereri.

Magnam nihilominus res rustica à furacibus agricolis patitur iacturam, quia in aperto est, & etiam quia rusticorum mores, quàm cæterorum sunt deteriores, l. Athletæ, §. fin. ff. de excusat. tut. Ripa in tract. de peste in 3. particula 2. par. principalis, num. 221. Ferrar. caut. 17. Magna est quæstio in fine, Soc. in tract. fallen. reg. 34. in prima fallen.

4 Quod quidem delictum adeo execrandum fuit, vt Poetæ fabu-

lati sint agricolam furtim aliena subtrahentem in formicam a Dijs fuisse conuersum, & ideo Horat. Sat. 1. lib. 1. Serm. Formicæ furum naturam tribuit, dum inquit:

Ore trahit quodcumque potest, atque addit aceruo.

Et ex lege XII. tabular. qui corrumpunt, aut subtrahunt frugem aratro quæsitam (hoc vno verbo omnes rei rusticæ labores, quos aratrum requirit, lex complexa est) Cereri frugum Deæ suspenduntur, si puberes sunt: si autem impuberes Prætoris arbitrio verberantur. Quod intelligi debet, si doli capaces sunt, l. Impuberem, ff. de furt. verba legis sequuntur. Ne frugem aratro quæsitam noctè furtim depascunto. Puberes si secanto, Cereri eos suspendunto. Impuberes arbitratu Prætoris verberanto; ac noxam, duplionemve decernunto. Lege autem diuina, Exodi cap. 22. ita hoc crimen plectebatur. Si læserit quispiam agrum, vel vineam, & dimiserit iumentum suum, vt depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo, vel vinea pro damni æstimatione restituet.

5 Tantoque odio leges abominatæ sunt agrorum depopulatores, vt eos publicis latronibus, ac viarum obsessoribus æquiparauerint, priuatisque hominibus facultatem concesserint eos impunè interficiendi, l. 1. C. Quan. lic. vnic. sine iud. se vind. & illos ecclesiarum immunitate gaudere noluerint, vt testatur Iod. in prac. crim. cap. 106. nume. 19. & Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 30. ver. Quæro nunquid. hunc tamen rigorem non seruari, & hoc crimen citra mortem extraordinariè puniri tradit post alios Farinac. in praxi. crim. tit. de delict. & pœn. q. 20. num. 113.

6 Cumque illa gentilitas, quæ dæmonum fraudibus vndique superstitionibus abundabat, existimaret etiam magicis incantationibus alienas fruges lædi, aut aliò transferri posse, contra huiusmodi præstigia, & maleficia in ijsdem legibus XII. tab. pœnam hoc modo proposuit: Qui fruges excantasset pœnas dato, neve alienam segetem pellexeris excantando. Ne incantanto: ne agrum defruganto. Et Virg. Ecloga 8. dum de his præstigijs loquitur inducit pastorem dicentem:

His ego sæpè lupum fieri, & se condere syluis

Mærim, sæpè animas imis exire sepulchris,

Atque satas aliò vidi traducere messes.

Et Ecloga 3.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Multi enim magicis artibus vsi elemēta turbare, vitam insontem labefactare non dubitant, inquit Imp. in l. Multi, C. de malef. & math. Memorabilisque est C. Furni Crassini historia, qui cum mirificè agricultura delectaretur, in eamque diligentissimè incumberet, adeo grandem fructuum copiam ex suo agello percipiebat, vt ampla vicina prædia superaret: ob id tamquam maleficus, qui incantationibus aliorum fruges pelliceret

ceret a Sp. Albino Curuli in iudicium vocatus, vt causam suam tueretur, rustica instrumenta, boues saginatos, ac filiam robustissimam in forum detulit; Hæc, inquiens, Quirites, vna cum vigilijs, & sudoribus nostris, quos, si fas esset, libentissimè, ante oculos vestros ponerem, meæ sunt incantationes, mea veneficia: quibus auditis omnibus suffragijs absolutus domum redijt: si ergo gentilitas grauissima capitis pœna rusticas superstitiones damnauit, Immo si existimauit rem rusticam saluam in agris fore sacrificijs puris, ac munda conscientia, vt Horat. Ode 23. lib. 3. testatur in hæc verba:

Cælo supinas si tuleris manus
Nascente luna rustica Phylire.
Si thure placaris, & horna
Fruge Lares, auidaque porca,
Nec pestilentem sentiet Afr cum
Fœcunda vitis nec sterilem seges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno.

Quantò magis Christi fideles debent mundo corde, incontaminatisque manibus Deum iratum placare, & hæc præstigia abhorrere? Iurisconsultus, in l. Item apud Labeonem, §. Si quis, ff. de iniur. inquit, Constitutionibus illos teneri, qui diuinationes exercent; & ab Imperatoribus pœnis seuerissimis incantationes, & maleficia damnata, & prohibita fuerunt, tam illa, quæ fiunt contra salutem hominum, & ad pudicos animos flectendos ad libidinem, l. Eorum est scientia puniendas. C. de malef. & mathem. quàm alia quæcunque, l. Nemo aruspicem, C. eod. tit. Et quamuis incantationes boni alicuius causa, per d. l. Eorum permissæ fuerint, hoc tamen de iure Canonico est correctum, cap. Illos 26. quæst. 2. & de sortilegijs, cap. Ex tuarum, & fin. & ibi gl. & notant Bar. & Salyc. in d. l. Eorum, & diuina Lex Exodi, cap. 22. ait; Maleficum ne patiaris viuere. Ex iam dicta lege XII. tabul. descendit actio, De pastu pecoris, & competit etiam actio vtilis, Ex lege Aquilia, l. Qui seruandarum, §. vlt. ff. de præscript. verb. l. Si boues, ff. ad legem Aquil. l. vlt. C. eod. tit.

7 At non solum fruges, sed arbores etiam ex fundo abripiuntur, & contrectantur, & qui hoc faciunt furti tenentur, sic enim inquit Vlpianus in dicta lege Verum est, ff. de furtis: Eorum, quæ de fundo tolluntur, vt puta arborum, vel lapidum, vel arenæ, vel fructuum, quos quis furandi animo decerpsit, furti agi posse, nulla dubitatio est. Et datur etiam actio arborum furtim cæsarum, quod crimen etiam in legibus Duodecim tabularum, his verbis damnatum fuit; Si tibi furtim arbores cæsæ sint, agito. de qua re extat tit. in Pandectis. Arborum furtim cæsarum, vbi Paulus in l. 1. hoc præclare ita explicauit: Si furtim arbores cæsæ sint ex lege Aquilia, & ex XII. tabul. dandam actionem Labeo ait. Sed Trebatius ita vtramque dandam, vt iudex in posteriore deducat id, quod ex prima consecutus sit, ex reliquo condemnet.

8 Dubitatum fuit vtrum Vitis, Hedera, Arundo, Salictum, & Olea inter arbores connumerandæ essent, & Vlpianus in l. Vitem ff. arb. furt. cæs. dicit has arbores esse, & illas succidentem in hoc crimen incidere. Verba legis sequuntur: Vitem arboris appellatione contineri plerique veterum existimauerunt. Hederæ quoque, & Arundines arbores non malè dicentur, idem de Salicto dicendum est. facit l. vnica C. de arbor. cædend. Dubiumque erat an vites pro arboribus habendæ essent, cum ex se consistere nequeant, sed necesse sit, vt inquit Poeta:

Vlmis adiungere vites:

Quemadmodum enim fœminæ suis viris, sic vites arboribus iunguntur, &, sumpta à viris metaphora, ipsæ quoque arbores vitiferæ maritæ dicuntur, vt sunt vlmi, & populi, & aliæ quibus vites coniunguntur, vnde Plin. cap. 1. lib. 14. ait: Iam in Campano agro populis nubunt vites, maritasque complexę, atque per ramos earum procacibus brachijs geniculato cursu scādentes cacumina æquāt. Et in eandem sententiam M. Cato cap. 3. de re rustica scripsit: Arbores facito vt bene maritæ sint, vitesque vti satis multæ afferantur. Hedera sic ab hærendo dicta, quia rebus sibi proximis efficaciter hæreat, vt Festo placuit, est arbor semper virens, qua milites, & noui Poëtæ coronabantur: vnde Virg. in Eclogis:

Pastores hedera crescentem ornate Poetam.

& Horat. in Ode 1. lib 1.

Me doctarum hederæ præmia frontium

Dijs miscent superis.

Arundo quoque aquaticus frutex, à Græcis καλαμος dicitur, & inter arbores connumeratur l. 3. ff arb. furt. cæs. Salictum salicem arborem, & salicum seminarium significare constat ex prædicta l. 3. vbi sic legitur: Idem de salicto dicendum est: sed si quis salignas virgas, instituendi salicti causa defixerit, & quæ sequuntur. & pro arbore etiam apud Virg. ponitur lib 2. Georg.

Populus, & glauca canentia fronde salicta.

Et Iurisconsultus in l. Si seruus seruum §. Si oliuam ff. ad l. Aquil. inquit: Si salictum maturum, ita ne stirpes læderes, tuleris cessare Aquiliam. Salictum autem per syncopem pro saliceto poni Virgilij, Ciceronis, Varronis, Columellæ testimonio comprobatur. ac etiam per legem Quæsitum §. Cęlarium quoque ff. de fund. instr. instrum. leg. Sic arundinetum, oliuetum, filicetum, seminaria arundinum, oliuarum, & filicum dicuntur. Salicem autem Homerus frugisperdā appellauit, quod nullum proferat fructum, & in aquis, aut penes aquas proueniat, & ideirco dubitatum fuit an arbor esset: de qua Alciatus pulchrum composuit emblema. Stirpes oleæ quoque arbores esse tradit Vlpianus in d. l. Vitem ff. arbor. furt. cæsar. dixitque stirpes, quia olea simpliciter tam fructum, quàm arborem significat, legi-

legiturque apud Plinium cap. 28. lib. 14. Oleam si lambendo capre lingua contigerit, depaueritque primo germinatu sterilescere, auctor est. M. Varro. & Cicero lib. 1. de diuinat. Agricola cum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat.

9 In hoc crimine arborum furtim cæsarum est animaduertendum, vt arbores cæsæ radices egerint: nulla enim arbor propriè dicitur, quæ radices non conceperit d.l. Vitem. In arboribus autem, quæ ex seminarijs auferuntur, non quæritur an radices egerint, nec ne, cum vtroq; casu hac actione agatur, & idem esse in oleis habetur in §. Quod d.l. Vitem. Arbor quoque in hoc casu illa censetur, quæ translata est, dummodo reponi possit d.l. Vitem § Labeo. & illa quoque cuius radices mortuæ sunt, dummodo terra contineatur. §. Ideo d.l. Vitem. Ex quo inferunt Doct. imo, sine machina trahunt conclusionem. Si alicui est manus abscindenda, eidem posse etiam manum aridam amputari, quia manus est quamuis arida, sicuti arbor est quamuis mortua, Cœpolla in Auth. Sed nouo iure num. 35. 36. C. de seru. fug. sed vt hæc difficultas tollatur in hoc Serenis. Dominio Veneto, in sententijs criminalibus semper dicitur manum validiorem esse reo abscindendam. Vide tamen quæ de hac re scripsit Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 69. vers. Pone quod. Si autem arbores teneræ, & imbecilles adeò sint, vt herbis potius comparari possint, inter arbores non connumerari non debent l. Certè ff. arb. furt. cæs. Vsufructuarij non habent hanc actionem, sed eam Vectigales habent l. Cœdere ff. eod. tit. Si plures vnam arborem furtim ceciderunt contra singulos in solidum agetur l. Si plures ff. eod.

10 Contra clam lædentem, cingentem, deglabrantem, vel succidentem, aut subsecantem alienam arborem, hæc actio competit. Contra radicitus euellentem, vel extirpantem datur Aquilia quasi ruperit l. Furtim ff. eod. Contra alienam arborem contrectantem furti datur actio, & condictio ad ligna consequenda, nec non ad exhibendum, vt rem ablatam edat. l. Facienda ff. de furt. Contra vi cædentem arborem sciente domino actio Vi bonorum raptorum proponitur. d.l. Facienda. Et contra Colonum arbores cædentem etiam locati actio conceditur l. Si colonus ff. eod. tit. debet tamen actor vna actione esse contentus d. l. Si colonus. Et hæc actio quamuis sit pœnalis, est tamen perpetua, hæredique datur, non tamen contra hæredem, & eius condemnatio est in duplum facta æstimatione quanti domini intersit. l. Furtim, & l. sequ. ff. de furt. Qui autem vites cædunt tanquam latrones capite plectendi sunt. l. 2. ff arb. furt. cæs. Quam tamen pœnam in vsu non esse, sed extra ordinem vinearum incisores puniri testatur Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 68. vers. Vastatores, & incisores vinearum. Qui agrum vendidit non ob id priua-

tur actione arborum sibi, dum esset dominus, furtim cæsarum l. si. ff. eod. An vero gemina arbor vnica sit, vel plures, videndum est an iunctura sit supra terram & vnica erit: si vero sub terra iungitur, tot arbores esse censentur, quot supra terram videntur l. Si gemina ff. arbor. furt. cæs. Si tua arbor in meum fundum radices immiserit, non licet mihi illas recidere: agam tamen tibi non licere immittere; & illius esse dicetur, in cuius fundo illius origo reperietur l. Si plures ff. eod. Si vero tua arbor in meas ædes, vel in meum fundum impendeat, & tu interpellatus eam adimere negligas, possum illam succidere, & illius ligna tollere l. Vnica ff. de arboribus cœden. Et per legem XII. tabul. cauetur, vt arboris rami altius per 15. pedes subcidantur: multumque interest an ædibus, an vero agro impendeant: nam si ędibus, vt arbor succidatur præcipitur, si vero agro vsque ad 15. pedes à terra coerceatur. Prætoris interdictum hoc est in d. l. Vnica. Ait Prætor, Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet, si per te stat, quò minus eam adimas, tunc quo minus eam illi arborem adimere, sibique habere liceat, vim fieri veto.

11 Rem rusticam olim in Priapi tutela fuisse liquet, illumque à pastoribus præsertim fuisse cultum, & Numen hortorum habitum: sic enim fabulam contexerunt Poetæ. Cum Venus Dionysij amore flagraret, illique esset commixta, & prægnans effecta, ad Lampsacum sedens Iunonis Zelotypia vexatæ maleficijs puerum peperit monstruosum, & præsertim ob virilis membri vastitatem Priapum appellatum, quem cum Venus contempsisset, & à se genitum negasset, exposuisset que, ac in montem abiecisset, ibi a pastoribus nutritus, & cultus fuit, & postea in numerum Deorum relatus, contra fures hortorum Custos, & Numen habitus est, vnde Virgil. lib. 4 Georg.

Et custos furum, atque auium, cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

Et Ouid. Met. 14.

Quique Deus fures vel falce, vel inguine terret
Vt potirentur ea.

Et Horat. Sat. 8. lib. 1. Serm.

Olim truncus erat ficulnus, inutile lignum,
Cum faber incertus scamnum, faceretne Priapum,
Maluit esse Deum, Deus inde ego furum, auiumque
Maxima formido: nam fures dextra coercet,
Obscœnoque ruber porrectus ab inguine palus.
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque nouis considere in hortis.

Et Tibullus:

Pomosisque ruber custos ponatur in hortis,
Terreat vt sæua falce Priapus aues.

Ouid. autem lib. 1. fast. ait:

Et ruber hortorum Deus, & tutela Priapus.

Vir-

Virgilius autem sic de eo cecinit Ecloga 7.

Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis
Expectare sat est: Custos es pauperis horti,
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu
Si fetura gregem suppleuerit, aureus esto.

Fuit igitur Priapus Deus hortis præpositus, vt illorum tutor esset aduersus furta, quæ in ipsis hortis committebantur, cuius simulachrum erat adolescentis arrectam mentulam tenentis: quia omnes horti in tutela Veneris erant, quam vniuersæ generationis tutricem antiquitas existimauit. Lauerna etiam fuit Dea furum à qua, vt Festus ait, Lauerniones fures dicti sunt: vnde Non. Marcellus inquit: Lauerna Dea cui supplicant fures; Acron autem ait: Lauerna via salaria locum habet, est autem Dea furum, & simulachrum eius fures colunt, aut qui consilia sua volunt esse tacita. Vnde Horatius epistola 16. lib. 1.

——Pulchra Lauerna
Da mihi fallere, da iustum, Sanctumq; videri,
Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.

12 Aduersus fures commune est remedium vt canes domi nutriantur, vt noctu furtim accedentes latratu indicentur, vt Columella docet, qui cap. 12. lib. 7. de re rustica in canum laudem ita præclarè scripsit: Canis falsò dicitur mutus custos: nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam, vel furem prędicat, quàm iste latratu? quis famulus amantior domi? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis denique vltor, aut vindex constantior? Dicitque Columella tria esse canum genera: Villaticum, qui villam custodit: Pastoralem ad propellandas furum, ac ferarum iniurias: & Venaticum venandi gratia comparatum, ibique multa tradit de illorum moribus, de corporis habitu, & colore. & Virg. libr. 3. Georg. inquit:

Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed vnà
Veloces Spartæ catulos, acremque Molossum
Pasce sero pingui? nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Et Cic. in Orat. pro Sext. ait: Canes publicè aluntur in Capitolio, vt significent si fures venerint. Hinc illud Virgilij lib. 4. Georgicorum:

Non ego te vidi Damonis, pessime, Caprum
Excipere insidijs multum latrante Lycisca?

Hinc Cic. de Orat. ait: Is à Philippo interrogatus quid latraret furem se videre respondit: Latrant enim iam quidem Oratores, non loquuntur, vt idem Cic. inquit in Bruto. Et in maledicum Poetam Horat. in Epodo Ode 6. scripsit:

Quid

Quid immerentes hospites vexas canis;

Ignauus aduersus lupos?

13 Diximus supra quomodo segetes, fructus, & arbores etiam abripiantur, nunc quomodo bestiæ subtrahantur est dicendum. In animalibus, quæ in bonis nullius sunt, quoniam iure gentium occupantium fiunt, furtum non committitur. Omnia enim animalia, quæ terra, mari, cœlo capiuntur, id est, feræ bestię, volucres, pisces, capientium fiunt. l. 1. ff de acquir. rer. dom. §. Feræ igitur bestię Inst. de rerum diuis. & l. 1. in princ. ff. de acquir. vel amitt. possess. De qua re tractat etiam Cic. lib. 1. officiorum. Quod adeò verum est, vt non solum in locis nostris, sed etiam in alienis fundis ea capere possimus. d. §. Feræ. vers. Nec interest l. 3 ff. de acquir. rerum dominio. l. Diuus, & ibi Flor. de ser. rust. præd. Cæpola de ser. rust. in tit. de aucupio. Quamuis ipsis animalibus graue, & molestum adeo sit vt Virg. 4. Georg. de philomela dixerit.

Qualis populea mærens philomela sub vmbra
Amissos quæritur fœtus: quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem: rameque sedens miserabile carmen
Integrat, & mæstis late loca quæstibus implet.

14 Hinc est quod venatio, piscatus, & aucupium sunt naturæ lege permissa quia, hac naturali viuendi ratione, homo qui bestijs præest, & dominatur, sibi victum comparat; vt docet etiam Arist. cap. 5. lib. 1. polit. l. Vnica C. de venat. ferarum lib. 11. Et ideo in diuinis literis Gen. cap. 1. scriptum est: Faciamus hominem ad imaginē, & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, & volatilibus cœli. & psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues, vniuersas: insuper & pecora campi. Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

15 Prohibetur tamen venatio Episcopis, & alijs clericis, qui canibus, & accipitribus in hanc rem incumbunt. cap. 1. & 2. de clerico venatore. & in cap. Qui venatoribus dist. 86. & sequ. improbatur venatio, & in cap. Esau ead. dist. dicitur ipsum Esau fuisse venatorem, quia erat peccator, & in cap. 10 Gen. habetur Nimord primum Tyrannum fuisse robustum venatorem. nec in diuinis scripturis inuenitur aliquis venator sanctus: sed multi piscatores, vt fuerunt etiam quidam Apostoli. & à Summo Pont. in cap. Qui venatoribus 76. dist. venatio appellatur ars nequissima.

16 Glo. autem in verbo piscatores eodem cap. Esau quærit cur venatio prohibeatur, non autem piscatus, & dicit id forsan accidere, quia venatio fit cum clamore, quod non accidit in piscatu. vel quia minus voluptatis insit in piscatu, quàm in venatione. Ego autem existimo id accidere, quia venatio non modo ingentibus constat sumptibus, sed etiā scandalo,

dum

dum famuli, equi, canes, accipitres, & aliæ aues rapaces ad venandum aluntur, quæ cum magno hominum conuentu, magna perturbatione fiant non carent peccatis: quod non contingit in piscatu, in quo summum requiritur silentium: Cum piscibus enim mutis non est clamandum, vt est in veteri adagio: vnde Pythagoræ silentij amantissimi pisces dicuntur fuisse contubernales: & singuli homines, quamuis debiles, ac pauperes piscari possunt. Vel etiam quia venatio non careat periculis dum venatores velocissimas insectantur bestias; ferasque, ferocissimas aggrediuntur. l. Nam Iusus ff. ad l. Aquil. vel quia bestias trucidando crudeliores efficiuntur etiam aduersus homines, malum enim habitum contrahunt sanguinem effundendi, quod experientia cognoscitur in lanijs, qui postquam multos boues, & alias bestias laniarunt, facile ad homines etiam eodem cultro dilaniandos se conuertunt. eorumque locus Macellum dictum fuit, vt Varro, & Festus affirmant, à Macello homine improbissimo, qui Romæ latrocinium exercebat, quo damnato, & eius bonis in ærarium redactis, Æmilius, & Fuluius Censores statuerunt, vt in eius domo bestię occiderentur, macellumque diceretur. Et Plato libr. 8. de legibus inter species venationis non solum ponit latronum rapinam, sed etiam piratarum direptiones. Vel quia venatores in aliorum segetibus dum feras inuestigant, & illas persequuntur magnum damnum inferant agrorum dominis illis inuitis, & frustra reclamantibus: non tamen sine iniuria: quia quamuis, vt diximus, liceat etiam per alienos agros venari, non tamen domino recusante licet, nec etiam venatori in alienum fundum ingredi. §. Feræ, vers. Planè Inst. de rerum diuis. l. 3. ff. de acquir. rer. domin. alioquin tenetur actione iniuriarum L. Iniuriarum §. vltimo ff. de iniurijs. Anan. in cap. Omnibus numer. 4. de cler. venat. An vero iustæ sint leges illæ, quæ in communibus locis prohibent venationem, consule Lud. Carbo. in tract. de restitutione quæst. 34. Et plura de venatione scribit Bened. in Repet. cap. Raynutius fol. 142. de testam. & consi. 197.

17 Quemadmodum enim expedit vt venatio exerceatur, tum ad victum comparandum, vnde Flaccus lib. 2. Serm. Sat. 3.

In niue Lucana dormis ocreatus, vt aprum.
Cœnem ego tu pisces hyberno ex aquore vellis.

& ad animum relaxandum, iucundissimum est enim exercitium: nam vt inquit idem Flaccus in Poetica.

Imberbis iuuenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi.

Tum etiam ob damnum submouendum, quod in agris sequeretur, si in illis omnia animalia libere vagarentur: sed multo magis propter corporis exercitium venationi incumbendum est, in qua effigies

effigies quædam militiæ repræsentatur, & à Platone lib. 8. de legibus omnis piscatus, & aucupium prohibetur tanquam res ociosa, & seruilis potius quàm libera, solumque laudat venationem quadrupedum quæ equis, canibus, ac corporis viribus exercetur: hosque venatores voluit vbicunque venari posse, à nemineque prohiberi: & de venatione etiam idem Philosophus agit in Sophista. Sic prohiberi potest ratione locorum, temporum, & personarum; non enim omnibus in locis, & præsertim circumclusis, licet venationem exercere, nec in reseruatis Principi: Non omni tempore, & diebus solemnibus, quibus diuinis officijs est vacandum: non quando segetes deuastantur: non quando animalia sunt prægnantia, vel quando terra est niuibus cooperta, quia secundum venationis leges, & venatorum mores, id prohibetur, ne sine aliqua delectatione, & iucunditate animalia disperdantur, & penitus dissipentur: Ita merito quibusdam venatio fuit interdicta, vt Episcopis, & clericis, extra de clerico venatore. Potest tamen tolerari venatio, etiam in persona religiosa, vel ob necessitatem victus, illis enim venatio conceditur causa necessitatis quando eorum redditus vt plurimum in venationibus consistunt, vt inquit Hostien. in Gallia interdum accidere. vel ad valetudinem medio huius exercitationis recuperandam, si interdum fiat. not. in cap. 1. 24. dist. Abb. in cap. 2. de clerico venat. Diu autem, noctuque venari semper turpe, & reprehensione dignum fuit, vt Flacco quoque placuit, dum libr. 1. carm. Ode 1. sic cecinit:

——Manet sub Ioue frigido
Venator, teneræ coniungis immemor:
Seu visa est catulis cerua fidelibus
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

18 Feræ autem bestiæ, cum alicuius per occupationem factæ sunt, quomodo surripi eas ab alio prohibeatur, vel permittatur, id in iure nostro satis expressum est. habetur enim in §. Feræ bestiæ Inst. de rer. diuis. & in l. 3. & seq. ff. de acquir. rer. dom. illas amplius nostras non esse, postquam nostram custodiam euaserunt, & in naturalem libertatem se receperunt; quod sic esse intelliguntur, cum vel oculos nostros effugerunt, vel etiam in conspectu nostro ita sunt, vt difficilis sit eorum persecutio l. Naturalem in princ. & in §. Apium quoque, ff. de acquir. rer. domin. nisi mansuefactæ adeo sint, vt mitti, ac reuerti consueuerint l. 4. ff. de acquir. rer. dom. Feræ autem mansuefactæ, quæ consueuerunt abire, & redire, non amplius nostræ intelliguntur, si reuertendi animum non habeant; quem non habere tunc iudicamus cum reuertendi consuetudinem deseruerunt. d. l. Naturalem §. Ceruos, & §. Pauonum Inst. de rer. diuis. Et de istis feris habentibus signum, & inustam notam sui domini tradit Mascard. de probat. conclus. 157. ad quem lectorem reijcio.

Quod

19 Quod verò ad illas bestias attinet, quarum natura fera non est, vt sunt gallinæ, & anseres, etiam si conspectum nostrum effugerint nostræ sunt, & ideo inquit lex: Qui lucrandi animo hæc animalia detinet furtum committere intelligitur §. Gallinarum Inst. de rer. diuis. & d. l. Naturalem in fine. & Bart. in l. Qui ea, in secunda oppos. ff. de furt. inquit, vicinum claudentem in domo sua pullos vicini teneri pæna furti.

20 Etiam in venatione furtum committitur, quum venator capit feram ab alio ita vulneratam, vt euadere non possit, dummodo illam persequatur, vt Trebatio placuisse Caius scripsit in d. l. Natura lem §. Illud quæsitum ff. de acquir. rer. dom his verbis. Itaque si per hoc tempus quo eam persequimur, alius eam cœperit, eo animo, vt ipse eam lucrifaceret, furtum videri nobis eum commisisse. Quam Trebatij sententiam de consuetudine receptam esse testatur ibi glo. & Aret. ac Ias. in addit. ad Port. & Nicas. etiam in d. §. Illud quæsitum: & idem sentit Grammat. Decis. 71. num. 9. Faciunt ad hanc materiam, quæ scripsit Cæphal. consil 136. numer. 9. Alij autem non putauerunt feram vulneratam nostram effici, nisi cum effectu capiatur, quod magis Caio placuit, vt in locis ante allatis legitur. Quid erit de eo, qui ex ore lupi alienum porcum eripit, an hunc furtum fecisse dicendum est: an vero per leges venationis prædam sibi acquisiuisse? Pomponius hanc quæstionem proposuit, relatam ab Vlpiano in l. Pomponius ff. de acquir. rer. domin. vbi concludit; hunc cum domino reposcenti porcum non reddit, supprimere, & intercipere, & ideo furti teneri, licet à principio non furandi animo lupum sit persecutus: quod enim à lupo eripitur nostrum, inquit, manet, quandiu recipi potest quod ereptum est. l. Pomponius scribit. §. vlt. ff. fam. ercisc.

21 Quamuis columbæ inter feras bestias connumerentur §. Pauonum Inst. de rer. diuis. l. Naturalem §. Pauonum ff. de acquir. rer. dom. tamen cum eorum fiant, qui eas in suis columbarijs enutriunt, tuta conscientia surripi, vel occidi non possunt, & qui hoc facit furtum committit l. Pomponius scribit ff. famil. ercisc. Guid. Pap. quæst 218. Io. Faber Inst. de rer. diuis. in § In his. Barth. Cæp. in tract. seruit. præd. vrb. tit. de columbaria, vbi inquit, illum, qui capit alienas columbas in suo agro, posse pænitere, & subinde illas dimittendo non teneri de furto. Bart. in l. Ea mente ff. de furt. arg. l. Quæcunque in fine C. de ser. fugit. nec dolo malo ad alienum columbarium fucatis escis debent trahi: hoc est enim furtum committere, vt docet Nauarrus cap. 17. nume. 126. & Lud. Carbo in tract. de restit. quæst. 36. Chassan. in consuet. Burgund. ad capiendas columbas alienas. Ioan. Sanxon. in consuet. Turo. tit. Des eas. droictz. de castellenie. artic. 1. Quod tamen furtum non diceretur si columbaria municipali lege essent

essent prohibita, vt in aliquibus locis prohibentur, & præsertim illis interdici solent, qui non habent agros vicinos: quod tamen superuacaneum, & inutile esse videtur; cum minus damni satis, & segetibus inferant, quàm sit vtilitas, quæ ex illis percipitur; vermes enim agrorum comedunt, & nos illis vescimur, prosunt suo stercore ad fœcundandos agros vtilissimo, & si non detinerentur tanquam aues domesticæ in columbarijs, syluestres per agros maiori in numero vagarentur, & grauiora damna inferrent.

22 At si qui dolo malo alienas columbas ad suum columbarium trahunt fures sunt: tanto magis inter fures erunt connumerandi publici professores auditoribus destituti, de quibus Iuuenalis Sat.7.inquit:

Pœnituit multos vanæ, sterilisque cathedræ.

dum varijs technis alienos scholares ad se allicere, & conuertere student. quamuis inter vsurarios ponantur à Panorm. in cap. 1. nume.2.in fine, extra depositi, Canon in cap vlt.de vsur. Ias in l.Rogasti §. Si tibi dedero in fine ff. si cert. pet. Io.de Anan. in rubr.de magistris. Et inter Symoniacos describuntur ab Accurs. in l.1 §.Solent. vers. Tutelam. ff. de offic. Præf. vrb. & in §. Sed si quis, in vers. Remittit Inst. de susp tut. vbi scribentes. Petr. de Anchar. in cap. Peccati venia de reg.iur. in 6. colum. 4. vers. Sed dices in aliquibus & Calder. in cap. Nauiganti de vsur. Cum refertum auditorium arguat legentis excellentiam iuxta dictum Chrysost.in cap. 20. Matthæi circa finem, dum inquit: Testimonium studiosi agricolæ esse fæcundam messem: & assidui Doctoris signum esse auditorium plenum. Hoc tamen crimen Decian. extremæ adscribit ambitioni, quæ ipsos publicos professores maxime laborare asserit in sua apologia contra Alciatum cap.13. num.24. hisce verbis: Cum nullum credam inter mortales viuere, qui maiori ambitione torqueatur, quàm e suggestu docentes, ambiunt enim auditorum frequentiam, & prece, ac nonnunquam precio discipulos ad suum trahũt auditorium, & à Collega abalienant. Quod ipsi Deciano, qui per tot annos ex nobili suggestu professus est, credi oportet: & ibi num.29. subiungit ambitionem, & inuidiam regnare in pectore docentium.

23 Qui bouem aberrantem, vel equos in solitudine relictos abduxerit furtum facit, l.1 §.Cęterum, ff.de abigeis, vbi sic scriptum est: Cæterum si quis bouem aberrantem, vel equos in solitudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed fur potius.

24 Qui vero pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprędantur, & abigendi studium, quasi artem exercent, equos de gregibus, vel boues de armentis abducẽtes, Abigei sunt, l.1. ff. de abigeis, & isti abigei secundum Isidor. libr. 10. Ethymol. propriè ab actores dicuntur. Et

non

non minus ab hominibus, quàm à lupis subtrahuntur pecudes, vnde Tibull. lib. 5.

At vos exiguo pecori furesque lupique
Parcite, de magno est præda petenda grege.

Abigeos autē interdum ad gladiū, interdum ad opus temporarium damnari, inquit, d. l. 1. Qui autem minora animalia abducunt leuiori pœna plectuntur, d. l. 1. §. Sed & qui porcum, & qui honestiori loco nati sunt relegantur, aut ordine amouentur. Qui vero armati abigunt bestijs obijciuntur, d. l. 1. & l. 2. ff. eod.

25 Solent autem abigei a furibus ob numerum animalium abactorum dignosci, qui enim ad minus decem oues, vel porcos quattuor abducunt abigei sunt, qui minorem numerum fures. In equis, & bobus sat est vnum abigere, vt abigeatus crimine teneatur, & grauius punitur qui a stabulis animalia domita abigunt, quàm qui a sylua, vel grege l. fin. ff. eod. tit. de abigeis. Hoc crimen abigeatus etiam sine inscriptione accusationis proponi potest, l. Vnica, C. de abigeis, & notat ibi Salyc. In iure diuino sic legimus, cap. 22. Deuteronom. Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis, sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum. Liuius libro primo, ab vrbe condita, inquit, Herculem Geryone interempto boues mira specie abegisse.

26 Si quis reperit boues agrum suum vastantes, & secum ad domum perducit tenetur furti. Oldrad. & Bartol. in l. Prætor ait, §. De his, ff. de damno infec. Dicit tamen ibi Roman. posse saltem detinere bestiam, vt illius dominum cognoscat. Gand. vero in tract. malefic. tit. de furibus, & latronibus, colum. 3. dicit de consuetudine obseruari, vt bestia ad domum perducatur, & detineatur, donec damnum emendetur, idque confirmant, Ioann. de Anania, in cap. Si læserit extra de iniur. & damn. dat. & ibidem Anton. de Butrio, gloss. in l. De pecoribus, C. ad legem Aquil. Aug. de Arimino, in addit. ad Angel. de malefic. in verbo, Vestem cœlestem, versic. Quæro quidam. Apud nos obseruatur, vt furti teneatur ille, qui alienas bestias abducit, etiam in agro suo inuentas. Solent tamen mitti ad cauponam, vt non dentur domino, nisi eo propalato, vt accusari possit, & ad damnum faciendum adstringi. Diuina lege sic hoc delictum plectebatur Exodi cap. 22. Si læserit quispiam agrum, vel vineam, & dimiserit iumentum suum, vt depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni æstimatione restituet. Bononiæ extat statutum, vt quilibet possit aliena iumenta in proprio agro reperta iure occidere, vt notat Hippol. de Marsil. sing. 225. In delictis, vbi inquit, id etiam licere extra fundum, si iumentum in fundo repertum fugiens dominus persequatur, & in fuga occidat. Salic. in l. Gracchus C. de adult. De iure tamen non solum

pecus

pecus in meo agro repertum non possum occidere, nec includere, verum etiã si dum illud eijcio fecit abortũ, teneor, l. Quintus ff. ad l. Aquil. quia aut sine damno illud expellere debeo, vel dominum illius admonere, vt suum animal recipiat, & damnum resarciat. l. Quamuis ff. ad l. Aquil.

27 In facto sæpe incidunt controuersiæ; quæ vexant animos Iudicum ob difficultatem probationum in materia iumentorum furto subtractorum, ideo de hac re aliqua hoc loco dicamus. Qui agit ergo ad iumentum furtiuum obtinendum, debet probare se illius dominum fuisse, vel possessorem, ipso iumento nouissimè vsum fuisse, vel in suo stabulo illud habuisse, & si addat stabulum sibi fractum fuisse, vel post sibi commissum furtum illico in vicinia conquestum esse optimum erit, vt tradit Foller. in sua pract. crim. part. 1. tit. Capiat informationem, numer. 11. fol. 118. quem sequitur Bonacoss. in tract. de equo, quæst. 81. & faciunt ea, quæ scribit Barb. in consil. 53. volum. 1. in princ.

28 Sed reus e cuius manibus vult Actor iumentum vendicare, interdum, & ipse probat iumentum suum esse, illud possedisse, & domi suæ ortum fuisse: ob similitudinem enim huiusmodi bestiarum aliquando testes decipiuntur, & sic hinc inde cernuntur satis validæ probationes, quo casu prudens Iudex in fauorem illius, qui melius probauit debet sententiam ferre, non solùm numeri testium, sed etiam eorum qualitatis, & dignitatis rationem habens. l. Iurisiurandi, C. de testibus, glos. in l. Cum quid, ff. Si certum petat. l. Testium, § Ideoque, & ibi gloss. ff. de testibus, gloss. in § Quia vero Authen. de testibus, l Ob crimen, § Si testes, ff. de testibus. Et etiam animaduertendum est, qui nam testes meliorem rationem dictorum suorum reddant, d. §. Si testes. Alexand. consil. 103. volum. 7. Bonacoss. in d. tract. de equo. Et demum cæteris paribus pro reo in dubio est pronuntiandum, per ea, quæ traduntur a Doctoribus in §. Commodum Inst. de interd. & no. in c. Ex litteris, & in c. In præsentia, de prob.

29 Et quando Iudex ob mutuas probationes est anceps, debet ex se veritatem inuestigare, l. 2. C. de edendo, & ibi gloss. & Bart. Authen. de tabell. in princ. & ibi glo. in verbo, Veritatem, & glo. in cap. Cum Ioannes, de fide instrumentorum, in verbo, Postquàm, & ibi Abb. & gloss. in l. Testium, ff. de testibus, l. Vbicunque, ff. de interrog. act. cap. Iudicantem, 30. quæst. 5. cap. Occidit, 23. quæstio. 8. Et quoniam ea, quæ apertè probari non possunt per indicia, & coniecturas probantur, l. Non omnis, §. a Barbaris ff. de re mil. gloss. in l. 1. ff de prob. Cyn. in l. 1 ff de sicar. ideo Iudex hoc casu ex diuersis coniecturis hanc veritatem conabitur eruere.

30 Primum considerandum est, an iumentum sit simile assertæ eius matri, sæpe enim filij præseferunt matris similitudinem, l. Quod si

nolit,

nolit, §. Qui mancipia, ff. de ædil. edicto, & Hesiodus, inquit:

Et similem prolem genitrices patribus edunt.

Quod quidem argumentum locum habet etiam in hominibus, quisq; .n. præsumitur illius esse filius, cuius effigiem repræsentat. Corn. consil. 1. nume. 22. Vers. Aliquid etiam conferre. Paris. consil. 10. num 59. volum. 5. Alber. in l. Septimo mense, ff. de statu homin. Bald. consil. 390. volum. 2. Tam profundè. Fulgos. cons. 212. Quædam mulier, colum. 3. Alc. in l. Quæret, ff. de verborum signific. Bart. in l. Gallus, ff. de lib. & posth. Iac. de Belu. in l. 1. C. Quorum bonorum, & tradit Mascard. conclus. 792. quod etiam sensit Virgil. dum lib. 4. Æneid. sic ait:

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula
Luderet Æneas, qui te tantum ore referret.

Non tamen hoc argumentum in hominibus concludit, gl. & Doct. in l. Quæret aliquis, ff. de verbor. sign. sed facit indicium, vt tradit Bar. in l. Gallus, num. 13. de liber. & posthum. & Ias. in d. l. nume. 67. in secunda lectura. Ruyn. cons. 53. num. 9. volum. 5. Garzi. Hisp. in d. l. Gallus in prin. num. 49. versic. Alia fuit opinio. Coras. Miscell. lib. 2. cap. 22. Gozad. cons. 13. nume. 41. & 62. Idque à Phauorino Philosopho confirmatum fuisse testatur A. Gel. noct. attic. libr. 12. cap. 1. & Horat. Ode 5. lib. 4. ait:

Laudatur simili prole puerpera.

Et apud Martialem legitur:

Est tibi quæ patrij signatur imagine vultus
Testis maternæ nata pudicitiæ.

Et extat Phocilidis græcum carmen in hanc sententiam:

Nam faciunt similes stuprata cubilia natos.

Et plura alia similia habentur apud Tiraq. de legib. connub. gl. 1. parte 7. num. 52. Cum huiusmodi effigies proueniat ex cogitatione mulieris tempore conceptionis, vt naturales Philosophi tradunt, multisque exemplis comprobari posset, & docet Plin. libr. septimo, cap. duodecimo, nat. histor. inquiens: Similes quidem alios auo parere, & ex geminis quoque alterum patri, alterum matri, quasdam sibi similes semper parere, quasdam viro, quasdam nulli, quasdam fœminam patri, marem sibi. Et quod ex effigie oriatur coniectura, & præsumptio tradit Paris in d. consil. 10. nu. 59. & nume. 103. volum. 2. & Alc. de præsumpt. reg. 3. præsump. 37. Menoch. de arbitr. iud. casu 89. numero 102. & accuratè scribit Mascardus in dicta sua conclus. 792. In brutis tamen efficacius concludere experientia docet, & loco citato Plinius ait similitudinum esse in mente reputationem, in qua creduntur multa fortuita pollere, visus, auditus, memoria, haustæq; imagines sub ipso conceptu. Cogitatio etiam vtriuslibet animum subito transuolans, effingere similitudinem, aut miscere existimatur, & plures in homine, quàm in cæteris omnibus animalibus

esse differentias, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit: cum cæteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus singulisque in suo cuique genere. Hoc ergo similitudinis argumentum, quod in hominibus militat, multo magis in brutis concludit ad dignoscendum cuius nam matris filius sit iumentum, vt inde coniiciatur cuius domini sit.

31 Secundo si iumenta sibi inuicem occurrentia hinnitum ediderint, vel se aliquo blando actu, & gestu recognouerint, vt in ipsis brutis accidit, ex his enim argui poterit illos esse matrem, & filium, & sic verus illius dominus cognoscetur. Memorabilis historia legitur apud Æneam Syluium, libro 2. in dicta, & facta Alphonsi Regis. Cum, inquit, rustico ex biga alter equorum subtractus fuisset in nundinis nouæ Ciuitatis Austriæ, resque ad Imperatorem Fridericum fuisset delata, iussit rusticum equæ iugali insidere, ac per vicinos vicus excurrere, quò prope stabulum in quo erat equus inclusus peruenito, ille iugalem equam olfactu peracuto cognitam de more hinnitu emisso euocat, furtum detegitur, & fur punitur.

32 Tertio ex nota inusta, seu stigmate domini iumentum cognoscetur: res enim illorum existimantur, quorum signa retinent, l. Stigmata, C. de Frabicens. libro 11. Et ibi Bart. & Luc. de Penna, colum. 2. Corsetus in sing. in verbo, Testis 19. num. 2. & 3. Et de hoc latè, & pulchrè tradit Mascard. concl. 91. per totam. Ita & merces præsumuntur esse illius cuius signum habent. Bald. in Auth. Dos data in prima column. versic. Nota ex signaculo C. de donat. ante nupt.

33 Quarto si iumentum contentiosum deductum per viam, vbi est domus asserti illius domini tentauerit in ipsam domum ingredi, hoc erit indicium: quæ experientia ad Iudicis præsentiam fieri debet, & ex tempore, ne fraus fiat, posset enim furtim iumentum ad ipsam domum duci, & ibi bene pasci, quo casu cum illac iter faceret, memor præteriti commodi, ad eundem locum libenter diuerteret, argumen. §. Pauonum Inst. de rerum diuis. & l. Naturalem, §. Seruum, ff. de acquir. rerum domin. Retinent enim iumenta memoriam locorum, & itinerum in quibus antea fuerint, vt experientia docet, & tradit Plutar. in libro de solertia animalium: ideo cum quidam vir non prorsus inficetus mihi exprobrasset ignorantiam cuiusdam itineris, quod ipse tenebat, quia illud antea simul confeceramus, eidem, quod est verissimum, respondi: Cognitionem viarum magis ad bestias, quam ad homines spectare.

34 Ego noui homines, qui noctu equos alienos subtrahebant, & in speluncis subterraneis celabant, ibiq; per aliquot dies detinebant, ne furum absentia, vel subita inuestigatione furtum detegeretur: sequenti n. mane domini equorum

rum

rum subtractorum per omnes vias excurrebant, & nullo rei furtiuæ vestigio adinuento tandem domum redibant: fures autem hæc ridentes, postquam omnia erant composita, & nihil amplius dominus sciscitabatur, clanculum educebant, & ad furum receptatores transmittebant. Rustici subtractis bobus vel pastillo calidæ polentæ, vel operculo ferreo igni prius candefacto cornua mol liunt, ac flectunt, vt distortis cornibus à dominis non agnoscantur. Hæ sunt furum artes, quas periti Iudices debent habere cognitas. Partus autem apud furem conceptus an, & quando sit furtiuus docet Bald. in l. Ancillæ colum. t. C. de furt.

35 Qui autem non iumenta ipsa, sed eorum genitalia illis subtrahunt quomodo teneantur videamus. Animalia bruta ad generandum apta, si castrata sunt censentur morbosa, & ideo qui illis testes euellunt tenentur, & si ita castrata venduntur, & emptori id ignoranti hoc non fuerit expressum a venditore, erit locus redhibitoriæ actioni, & ex empto dabitur actio. l. Ædiles aiunt, §. Sed enim, ff. de ædilitio edicto.

36 Qui autem genitalia detrahunt iumentis illis, quibus propter sectionem nihil de fortitudine, vel de vtilitate diminuitur, non tenentur, nec isto casu erit locus redhibitioni, d. §. Sed enim, gloss. in l. Si autem, ff. eod. tit. Mulus enim castratus morbosus non censetur; cum illi, nec de fortitudine, nec de vtilitate aliquid detrahatur, nec ad generandum sit habilis, d. §. Sed enim. Immo plura animalia castrata cæteris sunt preciosiora: si enim apto tempore castrantur, pulchriora, melioraque euadunt, vt Aristotel. lib. vltimo, cap. vltimo, de historia animalium testatur.

37 De illis autem, qui mancipia morbosa pro sanis vendunt tractatur toto tit. ff. de ædil. edicto, & C. de ædilit. actionibus. Quando autem animalia morbosa censeantur, & præsumantur talia fuisse tempore venditionis, tradit Mascard. de probat. conclus. 92. Et si bestia vendita infra triduum post venditionem moriatur, an præsumatur tempore venditionis morbosa fuisse, & agi possit ad precium recuperandum contra venditorem, tradit post alios per eum allatos Hyppol. de Marsil. in l. Si in rixa, num. 59. ff. ad legem Corn. de sicar. Diximus de illis, qui iumentis genitalia subtrahunt. Nunc dicamus, de illis, qui homines euirant, eisdemque genitalia abripiunt: materia, quæ re ipsa non infructuosa, neque obscœna, sed vtilis, & iucunda apparebit. Sed vt constet id de quo dicturi sumus, opportunum erit intelligere, quid sit Spado, quid Eunuchus, quid Castratus, item Thlibiæ, Thlasiæque.

38 Vlpianus in l. Spadonum, ff. de verborum sign. inquit Spadonum appellationem generalem esse, omnesque comprehendere, qui vel natura, vel aliquo accidenti sunt in testibus diminuti, vel penitus excisi.

Phauorinum Philosophum Eunuchum à Gellio celebratum adulterij crimine fuisse damnatum.

49 Exploratumque est hos eunuchos, vt plurimum infames, in amoribus, & delicijs Regum fuisse, vt Magnus Alexander Bagoam habuit, Drusus Ligdum, Nero Pythagorã, quem publicè in vxorem duxit. Et Polemon Atheniensis Philosophus in libello, quem Naturæ signorum interpretatio inscripsit, affirmat eunuchos, vt plurimum immites esse ingenio, dolosos, facinorosos, & se in sceleribus exercentes, in honore autem constitutos cum temeritate vim inferre plus quàm eorum natura exigat.

50 Diuinaque lege ab Ecclesia arcebantur: sic enim legitur 23. cap. Deuteronomij: Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam domini. Alachis Longobardus dum aduersum Cunipertum Regem suum bellum gereret, iurauit, si eum postridie superasset, se puteum clericorum testiculis oppleturum.

51 Isti ergo spadones, qui arrigũt, licet sperma non emittant, si conuincuntur se dominarum pudicitiam deturpasse verberantur, & postea concremantur, domina capitali supplicio damnata. l. vnica C. de mulier. quæ se prop. seru. iunx. Adeoque semper detestabile fuit hoc scelus, vt Poetæ fabulati sint Pasiphaen Cretę Reginam, quæ cum seruo nomine Tauro se commiscuit, cúm bruto coisse, ac Minotaurum edidisse: de qua Virg. lib. 6 Æneidos:

Hic crudelis amor Tauri, suppostaque furto
Pasiphae, mistumque genus, prolesque biformis
Minotaurus inest Veneris monimenta nefanda.

52 Alciatus tamen in l. Spadonum ff. de verb. sign. non dubitat eunuchos, & spadones ad quamcunque dignitatem posse assumi, & Phauorinum philosophum Arelatensem celebrat, quem supra fuisse eunuchum diximus. Euteriumque cubiculo Constantij Cœsaris Præpositum virum iustum, & spadonem fuisse asseuerat. Narsetis quoque eunuchi præstantia hoc loco dissimulanda non est, qui licet Bibliopola ob egregias virtutes ad summam Patriciatus dignitatem elatus, & in Italiam in locum Bellisarij Ducis missus insigni victoria Gothos fudit, ac Italia expulit, quam postea per multos annos iuste, & sapienter rexit, de quo præclarum hoc legitur monumentum Romæ in Ponte Salario. Imperante DN. pijssimo, ac triumphali semper Iustiniano PP. Aug. ann. xxxix. Narses vir gloriosissimus, Expræpositus sacri palatij, Exconsf. atque Patricius post victoriam Gothicam ipsis eorum Regibus celeritate mirabili conflictu publico superatis, atque prostratis, libertate vrbis Romæ, ac totius Italiæ restituta, Pontem viæ Salariæ vsque ad aquam à nefandissimo Totila Tyranno destructum, purgato fluminis alueo, in meliorem statum

rum quàm quondam fuerat renouauit. In nostris quoque antiquis monumentis hoc habemus pulcherrimum epitaphium, quod dicitur esse Romæ in eodem Ponte Salario.

Quam bene curuati directa est semita pontis
Atque interruptum continuatur iter:
Calcamus rapidas subiecti gurgitis vndas.
Et libet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia vestra Quirites,
Et Narsim resonans plausus vbique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Legimus etiam apud Plinium lib. 13. cap. 4. in Perside spadones regnasse. Phutipharisque eunuchi summa fuit dignitas, illius inquã, qui Iosephum ab Ismaelitis emit; erat enim Princeps exercitus Pharaonis, & gener illius. At eunuchus ille Æthiops quem baptizauit Philippus, de quo fit mentio in actis Apostolorum, dignitate hos longe superauit: non enim adumbratam, ac fragilem gloriam, sed solidam, ac diuinam felicitatem consecutus est.

53 Et ius canonicum eunuchum ita ortum, vel per hominum insidias, aut propter ægritudinem arcendam euiratum non modo ad Sacerdotium admittit c. si quis à medicis, & c si quis pro ægritudine dist. 55. & cap. 3. & 5. de corpore vitiatis; sed etiam ad Episcopatum c. Eunuchus d. dist. 55. Si autem sibi genitalia sponte amputauerit, non modo non admittitur, sed admissus etiam deponitur d. c. Si quis pro ægritudine, & c. ij qui; & c. Si quis absciderit di st. 55. dummodo id ignoranter non fecisset credens obsequium Deo præstare: tunc enim per dispensationem admittitur. cap. Significauit, de corpore vitiatis.

54 Quo vero ad pœnam eorum, qui alterum euirassent (quorum omnium primam fuisse Semiramidem, quæ pueros castrari iussit testatur Rhodiginus lib. 13. c. 29. antiquarum lectionum) Digestorum lege si preciosiorem reddidissent, legis Aquiliæ actione non tenebantur, cum hæc lex eas ruptiones, quæ damnum inferunt persequatur l. Si seruum §. Rupisse ff. ad l. Aquiliam: sed iniuriarum tantummodo, aut ex edicto ædilium, aut in quadruplum ex lege XII. tabul. d. l. Si seruus § Et si puerum: & hoc intelligitur vt inquit Accursius in d. l. Si seruus, in illis locis in quibus eunuchi sunt cœteris hominibus preciosiores, vt fuisse apud Barbaros propter eximiam eorum fidem testatur Herodotus, & Rhodiginus lib 19. c. 12. Et nostris quoque temporibus propter eorum acutissimam vocem preciosiores videntur, cum in cantu excellant, ideoque à Principibus ad musicam honesto euocantur stipendio. Cum enim pueri castrantur, eandem semper retinent vocem, teste Arist. de historia animalium lib. 9.

Phauorinum Philosophum Eunuchum à Gellio celebratum adulterij crimine fuisse damnatum.

49 Exploratumque est hos eunuchos, vt plurimum infames, in amoribus, & delicijs Regum fuisse, vt Magnus Alexander Bagoam habuit, Drusus Ligdum, Nero Pythagorā, quem publicè in vxorem duxit. Et Polemon Atheniensis Philosophus in libello, quem Naturæ signorum interpretatio inscripsit, affirmat eunuchos, vt plurimum immites esse ingenio, dolosos, facinorosos, & se in sceleribus exercentes, in honore autem constitutos cum temeritate vim inferre plus quàm eorum natura exigat.

50 Diuinaque lege ab Ecclesia arcebantur: sic enim legitur 23. cap. Deuteronomij: Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & absciso veretro Ecclesiam domini. Alachis Longobardus dum aduersum Cunilpertum Regem suum bellum gereret, iurauit, si eum postridie superasset, se puteum clericorum testiculis oppleturum.

51 Isti ergo spadones, qui arrigūt, licet sperma non emittant, si conuincuntur se dominarum pudicitiam deturpasse verberantur, & postea concremantur, domina capitali supplicio damnata. l. vnica C. de mulier. quæ se prop. seru. iunx. Adeoque semper detestabile fuit hoc scelus, vt Poetæ fabulati sint Pasiphaën Cretę Reginam, quæ cum seruo nomine Tauro se commiscuit, cùm bruto coisse, ac Minotaurum edidisse: de qua Virg. lib. 6 Æneidos:

Hic crudelis amor Tauri, suppostaque furto
Pasiphae, mistumque genus, prolesque biformis
Minotaurus inest Veneris monimenta nefandæ.

52 Alciatus tamen in l. Spadonum ff. de verb. sign. non dubitat eunuchos, & spadones ad quamcunque dignitatem posse assumi, & Phauorinum philosophum Arelatensem celebrat, quem supra fuisse eunuchum diximus. Euteriumque cubiculo Constantij Cœsaris Præpositum virum iustum, & spadonem fuisse asseuerat. Narsetis quoque eunuchi præstantia hoc loco dissimulanda non est, qui licet Bibliopola ob egregias virtutes ad summam Patriciatus dignitatem elatus, & in Italiam in locum Belisarij Ducis missus insigni victoria Gothos fudit, ac Italia expulit, quam postea per multos annos iuste, & sapienter rexit, de quo præclarum hoc legitur monumentum Romæ in Ponte Salario. Imperante DN. pijssimo, ac triumphali semper Iustiniano PP. Aug. ann. xxxix. Narses vir gloriosissimus, Expræpositus sacri palatij, Exconsul atque Patricius post victoriam Gothicam ipsis eorum Regibus celeritate mirabili conflictu publico superatis, atque prostratis, libertate vrbis Romæ, ac totius Italiæ restituta, Pontem viæ Salariæ vsque ad aquam à nefandissimo Totila Tyranno destructum, purgato fluminis alueo, in meliorem sta-

rum quàm quondam fuerat renouauit. In nostris quoque antiquis monumentis hoc habemus pulcherrimum epitaphium, quod dicitur esse Romæ in eodem Ponte Salario.

Quam bene curuati directa est semita pontis
Atque interruptum continuatur iter:
Calcamus rapidas subiecti gurgitis vndas.
Et libet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia vestra Quirites,
Et Narsim resonans plausus vbique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Legimus etiam apud Plinium lib. 13. cap. 4. in Perside spadones regnasse. Phutipharisque eunuchi summa fuit dignitas, illius inquã, qui Iosephum ab Ismaelitis emit; erat enim Princeps exercitus Pharaonis, & gener illius. At eunuchus ille Æthiops quem baptizauit Philippus, de quo fit mentio in actis Apostolorum, dignitate hos longe superauit: non enim adumbratam, ac fragilem gloriam, sed solidam, ac diuinam felicitatem consecutus est.

53 Et ius canonicum eunuchum ita ortum, vel per hominum insidias, aut propter ægritudinem arcendam euiratum non modo ad Sacerdotium admittit c. si quis à medicis, & c. si quis pro ægritudine dist. 55. & cap. 3. & 5. de corpore vitiatis; sed etiam ad Episcopatum c. Eunuchus d. dist. 55. Si autem sibi genitalia sponte amputauerit, non modo non admittitur, sed admissus etiam deponitur d. c. Si quis pro ægritudine, & c. ij qui; & c. Si quis absciderit dist. 55. dummodo id ignoranter non fecisset credens obsequium Deo præstare: tunc enim per dispensationem admittitur. cap. Significauit, de corpore vitiatis.

54 Quo vero ad pœnam eorum, qui alterum euirassent (quorum omnium primam fuisse Semiramidem, quæ pueros castrari iussit testatur Rhodiginus lib. 13. c. 29. antiquarum lectionum) Digestorum lege si preciosiorem reddidissent, legis Aquiliæ actione non tenebantur, cum hæc lex eas ruptiones, quæ damnum inferunt persequatur l. Si seruum §. Rupisse ff. ad l. Aquiliam: sed iniuriarum tantummodo, aut ex edicto ædilium, aut in quadruplum ex lege XII. tabul. d. l. Si seruus § Et si puerum: & hoc intelligitur vt inquit Accursius in d. l. Si seruus, in illis locis in quibus eunuchi sunt cœteris hominibus preciosiores, vt fuisse apud Barbaros propter eximiam eorum fidem testatur Herodotus, & Rhodiginus lib. 19. c. 12. Et nostris quoque temporibus propter eorum acutissimam vocem preciosiores videntur, cum in cantu excellant, ideoque à Principibus ad musicam honesto euocantur stipendio. Cum enim pueri castrantur, eandem semper retinent vocem, teste Arist. de historia animalium lib. 9.

Phauorinum Philosophum Eunuchum à Gellio celebratum adulterij crimine fuisse damnatum.

49 Exploratumque est hos eunuchos, vt plurimum infames, in amoribus, & delicijs Regum fuisse, vt Magnus Alexander Bagoam habuit, Drusus Ligdum, Nero Pythagorā, quem publicè in vxorem duxit. Et Polemon Atheniensis Philosophus in libello, quem Naturæ signorum interpretatio inscripsit, affirmat eunuchos, vt plurimum immites esse ingenio, dolosos, facinorosos, & se in sceleribus exercentes, in honore autem constitutos cum temeritate vim inferre plus quàm eorum natura exigat.

50 Diuinaque lege ab Ecclesia arcebantur: sic enim legitur 23. cap. Deuteronomij: Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & absciso veretro Ecclesiam domini. Alachis Longobardus dum aduersum Cunipertum Regem suum bellum gereret, iurauit, si eum postridie superasset, se puteum clericorum testiculis oppleturum.

51 Isti ergo spadones, qui arrigūt, licet sperma non emittant, si conuincuntur se dominarum pudicitiam deturpasse verberantur, & postea concremantur, domina capitali supplicio damnata. l. vnica C. de mulier. quæ se prop. seru. iunx. Adeoque semper detestabile fuit hoc scelus, vt Poetæ fabulati sint Pasiphaen Cretę Reginam, quæ cum seruo nomine Tauro se commiscuit, cúm bruto coisse, ac Minotaurum edidisse: de qua Virg. lib. 6 Æneidos:

Hic crudelis amor Tauri, suppostaque furto
Pasiphae, mistumque genus, prolesque biformis
Minotaurus inest Veneris monimenta nefanda.

52 Alciatus tamen in l. Spadonum ff. de verb. sign. non dubitat eunuchos, & spadones ad quamcunque dignitatem posse assumi, & Phauorinum philosophum Arelatensem celebrat, quem supra fuisse eunuchum diximus. Euteriumque cubiculo Constantij Cæsaris Præpositum virum iustum, & spadonem fuisse asseuerat. Narsetis quoque eunuchi præstantia hoc locó dissimulanda non est, qui licet Bibliopola ob egregias virtutes ad summam Patriciatus dignitatem elatus, & in Italiam in locum Bellisarij Ducis missus insigni victoria Gothos fudit, ac Italia expulit, quam postea per multos annos iuste, & sapienter rexit, de quo præclarum hoc legitur monumentum Romæ in Ponte Salario. Imperante DN. pijssimo, ac triumphali semper Iustiniano PP. Aug. ann. xxxix. *Narses* vir gloriosissimus, Expræpositus sacri palatij, Exconf. atque Patricius post victoriam Gothicam ipsis eorum Regibus celeritate mirabili conflictu publico superatis, atque prostratis, libertate vrbis Romæ, ac totius Italiæ restituta, Pontem viæ Salariæ vsque ad aquam à nefandissimo Totila Tyranno destructum, purgato fluminis alueo, in meliorem statum

rum quàm quondam fuerat renouauit. In nostris quoque antiquis monumentis hoc habemus pulcherrimum epitaphium, quod dicitur esse Romæ in eodem Ponte Salario.

Quam bene curuati directa est semita pontis
Atque interruptum continuatur iter:
Calcamus rapidas subiecti gurgitis vndas.
Et libet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia vestra Quirites,
Et Narsim resonans plausus vbique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Legimus etiam apud Plinium lib. 13. cap. 4. in Perside spadones regnasse. Phutipharisque eunuchi summa fuit dignitas, illius inquã, qui Iosephum ab Ismaelitis emit; erat enim Princeps exercitus Pharaonis, & gener illius. At eunuchus ille Æthiops quem baptizauit Philippus, de quo fit mentio in actis Apostolorum, dignitate hos longe superauit: non enim adumbratam, ac fragilem gloriam, sed solidam, ac diuinam felicitatem consecutus est.

53 Et ius canonicum eunuchum ita ortum, vel per hominum insidias, aut propter ægritudinem arcendam euiratum non modo ad Sacerdotium admittit c. si quis à medicis, & c si quis pro ægritudine dist. 55. & cap. 3. & 5. de corpore vitiatis; sed etiam ad Episcopatum c. Eunuchus d. dist. 55. Si autem sibi genitalia sponte amputauerit, non modo non admittitur, sed admissus etiam deponitur d. c. Si quis pro ægritudine, & c. ij qui, & c. Si quis abciderit dist. 55. dummodo id ignoranter non fecisset credens obsequium Deo præstare: tunc enim per dispensationem admittitur. cap. Significauit, de corpore vitiatis.

54 Quo vero ad pœnam eorum, qui alterum euirassent (quorum omnium primam fuisse Semiramidem, quæ pueros castrari iussit testatur Rhodiginus lib. 13. c. 29. antiquarum lectionum) Digestorum lege si preciosiorem reddidissent, legis Aquiliæ actione non tenebantur, cum hæc lex eas ruptiones, quæ damnum inferunt persequatur l. Si seruum §. Rupisse ff. ad l. Aquiliam: sed iniuriarum tantummodo, aut ex edicto ædilium, aut in quadruplum ex lege XII. tabul. d. l. Si seruus § Et si puerum: & hoc intelligitur vt inquit Accursius in d. l. Si seruus, in illis locis in quibus eunuchi sunt cœteris hominibus preciosiores, vt fuisse apud Barbaros propter eximiam eorum fidem testatur Herodotus, & Rhodiginus lib 19. c. 12. Et nostris quoque temporibus propter eorum acutissimam vocem preciosiores videntur, cum in cantu excellant, ideoque à Principibus ad musicam honesto euocantur stipendio. Cum enim pueri castrantur, eandem semper retinent vocem, teste Arist. de historia animalium lib. 9.

Phauorinum Philosophum Eunuchum à Gellio celebratum adulterij crimine fuisse damnatum.

49 Exploratumque est hos eunuchos, vt plurimum infames, in amoribus,& delicijs Regum fuisse,vt Magnus Alexander Bagoam habuit,Drusus Ligdum,Nero Pythagorã,quem publicè in vxorem duxit. Et Polemon Atheniensis Philosophus in libello, quem Naturæ signorum interpretatio inscripsit,affirmat eunuchos,vt plurimum immites esse ingenio, dolosos, facinorosos,& se in sceleribus exercentes, in honore autem constitutos cum temeritate vim inferre plus quàm eorum natura exigat.

50 Diuinaque lege ab Ecclesia arcebantur: sic enim legitur 23. cap. Deuteronomij: Non intrabit eunuchus attritis,vel amputatis testiculis, & absciso veretro Ecclesiam domini. Alachis Longobardus dum aduersum Cunipertum Regem suum bellum gereret, iurauit, si eum postridie superasset,se puteum clericorum testiculis oppleturum.

51 Isti ergo spadones,qui arrigũt, licet sperma non emittant, si conuincuntur se dominarum pudicitiam deturpasse verberantur, & pòstea concremantur, domina capitali supplicio damnata.l. vnica C. de mulier. quæ se prop. seru. iunx. Adeoque semper detestabile fuit hoc scelus,vt Poetæ fabulati sint Pasiphaen Cretę Reginam, quæ cum seruo nomine Tauro se commiscuit, cùm bruto coisse, ac Minotaurum edidisse: de qua Virg.lib.6 Æneidos:

Hic crudelis amor Tauri, suppostaque furto
Pasiphae, mistumque genus, prolesque biformis
Minotaurus inest Veneris monimenta nefandæ.

52 Alciatus tamen in l.Spadonum ff.de verb.sign.non dubitat eunuchos,& spadones ad quamcunque dignitatem posse assumi, & Phauorinum philosophum Arelatensem celebrat, quem supra fuisse eunuchum diximus. Euteriumque cubiculo Constantij Cœsaris Præpositum virum iustum,& spadonem fuisse asseuerat. Narsetis quoque eunuchi præstantia hoc loco dissimulanda non est, qui licet Bibliopola ob egregias virtutes ad summam Patriciatus dignitatem elatus, & in Italiam in locum Bellisarij Ducis missus insigni victoria Gothos fudit, ac Italia expulit, quam postea per multos annos iuste, & sapienter rexit,de quo præclarum hoc legitur monumentum Romæ in Ponte Salario. Imperante DN. pijssimo, ac triumphali semper Iustiniano PP. Aug. ann. xxxix. Narses vir gloriosissimus, Expræpositus sacri palatij, Exconf.atque Patricius post victoriam Gothicam ipsis eorum Regibus celeritate mirabili conflictu publico superatis, atque prostratis, libertate vrbis Romæ, ac totius Italiæ restituta, Pontem viæ Salariæ vsque ad aquam à nefandissimo Totila Tyranno destructum, purgato fluminis alueo, in meliorem statum

tum quàm quondam fuerat renouauit. In nostris quoque antiquis monumentis hoc habemus pulcherrimum epitaphium, quod dicitur esse Romæ in eodem Ponte Salario.

Quam bene curuati directa est semita pontis
Atque interruptum continuatur iter:
Calcamus rapidas subiecti gurgitis vndas.
Et libet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia vestra Quirites,
Et Narsim resonans plausus vbique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Legimus etiam apud Plinium lib. 13. cap. 4. in Perside spadones regnasse. Phutipharisque eunuchi summa fuit dignitas, illius inquã, qui Iosephum ab Ismaelitis emit; erat enim Princeps exercitus Pharaonis, & gener illius. At eunuchus ille Æthiops quem baptizauit Philippus, de quo fit mentio in actis Apostolorum, dignitate hos longe superauit: non enim adumbratam, ac fragilem gloriam, sed solidam, ac diuinam felicitatem consecutus est.

53 Et ius canonicum eunuchum ita ortum, vel per hominum insidias, aut propter ægritudinem arcendam euiratum non modo ad Sacerdotium admittit c. si quis à medicis, & c si quis pro ægritudine dist. 55. & cap. 3. & 5. de corpore vitiatis; sed etiam ad Episcopatum c. Eunuchus d. dist. 55. Si autem sibi genitalia sponte amputauerit, non modo non admittitur, sed admissus etiam deponitur d. c. Si quis pro ægritudine, & c. ij qui, & c. Si quis absciderit dist. 55. dummodo id ignoranter non fecisset credens obsequium Deo præstare: tunc enim per dispensationem admittitur. cap. Significauit, de corpore vitiatis.

54 Quo vero ad pœnam eorum, qui alterum euirassent (quorum omnium primam fuisse Semiramidem, quæ pueros castrari iussit testatur Rhodiginus lib. 13. c. 29. antiquarum lectionum) Digestorum lege si preciosiorem reddidissent, legis Aquiliæ actione non tenebantur, cum hæc lex eas ruptiones, quæ damnum inferunt persequatur l. Si seruum §. Rupisse ff. ad l. Aquiliam: sed iniuriarum tantummodo, aut ex edicto ædilium, aut in quadruplum ex lege XII. tabul. d. l. Si seruus § Et si puerum: & hoc intelligitur vt inquit Accursius in d. l. Si seruus, in illis locis in quibus eunuchi sunt cœteris hominibus preciosiores, vt fuisse apud Barbaros propter eximiam eorum fidem testatur Herodotus, & Rhodiginus lib 19. c. 12. Et nostris quoque temporibus propter eorum acutissimam vocem preciosiores videntur, cum in cantu excellant, ideoque à Principibus ad musicam honesto euocantur stipendio. Cum enim pueri castrantur, eandem semper retinent vocem, teste Arist. de historia animalium lib. 9.

esse differentias, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit: cum cæteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus singulisque in suo cuique genere. Hoc ergo similitudinis argumentum, quod in hominibus militat, multo magis in brutis concludit ad dignoscendum cuius nam matris filius sit iumentum, vt inde conijciatur cuius domini sit.

31 Secundo si iumenta sibi inuicem occurrentia hinnitum ediderint, vel se aliquo blando actu, & gestu recognouerint, vt in ipsis brutis accidit, ex his enim argui poterit illos esse matrem, & filium, & sic verus illius dominus cognoscetur. Memorabilis historia legitur apud Æneam Syluium, libro 2. in dicta, & facta Alphonsi Regis. Cum, inquit, rustico ex biga alter equorum subtractus fuisset in nundinis nouæ Ciuitatis Austriæ, resque ad Imperatorem Fridericum fuisset delata, iussit rusticum equæ iugali insidere, ac per vicinos vicus excurrere, quò prope stabulum in quo erat equus inclusus peruento, ille iugalem equam olfactu peracuto cognitam de more hinnitu emisso euocat, furtum detegitur, & fur punitur.

32 Tertio ex nota inusta, seu stigmate domini iumentum cognoscetur: res enim illorum existimantur, quorum signa retinent, l. Stigmata, C. de Frabicens. libro 11. Et ibi Bart. & Luc. de Penna, colum. 2. Corsetus in sing. in verbo, Testis 19. num. 2. & 3. Et de hoc latè, & pulchrè tradit Mascard. concl. 91. per totam. Ita & merces præsumuntur esse illius cuius signum habent. Bald. in Auth. Dos data in prima column. versic. Nota ex signaculo C. de donat. ante nupt.

33 Quarto si iumentum contentiosum deductum per viam, vbi est domus asserti illius domini tentauerit in ipsam domum ingredi, hoc erit indicium: quæ experientia ad Iudicis præsentiam fieri debet, & ex tempore, ne fraus fiat, posset enim furtim iumentum ad ipsam domum duci, & ibi bene pasci, quo casu cum illac iter faceret, memor præteriti commodi, ad eundem locum libenter diuerteret, argumen. §. Pauonum Inst. de rerum diuis. & l. Naturalem, §. Seruum, ff. de acquir. rerum domin. Retinent enim iumenta memoriam locorum, & itinerum in quibus antea fuerint, vt experientia docet, & tradit Plutar. in libro de solertia animalium: ideo cum quidam vir non prorsus inficetus mihi exprobrasset ignorantiam cuiusdam itineris, quod ipse tenebat, quia illud antea simul confeceramus, eidem, quod est verissimum, respondi: Cognitionem viarum magis ad bestias, quam ad homines spectare.

34 Ego noui homines, qui noctu equos alienos subtrahebant, & in speluncis subterraneis celabant, ibiq; per aliquot dies detinebant, ne furum absentia, vel subita inuestigatione furtum detegeretur: sequenti .n. mane domini equorum

rum subtractorum per omnes vias excurrebant, & nullo rei furtiuæ vestigio adinuento tandem domum redibant: fures autem hæc ridentes, postquam omnia erant composita, & nihil amplius dominus sciscitabatur, clanculum educebant, & ad furum receptatores transmittebant. Rustici subtractis bobus vel pastillo calidæ polentæ, vel operculo ferreo igni prius candefacto cornua molliunt, ac flectunt, vt distortis cornibus à dominis non agnoscantur. Hæ sunt furum artes, quas periti Iudices debent habere cognitas. Partus autem apud furem conceptus an, & quando sit furtiuus docet Bald. in l. Ancillæ colum. 1. C. de furt.

35 Qui autem non iumenta ipsa, sed eorum genitalia illis subtrahunt quomodo teneantur videamus. Animalia bruta ad generandum apta, si castrata sunt censentur morbosa, & ideo qui illis testes euellunt tenentur, & si ita castrata venduntur, & emptori id ignoranti hoc non fuerit expressum a venditore, erit locus redhibitoriæ actioni, & ex empto dabitur actio. l. Ædiles aiunt, §. Sed enim, ff. de ædilitio edicto.

36 Qui autem genitalia detrahunt iumentis illis, quibus propter sectionem nihil de fortitudine, vel de vtilitate diminuitur, non tenentur, nec isto casu erit locus redhibitioni, d. §. Sed enim, gloss. in l. Si autem, ff. eod. tit. Mulus enim castratus morbosus non censetur; cum illi, nec de fortitudine, nec de vtilitate aliquid detrahatur, nec ad generandum sit habilis, d. §. Sed enim. Immo plura animalia castrata cæteris sunt preciosiora: si enim apto tempore castrantur, pulchriora, melioraque euadunt, vt Aristotel. lib. vltimo, cap. vltimo, de historia animalium testatur.

37 De illis autem, qui mancipia morbosa pro sanis vendunt tractatur toto tit. ff. de ædil. edicto, & C. de ædilit. actionibus. Quando autem animalia morbosa censeantur, & præsumantur talia fuisse tempore venditionis, tradit Mascard. de probat. conclus. 92. Et si bestia vendita infra triduum post venditionem moriatur, an præsumatur tempore venditionis morbosa fuisse, & agi possit ad precium recuperandum contra venditorem, tradit post alios per eum allatos Hyppol. de Marsil. in l. Si in rixa, num. 59. ff. ad legem Corn. de sicar. Diximus de illis, qui iumentis genitalia subtrahunt. Nunc dicamus, de illis, qui homines euirant, eisdemque genitalia abripiunt: materia, quæ re ipsa non infructuosa, neque obscœna, sed vtilis, & iucunda apparebit. Sed vt constet id de quo dicturi sumus, opportunum erit intelligere, quid sit Spado, quid Eunuchus, quid Castratus, item Thlibiæ, Thlasiæque.

38 Vlpianus in l. Spadonum, ff. de verborum sign. inquit Spadonum appellationem generalem esse, omnesque comprehendere, qui vel natura, vel aliquo accidenti sunt in testibus diminuti, vel penitus excisi.

39 Et Alciatus in dictam l. castratos appellat eos, qui penitus non arrigunt, vel quia naturaliter sine testibus orti sunt, vel quia ante pubertatem omnino euirati fuerunt, improbatque Accursianos perperam credentes, castratos eos tantum dici, qui naturaliter sunt sine testibus: quod etiam traditum fuit ab Vlpiano in l. Si serua, in fine, ff. de iure dot.

40 Item secundum eum Thlasiæ dicuntur, quibus testes fracti sunt.

41 Thlibiæ, qui attritos eos habent, de quibus dicitur etiam a Paulo in l. Ij quoque, ff. ad legem Cornel. de sicar. de quibus agit Alciat. etiam in libr. secundo, prætermissorum.

42 Eunuchi autem, qui non solum carent testibus, sed illis totus coles penitus amputatus est, dicuntur cubicularij, seu lectorum custodes, quia in eo ministerio adhibebantur, l. 4 C. de præposit. sacr. cubic. libr. 12. Eunuchi tamen generalem esse appellationem, qua execti, & non execti comprehenduntur, ex cap. 19. Euangelij Matthæi apparet, cum ibi, ita scriptum sit: Sunt Eunuchi, qui de matris vtero, sic nati sunt, & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum cœlorum. Quod lege Canonica celebratum est, cap. Qui sit, 33. quæst. 5.

43 Qui igitur se eunuchant contra diuina, & humana iura, & contra ipsam naturæ legem delinquunt; quia quod suum non est abripiunt, & eijciunt. Sicuti enim homo non est dominus vitæ suæ, cum legatur in diuinis litteris, cap. 16. Sapientiæ: Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis. Sic nec membrorum suorum est dominus, l. Liber homo, ff. ad legem Aquil. & ideo delinquit, cum se castrat, quia manus inijcit in id, quod non est suum. Est enim homo custos tantummodo vitæ suæ, & habet illius vsum: suarum autem operationum habet dominium, quia Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, Ecclesiastici cap. 15. In sacris litteris vir, qui testiculos auulsos habeat, hominis est hyeroglyphicum, qui iuuentutem iustam, piam, ac omnino laudabilem traduxerit, senectutem autem vitijs, & omni turpitudine commaculauerit.

44 Cum enim testes roboris, & virtutis sint indicium, euiratio cõtra mollitiem, & vitium significat. In genitalibus enim singularem virtutem inesse Auenzoar non incelebris auctor testatur, vt refert Rhodiginus, cap. 7. libr. 4. antiquarum lectionum. Testes ambo, inquit, inter præcipua membra recensendi sunt, magna est eorum virtus, nec occulta, etenim pertenuem in Eunucho vocem audimus, malos agnoscimus mores, sunt porrò imberbes, rationis item pessimæ, nec ferè inuentus est exectus aliquis bonæ legis, aut intellectus non diminuti.

45 Iccirco euiratio apud antiquos, maxi-

maximum fuit supplicium, quo in parentes ingratos animaduertebant, vt penitus spe carerent liberorum procreãdorum, vt etiam testatur libr. 2. Lucretius. Apud Ægyptios verò illis, qui liberam mulierem violassent virilia exsecabantur, vt Romæ Bibienus Carbonem in adulterio deprehensum fœdum in modum castrauit.

46 Suidas refert Theodosium Antiocho Præposito edictum tulisse, ne Eunuchi inter Patricios reciperentur. Horatius Epodon, Ode nona, ægre ferens Romanos in bello morem gerere Cleopatræ fœminæ, illiusque Spadonibus, maxima indignatione exclamauit:

Romanus (heu posteri negabitis)
Emancipatus fœmina.
Fert vallum, & arma miles, & spadonibus
Seruire rugosis potest.

Plutarchusque in vita Antonij scriptum reliquit Cæsarem dixisse, Antonium amatorijs poculis infectum, ne se quidem regere, ac gubernare potuisse, pugnaturosque contra ipsum fore Photinum, & Mardionem Eunuchum, & Chardionem, & Iradem Cleopatræ tonstricem, quibus Antonij Imperium plurimum gubernaretur. vnde Horat. Ode 37. libr. 1. inquit:

——dum Capitolio
Regina dementes ruinas
Funus & imperio parabat,
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum, &c.

Memorabilisque est Alexandri sententia dicentis; Eunuchos esse tertium genus hominum nec videndum, nec in vsu habendum a viris, sed vix a nobilibus fœminis, & à Virg. 4. Æneid. Semiuiri appellantur, dum inducit Iarbam iratum sic de Ænea loquentem:

Et nunc ille Paris cum seminiro comitatu.

47 Eunuchorum autem opera non modo Reges vtebantur, quemadmodum & Cyrus, qui custodes sui corporis Eunuchos esse voluit, vt a suo munere luxuria non auerterentur, sed ad Principum, ac nobilium fœminarum cubilia castè custodienda admittebantur. Ideo Terentius in Eunucho ait:

Eunuchum porrò dixti velle te;
Quia solæ vtuntur his Reginæ, reperi,
Heri minas viginti pro ambobus dedi.

Cumque ad hoc ministerium magno stipendio euocarentur, aliqui interdum vltrò testes sibi abscindebant. Et domini aliquando proprijs seruis etiam inuitis genitalia amputabant, ne cum vxoribus suis, quibus illos præponebãt, delinquerent. Legiturque apud Herodotum, & Cœlium Rhodiginum lib. 4. cap. 7. Babilonem, Assiriamque reliquam tributi nomine quingentos pueros exectos Persarum Regibus exoluisse.

48 Compertum est tamen postea, mulieres impudicas spadones quosdam detinuisse ad generandum inhabiles quidem, sed ad coeundum insignes: vt hoc pacto partu propriam turpitudinem non patefacerent, de qua re Iuuenalis Satyra sexta conqueritur, Legiturque apud Rhodiginum nostrum lib. 19. cap. 12. antiq. lect.

Phauorinum Philosophum Eunuchum à Gellio celebratum adulterij crimine fuisse damnatum.

49 Exploratumque est hos eunuchos, vt plurimum infames, in amoribus, & delicijs Regum fuisse, vt Magnus Alexander Bagoam habuit, Drusus Lygdum, Nero Pythagorã, quem publice in vxorem duxit. Et Polemon Atheniensis Philosophus in libello, quem Naturæ signorum interpretatio inscripsit, affirmat eunuchos, vt plurimum immites esse ingenio, dolosos, facinorosos, & se in sceleribus exercentes, in honore autem constitutos cum temeritate vim inferre plus quàm eorum natura exigat.

50 Diuinaque lege ab Ecclesia arcebantur: sic enim legitur 23. cap. Deuteronomij: Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam domini. Alachis Longobardus dum aduersum Cunipertum Regem suum bellum gereret, iurauit, si eum postridie superasset, se puteum clericorum testiculis oppleturum.

51 Isti ergo spadones, qui arrigũt, licet sperma non emittant, si conuincuntur se dominarum pudicitiam deturpasse verberantur, & postea concremantur, domina capitali supplicio damnata. l. vnica C. de mulier. quæ se prop. seru. iunx. Adeoque semper detestabile fuit hoc scelus, vt Poetæ fabulati sint Pasiphaen Cretę Reginam, quæ cum seruo nomine Tauro se commiscuit, cùm bruto coisse, ac Minotaurum edidisse: de qua Virg. lib. 6 Æneidos:

Hic crudelis amor Tauri, suppostaque furto
Pasiphae, mistumque genus, prolesque biformis
Minotaurus inest Veneris monimenta nefanda.

52 Alciatus tamen in l. Spadonum ff. de verb. sign. non dubitat eunuchos, & spadones ad quamcunque dignitatem posse assumi, & Phauorinum philosophum Arelatensem celebrat, quem supra fuisse eunuchum diximus. Euteriumque cubiculo Constantij Cœsaris Præpositum virum iustum, & spadonem fuisse asseuerat. Narsetis quoque eunuchi præstantia hoc loco dissimulanda non est, qui licet Bibliopola ob egregias virtutes ad summam Patriciatus dignitatem elatus, & in Italiam in locum Bellisarij Ducis missus insigni victoria Gothos fudit, ac Italia expulit, quam postea per multos annos iuste, & sapienter rexit, de quo præclarum hoc legitur monumentum Romæ in Ponte Salario. Imperante DN. pijssimo, ac triumphali semper Iustiniano PP. Aug. ann. xxxix. Narses vir gloriosissimus, Expræpositus sacri palatij, Exconsul atque Patricius post victoriam Gothicam ipsis eorum Regibus celeritate mirabili conflictu publico superatis, atque prostratis, libertate vrbis Romæ, ac totius Italiæ restituta, Pontem viæ Salariæ vsque ad aquam à nefandissimo Totila Tyranno destructum, purgato fluminis aluco, in meliorem statum

tum quàm quondam fuerat renouauit. In nostris quoque antiquis monumentis hoc habemus pulcherrimum epitaphium, quod dicitur esse Romæ in eodem Ponte Salario.

Quam bene curuati directa est semita pontis
Atque interruptum continuatur iter:
Calcamus rapidas subiecti gurgitis vndas.
Et libet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia vestra Quirites,
Et Narsim resonans plausus vbique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Legimus etiam apud Plinium lib. 13. cap. 4. in Perside spadones regnasse. Phutipharisque eunuchi summa fuit dignitas, illius inquã, qui Iosephum ab Ismaelitis emit; erat enim Princeps exercitus Pharaonis, & gener illius. At eunuchus ille Æthiops quem baptizauit Philippus, de quo fit mentio in actis Apostolorum, dignitate hos longe superauit: non enim adumbratam, ac fragilem gloriam, sed solidam, ac diuinam felicitatem consecutus est.

53 Et ius canonicum eunuchum ita ortum, vel per hominum insidias, aut propter ægritudinem arcendam cuiratum non modo ad Sacerdotium admittit c. si quis à medicis, & c si quis pro ægritudine dist. 55. & cap. 3. & 5. de corpore vitiatis; sed etiam ad Episcopatum c. Eunuchus d. dist. 55. Si autem sibi genitalia sponte amputauerit, non modo non admittitur, sed admissus etiam deponitur d. c. Si quis pro ægritudine, & c. ij qui, & c. Si quis absciderit dist. 55. dummodo id ignoranter non fecisset credens obsequium Deo præstare: tunc enim per dispensationem admittitur. cap. Significauit, de corpore vitiatis.

54 Quo vero ad pœnam eorum, qui alterum cuirassent (quorum omnium primam fuisse Semiramidem, quæ pueros castrari iussit testatur Rhodiginus lib. 13. c. 29. antiquarum lectionum) Digestorum lege si preciosiorem reddid. fuissent, legis Aquiliæ actione non tenebantur, cum hæc lex eas ruptiones, quæ damnum inferunt persequatur l. Si seruum §. Rupisse ff. ad l. Aquiliam: sed iniuriarum tantummodo, aut ex edicto ædilium, aut in quadruplum ex lege XII. tabul. d. l. Si seruus § Et si puerum: & hoc intelligitur vt inquit Accursius in d. l. Si seruus, in illis locis in quibus eunuchi sunt cœteris hominibus preciosiores, vt fuisse apud Barbaros propter eximiam eorum fidem testatur Herodotus, & Rhodiginus lib 19. c. 12. Et nostris quoque temporibus propter eorum acutissimam vocem preciosiores videntur, cum in cantu excellant, ideoque à Principibus ad musicam honesto euocantur stipendio. Cum enim pueri castrantur, eandem semper retinent vocem, teste Arist. de historia animalium lib. 9.

cap. vlt. Cuius quidem rei rationem reddit Macrobius lib. 7. c. 10. Saturn. Eunuchosque pretiosiores cęteris seruis existimari etiam legitur in l. vlt. C. commun. de legat. & in l. 1. C. de commun. ser. manum. Iccirco vt meliores fierent conditionis interdum, quidam se sponte euirabant, vel alijs se euirandos tradebant, à quo crimine legalibus pœnis arcentur. Si vero preciosiores non redderentur, secus esset: tunc enim secundum leges Digestorum, qui illos euirabant tenebantur etiam lege Aquilia. At de iure Codicis qui euirat hominem siue liberum, siue seruum capite plectitur, & mancipium fisco applicatur locusque vbi hoc patratur, si illius dominus id non ignorauit, in fiscum defertur l. 1. C. de eunuchis: & non mirum cum l. Cornelia de Sicarijs teneatur l. 3. §. fin. & l. 4. ff. ad l. Corn. de Sicar.

55 Iure quoque cautum est, si vendatur seruus penitus euiratus, & ad generandum inhabilis, contractum infirmari, cum seruus tunc dicatur morbosus. l. Si autem ff. de ædil. edicto; at si seruus venditus vnicum habet testem (testiculum intelligo, cum in iudicio testis sit verbum honestissimum, alio loco non nimis, vt inquit Cicero Epist. 22. lib. 9. familiarium) vel aliud simile impedimentum, quo actus coeundi non impediatur, non morbosus dicitur; & sic non est locus redhibitoriæ actioni, vt contractus dissoluatur l. Pomponius ff. de ædili ædicto.

56 Item vnum habens tantummodo testiculum à militia non repellitur. l. Qui cum vno testiculo ff. de re milit. imo vt ad militiam veniat rogandus est, cum Sylla, & Cotta, qui tali naturæ habitu fuerunt, in prælijs insignes duces extiterint, vt affirmat Arrius in d. l. Qui cum vno testiculo, & Rhodiginus lib 4. cap. 7 antiq. lect. Multo magis id concedendum est illis, qui tres habent testiculos, vt de Francisco Philelpho legitur apud eundem Rhodiginum lib. 17. cap. 12 Qui autem penitus carent testibus, arcendi sunt à militia, iuxta illud Ouidij in eunuchum:

Ista mares tractant, tu spes depone viriles.

57 Pari quoque ratione qui se spôte excidendum præbet, & vltro se castrari permittit, pœna legis Corneliç de Sicarijs tenetur. l. 3. §. Qui hominem, & l. 4 ff. ad l. Corn. de Sicar. quæ pœna licet sit in insulam deportatio, & omnium bonorum ademptio, solent tamen huiusmodi delinquentes capite plecti, nisi maiorum nobilitate præfulgeant, & ex illustri aliquo loco originem trahant: ij enim in insulam deportantur: & humiliores solent etiam bestijs obijci. d. §. Qui hominem: & meritò, cum multis modis delinquât, patriamque ipsam iniuria afficiant: & ideo Varro in l. Mæuia apud Nonium inquit: Sic qui patriam maiorem parentem extinguit in eo est culpa, quod facis pro sua parte is, qui se eunuchat, aut aliubi liberos producit.

58 Et non vulgares honores in illos contulerunt Romani qui plures

res liberos generassent vt Gellius quoque noct. attic. lib. 2. cap. 15. testatur. Paterque non habenti filios præfertur l. In albo C. de Decur. lib. 10. scilicet ambulando, sedendo, orando, & similibus. Lud. de Rom. in l. 1. col. 6. ff. in ius voc. vt eant. Nuncque in Rep. Veneta, quæ Romanorum splendorem miris modis imitatur, à publicis muneribus, & vectigalibus illi sunt immunes, qui duodecim habent filios. Quod etiam ciuili lege sancitum est, l. Si quis Decurio pater, C. de Decur. lib. 10. l. Sēper ff. de iure immunit. l. fin. C. de ijs qui numero liber. lib. 10. Rol. à Valle cons. 52. vol. 2. In duodecimque tabulis lege cautum erat, vt quilibet vxorem duceret, inquit enim lex; Cœlibes esse prohibento. quæ Platonis legem imitatur, ipse enim à trigesimo vsque ad trigesimum quinctum annum ducendam esse vxorem præcepit lib. 12. de legibus, pœna apposita secus facientibus: Natura enim ipsa quemadmodum viuendi, ita etiam generandi desideriū hominibus tribuit: Deusque ipse proprio mortalibus mandauit ore, vt crescerent, & multiplicarentur Gen. cap. 1. meritò igitur acerrima pœna plectendi sunt illi, qui se ipsos euirantes posteritatem suam penitus extingunt. Videturque nonleue supplicium illis à Deo inflictum, qui prolem ex se relinquere nō possunt: ideirco Abraam ille apud Deum summis præcibus contendebat, vt filium susciperet, quod cum obtinuisset nil acceptius eidem accidit. Gen. cap. 15. Et qui filios post se relinquit non censetur mortuus l. Cum scimus. C. de agr. & censit. lib. 11. circa finem. Corona senum filij filiorum, & gloria filiorum patris eorum, inquit sapiens cap. 17. prouerb & cap. 13. legitur, bonum patrem relinquere filios, & nepotes. Et dixit Dominus Abrae postquam filium suum vnigenitum immolare voluit: Quia non pepercisti filio vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & veluti arena, quæ est in littore maris. Gen. cap. 22. Et Iacob audiuit Deum in somnijs illi dicentem: Terram in qua dormis tibi dabo, & semini tuo, eritque semen tuum quasi puluis terræ. Gen. cap. 28. Alijs etiam priuilegijs gaudent illi, qui plures habent filios, nam ipsis parentibus delinquentibus pœna mitigatur. l. Cum ratio §. Si plures ff. de bon. damnat. vbi habetur dictum Hadriani Imp. Fauorabilem causam numerum filiorum facere. quem textum Rom. ponderat in l. Si vero §. De viro num. 45. ff sol. matr. l. Qui prouincia §. Diuus Marcus ff. de rit. nupt. in illis verbis: Et numero liberorum vestrorum per quam legem Bald. in c. Naturalis in tit. Si de feud. fuer. contr. dicit numerum liberorum inducere facilitatem indulgentiæ, & dispensationis. Nec est omittendum immunitatem concessam ob numerum filiorum vigere etiam post mortem filiorum Alex. in l. Sciendum. §. fin. ff. Qui satisd. cog. & in l. Semper ff. de iur. immun. & in l. Si

in l. Si cum dotem §. Si maritus ff. sol. matr. Bart. in l. 2. §. Non solum ff. de excus. tut.

59 Cum ergo diuinum sit munus prolem suscipere, sic miserum omnino est ea carere; & detestabile eam sponte abijcere, & contemnere, vt faciunt illi, qui se ipsos eunuchant: quiquidem homines nefarij non modo ipsi, vt diximus, seuerè puniuntur; sed ad hoc scelus arcendum Medicus etiam ille capitali pœna afficitur, qui aliquo casu à legibus vetito aliquem euirat, l. 4. in fin. ff. ad l. Corn. de sicar. & bonorum publicatione l. Lege Cornelia la 2. §. Constitutum ff. ad l. Corn. de sicar. Et Tabellio, qui scribit instrumentum alienationis ipsius euirati capite plectitur. l. 2. C. de eunuch. Publicani quoque qui vectigalium causa ob hāc alienationem aliquid accipiunt puniuntur morte, d. l. 2. Nemo enim eunuchum aliquem ex seruis romanis ad dominium suum transferre potest, siue in barbaro, vel in romano solo factus fuerit: si autem apud barbaros, quis barbaræ gentis eunuchus factus fuerit, erit in hominum commertio, & emi poterit. d. l. secunda, C. de eunuch.

60 In odium etiam istorum expresse introductum est, vt sententia difinitiua contra hos absentes ferri possit l. Lege Cornelia ff. de sicar. licet regulariter sententia capitalis contra absentem pronuntiari non debeat, l. 1. ff. de requir. reis, l. Absentem C. de accusat. l. Absentem ff. de pœn. c. Absente cum duobus seq 3. q. 9.

61 Eunuchis tamen testandi licentia non denegatur l. Eunuchis C. Qui test. fac. poss. nam Consilio pollet cui vim natura negauit.

62 Suprascripta omnia ad fœminas quoque extenduntur siue se ipsas castrauerint, vel alijs castrandas se præbuerint, siue ab aliquo inuitæ excisæ fuerint. Mulieres enim habere testiculos clarissima est Hippocratis, & Galeni sententia, & ideo in Lydia castrari mirum esse non debet, vt affirmat etiam Alciat. in l. Spadonum ff. de verb. sign. & Rhodigin. antiq. lect. cap. 10. & libr. 20. cap. 14. vbi dicit Andramytem Regem omnium primum mulieres eunuchas fecisse.

63 Quoniam circumcidentes aliquem pœna castrantium teneri, inquit Modestinus, in l. Circumcidere, ff. ad legem Corn. de sicar. ideo post castratos aliquam de circuncisis mentionem faciamus: videamusque qua pœna sint illi puniendi, qui hominem circuncidunt, qua in re hoc modo esse distinguendum arbitror. Aut Iudæus Iudæum circuncidit, & cum ab ecclesia hoc pertinacissimum infidelium genus toleretur, nulla iudiciaria pœna puniendus est: cum diuina lege hoc præceptum fuerit Gen. cap. 17. & Leu. cap. 12. Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit: & rescripto Diui Pij permittatur, d. l. Circumcidere, ff. ad legem Corn. de sicar. Quæ quidem circuncisio

fio innouata etiam fuit a Iosue sic iubente Deo, quadraginta enim annis, populus natus in deserto incircumcisus fuit; sed posteaquam transiuit Iordanem, illi denuo præcepit Deus, vt circuncisionem reciperet, quod cum fecisset dixit Deus Iosue: Hodie abstuli a te opprobrium Ægypti. Iosue cap. 5. & cap. Sed & illud, 26. quæst. 2. Quod postea adeò pertinaciter obseruarunt Iudæi, vt aduersus Hadrianum bellum gesserint; quia illis circuncisionem interdicere voluerat. Secundo loco, aut Iudæus Christi fidelem, aliumve hominem alterius religionis circumcidit, vt inter Iudæos recipiatur, & in pœnam legis Corneliæ, de sicarijs incidit, d. l. Circumcidere, ff. ad legem Corn. de sicar. quæ pœna in humilioribus est capitis, vel ad bestias: in honestioribus autem est in insulam deportatio. Vt tradit Martianus, in l. 3. in fin. ff. ad l. Cornel. de sicar. & per l. Iudæi, & bonorum, C. de Iudæ. & cælic. Iudæi Christianum circumcidentes, vel circumcidendum alicui mandantes, perpetuo exilio, ac bonorum proscriptione plectuntur, l. Vnica, C. Ne Christ. manc. hæret. vel iud. inquit hos esse capitali pœna puniendos, quam gloss. ibi interpretatur perpetuum exilium, vt concordet cum prædicta l. Iudæi. Aut tertio Christianus a Christiano circunciditur, & eadem lege pœna capitali feriendus est, cum grauiter, & contra Christianam Religionem delinquat, cap. 15. in act. Apost. quod intelligendum est cum quis, ita circunciditur, vt Iudæus fiat, & a Christiana pietate declinet: si autem alia rationabili de causa hoc factum fuerit, supplicium non mereri videtur cum in diuina legatur scriptura interdum etiam Paulum circuncidisse Timotheum, vt Iudæorum euitaret impetum, quem postea in fide adeo confirmauit, vt ad Corinthios, cap. 4. scribens eum filium suum charissimum, & fidelem in Domino appellauerit. Vel postremo Christianus Iudæũ circuncidit, & si id dolo malo agat, pœna legis Cornel. de sicar. eum esse damnandum existimo, d. l. Circumcidere, ff. ad l. Cornel. de sicar. aut non dolo malo, & pœnam arbitrio Iudicis esse statuendam.

64 Aegyptios autem circuncisionis religionem admisisse perspicuum est, cum enim animaduertissent Cynocephalos oriri circũcisos, credentes id diuinitus accidere, maiori religione eorum Sacerdotes circuncisionem retinuerunt, vt Pierius Valerianus in Cynocephalo refert.

65 Hodie vero non carnis, sed animæ circuncisio est facienda, cum humanæ salutis Redemptor Christus Dominus noster eam abrogauerit, quod etiam ita Esaias prædixerat: Circuncidite vos Domino Deo vestro, & circuncidite præputium cordis vestri, ne exeat ira mea sicut ignis, & non sit, qui extinguat. Hancque carnis circuncisionem ratione carere, cordisque circuncisionis fuisse figuram, vt nos admoneret nudan-

dandum esse pectus, apertoque ac simplici corde oportere nos viuere docet Lactantius, libr. 3. diuin. inst. sed satis digressi sumus, ad furta reuertamur.

66 Postquam de illis, qui bestiarum, ac hominum genitalia surripiunt satis, superque diximus, ac de animalium furtis: Cumque etiam hominum furtum fiat, de hoc etiam dicamus. Tunc autem hominis furtum committitur cum ille surripitur, qui est in dominio alterius, l. Mater, ff. de furt. inquit, Liberarum personarum nomine furti actionem esse, & idem dicit Imper. in §. Interdum etiam Inst. de oblig. quæ ex delic. nasc. & l. 1. §. Quod autem, ff. de vi, & vi armata, dicitur furem hominis etiam eo mortuo teneri, l. Subtracto, C. de furt. l. Verum, ff. de furt. l. 2. ff. de priuat. del. vbi legitur: Qui hominem surripit, & occidit, quia surripit, furti, quia occidit, Aquilia tenetur, & in § Cum autem, Inst. de empt. & vend. idem dicitur, illis verbis: Quod si fugerit homo, qui veniit, aut surreptus fuerit, & Bart. in l. Si abducta, ff. de furt. dicit in quo furtum differat a plagio.

67 Hominem autem alterius hominis dominium habere posse, non solum iure gentium, ac ciuili constat, sed aliquo modo etiam iure naturæ, vt Aristotel. libr. primo, cap. 3. & 7. Politicorum scribit, vbi inquit, seruum nihil hominis habere, sed ad instar pecudis esse, ac rei familiaris instrumentum. Instrumenta enim, inquit, alia sunt inanimata, alia animata. Gubernatori clauus est, tamquam minister inanimatus, qui proram regit animatum instrumentum: minister enim in omnibus artibus gerit speciem instrumenti: sic opes erunt vitæ degendæ instrumenta, quòd sine illis, aut nullo modo, aut non satis commode viui potest, quarum vniuersarum nostra est possessio: seruus similiter animatum quiddam est, possidetur tamen a nobis, estque vt & minister omnis in rebus nostris præstantissimum instrumentum, hæc ille. Diuus Thomas, prima parte, quæst. 96. artic. 3. & 4. & Dried. libro primo, de Libertate Christiana, idem affirmant, quos Çarbo de restitutione, quæst. secunda, sequitur. Cum enim homo sit animal politicum, vt in communione hominum viuere possit debet alteri homini iure naturæ aliquo pacto esse subiectus.

68 Si igitur filius familias surreptus sit: patrem furti actionem habere palam est, inquit, l. Eum qui, §. Si filiusfamilias, & Iustinianus in §. Interdum Inst. de obligat. quæ ex delicto nascun. dicit tunc liberorum hominum furtum fieri, cum quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, surreptus fuerit. An autem pater ciuiliter, vel criminaliter agere debeat tradunt ibi Accurs. & Doctores.

69 Matrem autem filij surrepti actionem non habere, inquit, l. Mater, ff de furtis, & multo minus frater agere potest: sed tunc de plagio accusabit, l. Si fratrem,

C. ad

C. ad l. Flau. de plag. vel interdicto, De libero homine exhibendo ciuiliter agere poterit, l. 3. in princ. ff. de lib. hom. exhib. glos. in d. l. Si fratrem.

70 Tanto magis qui seruum alienum fugitiuum sciens cum rebus furtiuis suscipit furti tenetur, l. Si quis, C. ad legem Flau. de plag. Imò seruus fugitiuus sui ipsius furtum facit, l. 1. C. de ser. fug. & l. Cum satis, §. 1. C. de agr. & cens. lib. 11.

71 Eadem quoque lege Flauia accusari potest ille, qui plagium committit, dum hominem ingenuum, vel libertinum inuitum celauerit, vinctum habuerit, vel emerit, l. penult. ff. ad legem Flau. de plag. hac enim lege puniuntur, qui emunt, vel vendunt liberos homines, l. Liberum, C. eod. l. 1. ff. eod. vel alio titulo alienant, l. 4. ff. eod. l. Quoniam. C. eod. Item illi, qui seruos fugientes vendunt, l. 2 ff. eod. l. In fuga C. eod. Item alienorum seruorum fraudulosi suppressores, l. 3. ff. eod. & l. Eum qui, & l. sequ. & l. Plagij, la seconda, C. eod. Nec non seruorum solicitatores, l. 1. & 2. C. eod. & l. Non statim, § 1 ff. eodem. Quibus autem pœnis huius delicti rei plectintur, habetur in l. fin. ff. & in l. fin. C. eod. tit. ad legem Flau. de plag. & in §. Est & inter. Inst. de publ. iud. Quod tamen intelligendum est, cum distinctione Bart. in l. penult. in princ. ff. ad legem Flau de plag relata ab Anan. in cap. 1. post numerum quartum, de furt. quam sequitur etiam Iul. Clarus, in pract. crimin. quæst. 68. versic. Plagiarius, vt scilicet huic crimini plagij deditus pœna mortis afficiatur, si autem non est consuetus mitius puniatur, nisi habuisset animum celandi hominem subtractum, tunc enim etiam morte esse plectendum ait. In lege autem diuina, capit. vigesimo quarto Deuteronom. sic scriptum est: Si deprehensus fuerit homo solicitans fratrem suum de filijs Israel, & vendito eo acceperit precium interficietur, & auferes malum de medio tui. Et cap. 21. Exodi: Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. Vide Didac. Canteram, in quæst. crimin. cap. 8. de furt. numer. 15. vbi distinguendo pœnas plagiarijs propositas recenset.

72 Cum autem, vt diximus, rapina sit species furti, & non solum bona, sed etiam personæ ipsæ rapiantur; iccirco de istis raptoribus aliquid dicamus. Raptus est abducti o violenta, ac libidinosa, non solum virginis, ac monialis, sed viduæ etiam, ac nuptæ, dummodo honestam vitam ducant. Doctor. in l. Si quis non dicam rapere, C. de episcop. & cler.

73 Vt raptus dicatur, primùm necessaria est abductio de loco ad locum, & ideo si quis puellam ducat de vno cubiculo ad aliud pro commodiori coitu, quia non fuit eo ducta illam abducendi causa de raptu non tenetur. Beltrand. consil. 39. libr 6. Rom. consil. 96. Christophorus. Iul. Clar. in §. Raptus, in princ. Marsil. in l. j. nu 12. C. de raptu virg. & in suo sing. 65.

Sta

Statuto cauetur, &c. tenetur tamen de stupro: ille enim qui per vim capit virginem, & eam carnaliter cognoscit, stuprator est, non raptor, nisi illam vi de loco ad locum transferat. §. Item lex Iulia Inst. de publ.iud. Castr.in l. Raptores, C.de episcop. & cler. Gand.in tract. malef.tit. De multis quæstionibus dependent. à stat.colum.3.versic. Item pone. Bald.consil.306. Statuto Placentiæ,volum.3. Marsil.sing.65. Statuto cauetur. Carrer. in § Circa quartum, numer. 281. in pract. crim.

74 Violentia etiam requiritur, quia sine ipsa nec rapina, nec raptus dici potest. Decit.in l.Vnica, C.de rapt.virg. l.Quo naufragiū, §.penul.ff de incen.ruin.& naufr. cap.Pœnale,14.quæst.5. Alex in l. 3. §. Quoad Prætor ff. Ne quis eum qui in ius voc. Ang. in l. Sed eximendi,ff.eod. Anan.in rubr.de rapt.Carrer. in pract.crimin. in §. Circa quartum.

75 Et vis in hoc casu intelligitur, vtcunque,ea inuita,dolo malo abducitur,siue præstigijs, siue blanditijs,muneribus,promissionibus, alioue malo modo decipiatur,cap. fin.36 quæst.1.per totum. Marsil. consil.61. numer.21. Iul Clar.in d.§ Raptus, ver. Adde quod pœna. Carrer.loco citato,nume.284. Et in dubio mulierem vi consensisse præsumendum esse colligitur ex l.Vnica,C.de rapt.virg.

76 De illis autem, qui decipiunt mulieres sub spe, & promissione futuri matrimonij extat lex Veneta Conf.X.Virum, diei 15. Ianuarij 1578. & de virginibus voluntariè defloratis extat alia lex eiusdem Consilij Iunij 1520. qua cautum est illas non esse exaudiendas ex quo voluntariè consenserunt: nisi essent ancillæ, & pedissequæ minores annorum sexdecim,quæ præsumuntur deceptæ: elapsis autem sex mensibus postquam à dominis suis recesserunt nec ipsæ audiantur, de qua materia tractatur in §. Item lex Iul. Inst.de publ. iud. & in cap.1. & 2. de adult.& per Iul.Clarum lib.5. sent.§.Stuprum.

77 Libidinis quoque causa necesse est,vt fuerit honesta mulier abducta, vt raptus dici possit, & ideo si mulier anus abducatur, in quam libidinis suspicio cadere non potest (cum mulier antiqua potius dicatur remedium contra libidinem Iaf.in §.Ex maleficijs, nu.13. Inst. de act. cap.fin. cum gloss. ibi 14 quæst.6. Tiraquell. de legibus connub.)raptus non tenebitur abductor l. Vnica, C. de rapt. virg. Carrer.in sua pract.crimin.in d.§. Circa quartum, num.289. Dec. consil 234.numer.4.Angel.in d.l. Vnica,circa fin. Cœpolla consil.57. super querela.

78 Si quis ergo honestam mulierem rapuerit, non tamen violauerit, sed potius honestè se cum ea gesserit, non debet vti raptor pœna ord. capitis puniri Angel. in d l.Vnica, Ioann.de Anan. in cap. Cum causa, in fin. de rapt. Iul. Clar.in d §.Raptus, versic. Quid si ille. Boer. Decis.316. numer 4. Cœpol. consil. 57. colum.2. Alij tamen contrarium asseruerunt

Bald.

Bald. in Auth. Si quis non dicam rapere, in fin. C. de episcop. & cler. Boss. in tit. de rapt. mul. numer. 8. Cassan. super consue. Burg. fol. 16. in fin. existimarunt enim raptorem esse pœna mortis dignum etiam si carnalis copula subsecuta non fuerit. Quæ opin. sic conciliantur, vt raptor pœna mortis sit dignus etiam absque carnali copula, quando non potuit raptam cognoscere: secus autem esse si non cognouit, quia noluit, hoc enim casu citra pœnam mortis extra ordinem ex arbitrio raptor est puniendus, habita facti ipsius ratione, & delinquentis conditione. Marsil. in l. Vnica, C. de rapt. virg. nume. 54. Iul. Clar. in d. §. Raptus, versic. Sed quid si. Carrer. in pract. crim. in §. Circa quartum, num. 286 per glo. in princ. Inst. Vi bonor. rapt.

79 Si autem mulier sponte sua, & vltrò ad virum accedit, ille non tenetur, nec raptor dici potest. Boss. in tit. de rapt. mul. nume 7 & ideo seductores, ac deceptores mulierum solent illas instruere, vt dicant se, neque vi, neque fraude fuisse abductas, sed sponte ex proprijs ædibus recessisse, vt ad amasium suum quem perditè amabant, accederent, at Iudices cuncta rimentur, vt veritatem ex tenebris eruant.

80 In flagranti crimine raptores, & eis auxilium præbentes possunt à personis coniunctis ipsius raptæ impunè occidi, l. Vnica, §. Ne igitur, C. de rapt. virg. Nouell. in pract. crim. ad defensam, in princ. nume. 111. vbi plures adducit hoc afferentes. Similis lex est apud Venetos lata in Cons. X. Virum die 6. Decembr. 1560. & altera eiusdem Consilij 15. Aprilis 1574.

81 Idem est de raptoribus propriarum sponsarum, qui nec possunt raptas vxores ducere, bonaque rapientium mulieribus raptis applicantur, d. l. Vnica, C. de rapt. virg.

82 Pari modo, qui puerum ingenuum rapit seuerè castigatur, l. Et eum, ff. ad legem Iul. de vi publ.

83 De muliere autem virum rapiente loquitur, glo. in d. l. Vnica, in verbo; Sponsam suam, & ibi Ang. dicit vidisse Florentiæ comburi meretricem, quæ rapuerat quendam iuuenem. Marsil. in l. Si quis viduam, ff. de quæst. nume 6. & Iul. Clar. in d. §. Raptus, versic. Sed pone, vbi plura de hac re, ad quem lectorem remitto.

84 Dictum fuit etiam honesta persona, quia raptores meretricum, & aliarum inhonestarum personarum non tenentur pœna raptus, l. Quæ adulterium, C. ad l. Iul. de adult. & l. Verum, & si meretricem, ff. de furt. gl. in d. l. Vnica, in verbo, Virginum honestarum. Gram. deci. 107. num. 5. Cephal. consil. 140. num. 26. Marsil. in l. Maritus, num. 47. ff. de quæst. & in suo sing. 74. Tu habes regulam, &c. Matthæs. sing. 101. Ratio est, quia inhonesta mulier non præsumitur vi rapta Cœphal. d. consil. 140. Alc. de præsump. reg 2. præsumpt. 9. num. 2. Mars. in rub. de fideiuss. num. 175. & in l. Maritus, in fin. ff. de quæst. & in repet. l. fin. C. de prob. & sing. 74. Paul.

Cast.

Cast.consil.103. Rom.consil.157. Carrer.in pract.crim.in §. Circa quartum, numer.283. Plot.in l.Si quando,num.16.§.Secundo, C.de reuocand. donat. In terris huius Venetæ Reipubl. violenti raptores etiam meretricum seuerè puniuntur, & maximè Venetijs, vbi meretrices triumphant.

85 Illarum tamen domicilia lege Veneta 28. Martij 1572. Consil. X. Virum ab ædibus sacris arcentur, illisque prohibetur accedere ad ecclesias,quando in eis populus est frequens.

86 Etiam cadauera interdum rapiuntur, vt Monachos S.Vincentij Laudonenses fecisse testatur Summus Pontifex, in c.Cum liberum sit,de sepult. rapuisse scilicet corpus cuiusdam mulieris dum deferebatur ad sepulturam, quam in testamento sibi elegerat, & in ecclesia sua sepelisse, quos iussit ossa illius cadaueris, & sepulturæ emolumenta restituere, & vt post hac talia non auderent patrare.


87 Et an ille qui furatus est, vel percussit cadauer teneatur pœna statuti contra furem, vel percutientem. Nell. in tract. bannitorum 2.part vlt. temp.3.q. Bald.in l.Sororem ad finem C.de ijs quib. vt indign. Petr. de Ancharan. in clem.1.de pænit. & remiss. singulare in hoc obseruatur, vt sacerdos, spoliatus cadauere iam inhumato, vt in alijs causis, ante omnia non restituatur, hocque cautum est ne cadauera sepulturę tradita vexentur. Fel.in cap.Sicut Iudæi,de Iudæis.

FINIS §. SEXTI.



DE FVRTIS

§. SEPTIMVS.



SVMMARIVM §. 7.

1 *Corporales res debent esse vt surripiantur.*
2 *Testamentorum, ac instrumentorum furta.*
3 *De furtis scriptorum.*
4 *Multùm interest inter imitationem, & furtum.*
5 *Imitatio quæ sit.*
6 *Ciceronis sententia de furtis scriptorum.*
7 *Occultator alienæ laudis furi similis est.*
8 *Furum scriptorum duo genera.*
9 *Poetæ scriptorum fures insigniores.*
10 *Poetæ meretriculis à Platone comparantur.*
11 *Nulla immunitatis prærogatiua fruuntur.*
12 *A Romanis contempti.*
13 *M. Fuluius vituperatus, quòd Ennium Poetam secum in prouinciam duxerit.*
14 *Quomodo Poetæ ranis æquiparati fuerint.*
15 *Eorum scripta aniles fabulæ.*
16 *Cur per caput Polypi Ægyptij Poesim exprimerent.*
17 *Poesim diuinitatem continere, & cælitus afflari.*
18 *De nonnullis scriptoribus, qui aliena in suis libris descripserunt.*
19 *De T. Liuio, quid dicendum.*
20 *Quomodo licet Historiographis res ex alijs desumere, & an illis sit fides adhibenda in iudicio.*
21 *Aliorum operum prædones, qui sint.*
22 *Ex litterarum studijs immortalem famam comparari.*
23 *Fidentinus fur insignis.*
24 *Furtum scriptorum esse antiquissimũ.*
25 *De legistis furibus.*
26 *Cur Iurisconsulti non sint facilè de furto redarguendi.*
27 *Nec magno Doctori creditur, nisi legem adduxerit.*
28 *Princeps quoque à legis sententia non debet recedere.*
29 *Qui alienis ædificijs nomen suum imponunt, fures sunt.*
30 *De illis, qui proprios animi partus alijs supponunt.*

---

§. CORPORALIS.

1 Corporalis dicitur, quia, vt contrectari, & possideri possint, necesse est, vt sui natura res corporales sint, l. Seruus, in princ. ff. de acquirendo rerum dominio, Inst. de rebus corpor. & incorpor. §. Incorporales.

2 Testamenti autem etiam furtum fieri potest, l. Qui testamentum, ff. ad legem Corn. de falsis, l. Eum qui, C. eod. quemadmodū etiam cuiuscumque instrumenti, vt inquit Iurisconsult. in l. Paulus respon-

respondit, ff. eod. ti. Paulus respondit, instrumentorum surreptorum crimen non esse publici iudicij, nisi testamentum alicuius surreptum esse arguatur. Et sic apparet in surreptorem testamenti esse publicam accusationem, & in instrumenti priuatam.

3 Verùm incorporalia quoque vsurpantur, cumque scriptorum furta frequens sit delictum, de quo in iure nostro, aut nihil, aut parum constat, de eo aliquid dicamus.

4 Quamuis enim verissimum sit; Nullum esse iam dictum, quod non dictum fuerit prius, hominumque sensa quasi rotam esse, quæ perpetuo per verba circumuehantur, multum tamen interest, an aliena scripta prudenter imitemur, an vero illa impudenter surripiamus, imitatio est laudabilis, & præmio digna; furtum autem vituperari, & puniri debet.

5 Nihilque aliud hęc nostra imitatio esse videtur, quàm diligens industria, vt alicuius similes in dicendo, seu in scribendo efficiamur. Quemadmodum enim imitatione, vti re nobis natura insita, mirificè delectamur, sic absque ea, quæ in actione ipsa versatur, fieri non potest, vt in re litteraria, quis excellat, Plautus de furto per imitationem facto inquit:

Hæc cum video fieri suffuror, suppilo,
& de præda prædam facio.

De huiusmodi furtis sic apud Ciceronem legimus, lib. 5. de finibus bonorum, & malorum.

6 Stoici totam ad se nostram philosophiam transtulerunt, atque vt reliqui fures, earum rerum quas cœperunt, signa commutant, sic illi, vt sententijs nostris pro suis vterentur, nomina tanquam rerum notas, mutauerunt.

7 Et profectò Cicero ex mente Iurisconsultorum, vt sæpe, locutus est: occultatorem enim alienæ laudis furi similem esse traditur in l. hæreditatum, §. fi. ff ad l. Falc. Bald. in proemio Feudorum in 2. col. Vers. Et quia occultator. Franc. Curt. cons. 66. Super præmissa col. 5. Huius vitij Chassanæum Gallum insimulant, qui cum in Commentarios suos Consuetudinum Ducatus Burgundiæ multa transtulerit, quæ ex volumine Constitutionum Neapolitanarum Matthæi ab Afflictis mutuatus fuerit, auctorem illum non citat, vt notat etiam Auctor Lexicon iuris in sua nomenclatura Iurisperitorum.

8 Horum autem furunculorum duo sunt genera, quidam enim versuti furunculi alienos versus, seu periodos hinc inde surripientes ijs simul coaceruatis, aliquod poema conflare nituntur, quod enimuero ridiculè succedit, cum res variæ, variam phrasim, ac dissimilem stylum præseferentes aptè inter se congruere nō possunt: idque non est poemata pangere, sed centones compilare, illisque accidit, quod inquit Horat. lib. 1. Epist. corniculæ contigisse.

—Si forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum,
Furtiuis nudata coloribus.

9 Poetarum autem meminimus, quoniam ipsi magis,quàm alij scriptores hoc morbo laborant, insignioresque fures existimantur, & ob id etiam in eo apud Principes honore non fuerunt, in quo alios bonarum litterarum professores fuisse legimus.

10 Hos Plato meretriculas appellat, iubetque è sua Rep. eijci.

11 Et cum à Constantino Imp. in l. Medicos C. de profes. & medicis lib. 10. Medicis, Grammaticis, alijsque litteratis viris immunitates concessæ fuissent: postmodum à Philippo Imp. declaratum fuit in horum numerum Poetas non esse adscribendos, sic enim ait in l. 3. C. eod. tit. Poetæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.

12 Et à prudentissimis Romanis, dum præclarissimis virtutibus Imperij sui fines propagarunt, contempti fuerunt, quamuis nouissimo, ac turpissimo Reipubl. tempore, eaque ad interitum labente, dilecti fuisse videantur, vt Horat. ipse fatetur ep. 1. lib. 2.

Serus enim Græcis admouit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus, quærere cæpit,
Quid Sophocles, & Thespis, & Æschylus vtile ferrent.

Et iccirco M. Cato in libro de moribus scriptum reliquit in hunc modum: Poeticæ artis honos non erat, si quis in ea re studebat, aut se ad conuiuia applicabat grassator vocabatur.

13 Et M. Fuluio Nobiliori à Catone probro datum est, quod in Ætoliam Ennium Poetam duxisset, vt ait Cic. in præfatione primæ Tusculanæ.

14 Origines autem Adamantius existimauit ranarum Pharaonis supplicium misticè de Poetis intelligi debere, quod etiam confirmauit Diuus Hieronymus in Psalm. 104. super illis verbis: Et dedit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum, de quibus Pierius Valerianus in Rana scriptum reliquit; nulli rei hoc animal idoneum, aut vtile comperiri, nisi quòd improbis, & importunis clamoribus ad negociosorum, & ociosorum simul fastidium vsque obstrepat.

15 Eratosthenes autem inquit Poetarũ scripta nihil aliud esse, quàm vetularum fabulas.

16 Ægyptij autem ad hanc poesim exprimendam Polypi caput effingebant, vt significarent, quẽadmodum hoc esculentum prius iucundissimum est postea autem horrifica, & portentosa somnia parit, sic Poetas facilè à carminum suauitate ad miseram ægestatem traduci. Hæc in medium obiter attulimus ad præmonendos adolescentes, vt ab his Sirenibus abstineant, illarumque mellifluos deuitent cantus, ne huiusmodi illecebris à suis grauissimis studijs auertantur, quibus sibi ipsis propinquis, amicis, ac Reip. cum dignitate opem ferre possunt: non autem vt præclarissimos Vates carperemus.

17 Diuinam enim poesim, quæ perfectioribus moribus est accommodata, veneramur, quam diuinitatis non esse expertem Aristotelem

lem testari, eamque cœlitus afflari Platonem affirmare non ignoramus.

18 Isti ergo furunculi, qui clam aliena scripta subtrahunt, scutica digni sunt, inter quos Macrobiũ connumerari scimus, qui integras sæpe paginas ex Gellio descripsit, quemadmodum, & Placidus ex Seruio, & Acron, ex Porphyrione, alijque ex alijs longas commentationes, suppressis, vnde sumpserant, auctorum nominibus, sibi omnia ad verbum vindicauerunt. Et ipse etiam A. Gellius multa habet ex Liuio, cuius tamen nusquam meminit.

19 Et ipse quoque Liuius, quæ græcè scripserat Polybius, latinè scripsit suumque librum trigesimum primum ex illius libro tertio prope ad verbum descripsit, & conuertendo pedetentim est interpretatus. quem quidem non reprehendo, sed potius laudo, quod eadem dicat de ijsdem, & dictis suis dicta Polybij adæquet: sed magis laudarem si auctorem suum nominasset, & laudasset. Idemque est de aliquot Plutarchi in Crasso paginis de bello Parthico, quæ in libris quoque Appiani repetitæ leguntur.

20 Quemadmodum enim vituperandi sunt Historiographi illi, qui ex alijs operibus verba ipsa desumunt, & in opera sua inertissimè transferunt, quod sterilissimi ingenij est argumentum; ita laudandi sunt illi præteritarum rerum memorabilium scriptores, qui res ab alijs conscriptas, quàm diligentissimè inuestigãt, ac perquirunt, illasque prout subiecta materia requirit, exarando, sua faciunt, sicque non solùm Liuium, sed omnes præclaros historiarum auctores fecisse liquet: nam sicut Architectus meritò dicitur ædium formator, quamuis non ipse lapides, non ligna, non ferramenta construxerit, sed hinc inde collegerit, sic Historiographus est, qui ea, quæ nostram memoriam excedũt, ab illis, qui eadem monumentis consignarunt, decerpit, & vt res postulat, recenset. Quæ quidem Historiæ in factis antiquis præsertim fidem faciunt, ac bene probant, glo. in cap. Inter dilectos, de fide instrum. Marsil. in rubr. C. de probationibus numer. 193. Doct. post Bart. in l. 1. ff. si cert. pet. Abb. & cæteri in cap. Cum causam de probat. vbi Felin. late colum. 1. & in cap. Inter dilectos de fide instr. num. 26. & in cap. 2. colum. penul. & vlt. de rescript.

21 Illi autem operum, immò aliorum famæ, ac gloriæ prædones, qui integra opera furantur, laqueo digni sunt, cùm immortalitatem doctis viris surripere conentur.

22 Ex litterarum enim studijs immortalem famam comparari exploratum est, quod Alciatus eo Emblemate etiam expressit, in quo Tritonem Neptuni Tubicinẽ sua concha personantem ab angue in se reuoluto inclusum depinxit: per Tritonem enim exauditam eloquentiam, profundamq; scientiam, per concham personantem famam, & per anguem in se reuolutum æternitatem intelligi voluit,

voluit, idque hisce carminibus perbelle expressit.

Neptuni tubicen, cuius pars vltima cetum,
Æquoreum facies indicat esse Deum:
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,
Qui caudam inserto mordicus ore tenet.
Fama viros animo insignes, præclaraque gesta
Prosequitur: toto mandat, & orbe legi.

23 Inter hos famæ immortalisque gloriæ fures Fidentinum fuisse Martialis testatur, dum ait:

Fama refert nostros te Fidentine libellos
Non aliter populo, quam recitare tuos:
Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam,
Si dici tua vis, hæc eme, ne mea sint.

Et libr. 1. Epigramm. idem Poeta, inquit:

Erras meorum fur auare librorum
Fieri Poetam posse, qui putas tanti
Scriptura quanti constet, & Tomus vilis.

Et postmodum, ita concludit:

Aliena quisquis recitat, & quærit famam,
Non emere librum, sed silentium debet.

24 Nec existimandum est hoc furti genus nouum esse inuentum, cum verè antiquissimum sit, & apud Græcos fuerit frequentissimum, vt Porphyrius de studioso auditu testatur, dum Ephori, Theopompique furta ostendit: & de furtis Ephori Lysimachus duos composuit libros: Theopompi autem furta a Polione in libro de vestigijs memorantur. Et Menander adeo impudenter furatus est, vt Aristophanes Grāmaticus sex libros conscripserit, quos furta Menandri inscripsit: Idem Philostratus Alexandrinus de Sophocle fecit. Antimachus Homerum deprædatus est, Eugramon Cyreneus integrum Musæi librum de Thesprotis Epiri populis vsurpauit, Leonardus Aretinus, vt Iouius in eius vita scribit, quamuis doctissimus vir, Procopij Historiam, quam ex Græca in Latinam linguam conuertit, vti proprium opus furtiuè edidit. In hoc crimen Ludouicus Dulcius quoque incidit dum libellum artificiosæ memoriæ ad verbum ex opere latino Fratris Ioannis Romberch Monachi Dominicani in Italicam linguam transtulit, & auctoris nomine prætermisso vti suum opus temere inscripsit.

25 Quid autem de legali nostra disciplina dicemus? in qua sicuti plures huiusmodi fures reperiri negari non potest, sic non quilibet scriptor, quamuis aliena referat, & alleget fur dici debet, sed ille, qui aliena desumit, & auctoris nomine suppresso, ex aliorum laboribus proprium honorem quærit: sic Bald. in l. Precibus, numer. 42. ff. de impub. & al. subst. inquit, aut Bartolum furem fuisse, aut in duobus corporibus vnam formam intellectus extitisse.

26 Neque facile sunt legum Doctores furti vitio redarguendi, quia cùm hoc legale studium non

tan-

tantum ratione,quàm auctoritate nitatur,necesse est auctores citando illorum dicta refere: cùm enim in plurimis casibus,& negotijs ratio esset dubia,oportuit certam legem condere, vt lites, & iurgia tollerentur, subditis certo, scriptoque iure acquiescentibus: Quo fit,vt nostrum non sit de iure interroganti respondere hanc nostram esse sententiam, & opinionem, vt imperiti dictitant, sed dicere debemus, ita iure cautum esse; & legem afferre cùm turpe sit illam,vel ignorare,vel omittere: erubescimus enim ... loquimur.

27 Nec magno Doctori creditur, nisi lege, ratione, vel digna auctoritate dictum suum comprobauerit. l. Illam. C. de collat. cap. Ego solis,dist.nona, Archid. in cap. No lite, il secondo, 11. quæst.4. Nec ipsi glossæ esse credendum si legem non afferat,inquit Ias.consil. 39.lib.3. Dec.in cap.2.num.40. de postul.prælat.Gramm.vot.11.nume.12.& seq. Curt.Iun.conf.160. num.4.

28 Immò & ipse Princeps, quamuis lex animata dicatur,cap.1.de const.lib.6. Authen.de consulibus in fine, colum.4.& sit legibus solutus, l.Princeps, ff.de legibus, l. Ex imperfecto, ff. de leg. 3. l. Ex imperfecto, & ibi Ias. C. de testamen.§.fin.& ibi gloss.Inst. quibus mod. testam. infirm. debet nihilominus legis decisioni se committere, & secundùm leges viuere; digna vox est enim(inquit,l.4. C.de legibus)maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri,Bart.in l.1.in prin. C.de nouo Cod.fac.Dec.in l.1.ff.Quod quisque iuris,numero sexto. Quo fit, vt non solum Doctores, qui opera scribunt, quorum decisiones ex ipsis legibus colligunt non sint damnandi,vel furti redarguendi,sed etiam ille,qui legales materias in diuersis libris dispersas colligit sit laudandus, & tanquam noui operis auctor citandus, & honorandus,quod clare & dilucide significat l.2.in prin. ff.de orig. iur.vbi sic legitur. Isque liber, vt diximus, appellatur ius ciuile Papyrianum,non quia Papyrius ... suo quicquam ... adiecerit, sed quod leges sine ordine latas in vnum composuit.& in l.1. §.Nam qui, C. de veter. iure enucleando, dicitur. Nam qui non subtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui primus inuenit. Et de Accursio grauissimo Iurisconsulto, qui tantum legali studio suis glossematibus profuit, dicit Paul. de Castro, in Authent.Cessante, circa finem, C.de leg.hæred. raro proprio Marte aliquid dixisse, sed in omnibus sequutum fuisse opinionem antiquorum, quod prius Bar. dixerat; in l.2. ff. de concuss. In alijs autem disciplinis, in quibus non scriptis legibus controuersiæ deciduntur, sed argumentis veritas indagatur, & disputando, aut inuenitur, aut in profundum demergitur, faciliùs furia committuntur, quum aliena, veluti propria adducuntur, vel superuacaneè inculcantur.

29 Supra memoratis furibus alienæ gloriæ similes sunt fures illi,

qui aliorum publicis operibus, atque ædificijs nomen suum imponunt, quod iure optimo prohibetur in lege 3. ff. de operibus publ. in hunc modum. Inscribi autem nomen operi publico alterius, quàm Principis, aut eius, cuius pecunia id opus factum sit, non licet.

30 Quæ de scriptorum furtis diximus aliud delicti genus in memoriam reuocant, in quo homines non aliena, furum more, surripiunt, sed immo sua alijs adscribentes eorum nominibus falsò [illegible] quod siue ad deludendos, siue ad decip[illegible] homines, siue quæstus gratia fiat, perperam fit: Martialis in quendam versificatorem, qui suos ineptos versiculos sub nomine eiusdem Martialis ediderat inquit.

——credis hoc Prisce
Voce vt loquatur psitacus coturnicis.

huiusmodique suppositores non leui animaduersione digni sunt, similesque sunt illis, qui adulterina prisci æris monumenta, antiquas statuas, gemmas, margaritas, testamenta, chyrographa, & alia similia commentitia subijciunt, illegitimosque partus supponunt, l. Qui falsam, ff. ad l. Corn. de falsis, l. 1. & l. Cum suppositi, C. eod. tit. Abb & scribentes in cap. Officij, de pœn. & remissionibus. Affirmabat non multis ab hinc annis solemnis quidam suppositor habere authenticum instrumentum donationis factæ a Constantino Imper. Ecclesiæ Romanæ, de qua in cap. Constantinus dist. 96. idque callidus impostor effinxerat, vt magnam pecuniæ quantitatem a Principe extorqueret. Verùm si difficile est, vt Comicus ait, dare verba seni, quanto difficilius erit dare seni Principi? Nouissimè autem edita fuit ficta quædam sententia prælcque supposita, ac per totam Italiam perlata, quæ illam referebat qua Christus Redemptor noster fuit a Pilato ad mortem crucis condemnatus, adeòque perbellè efficta fuerat, vt graues, ac prudentes viros deceperit, quæ postea vti adulterina fuit damnata. De huiusmodi suppositi[illegible] plura possent dici, cùm sæpè ab hominibus [illegible] crimen patratum fuerit, vt in libris Dictys Cretensis, & Daretis Phrigij de bello Troiano accidit. Non paucos alienos libros Aristoteli fuisse falsò adscriptos Aul. Gellius testatur. Circumferebantur centum, & viginti Comœdiæ sub Plauti nomine, ex quibus M. Varro, vt Aul. Gell. cap. 3. libr. 3. noct. attic. testatur, vnam, & viginti tantummodo selegit, quas Plautinas approbauit, cæteras autem apochryphas iudicauit, quæ ob id merito è scena fuerunt exibilatæ. Æmilio Macro antiquo, ac celeberrimo Poetæ quædam carmina pari modo fuerunt adscripta, in quibus Plinij mentionem faciebat, cùm tamen illius tempore Plinius nondum natus fuisset, cumque in suis naturalis Historiæ libris non semel Plinius Macri testimonio vtatur, falsitas in comperto fuit. Berosi quoque Chaldæi librum adulterinum, & commentitium esse Gaspar Varrerius in sua

in sua censura, contra istum Berosum edita elegantissimè, & concludentissimè docet: idemque de libris Manethonis Ægyptij, Quincti Fabij Pictoris, & Porcij Catonis de originibus doctissimi viri censuerunt.

31 Verum non solum prophani Auctores, sed sancti etiam, hac impostura contaminati fuerunt, plura enim Euangelia, & alia opera sacra commentitia, & adulterina impiè excogitata eodem crimine supposita fuerunt; de quibus agitur in iure Canonico, in cap. Sancta Romana, distinct. 15. vbi à Gelasio summo Pontifice enumerantur, & vti apocrypha prohibentur, & damnantur.

32 Et vt aliqua etiam de nostris Iureconsultis dicamus, plura opera (vt alios omittam) falsò fuerũt Bartolo attributa, eius enim nomini fuerunt suppositi Commentarij cuiusdam Comitis de Perusio super dimidia parte libri 11. Codicis, & super toto libro 12. vt scripsit Alex. consi. 125. numero 10. vol. 7. & Ias. in l. Si fideiussor. §. fin. num. 15. ff. Qui satisd. cogan. Item scripta super constitutionibus nouellis Iustiniani eo in libro congestis quem Authẽticum vocamus, vt asserit Socin. consi. 133. num. 2. in princ. Item interpretatio l. Si arrogator ff. de adopt. vt Ias. ibi testatur in princ. Et Repetitio l. Barbarius ff. de offic. præt. vt Ias. ibi scribit nume. 1. Nec non Repetitio l. Cæsar ff. de public. vt ex Alberico scripsit Iac. de Nig. in l. 2. in princ. numer. 36. ff. de offic. eius: Et omnia scripta super l. 1. ff. veteris, & toto tit. ff. de administr. tut. falsò dicuntur ipsi Bart. adscripta, vt inquit Imol. in l. Is qui reus num. 26. in fine ff. de pub. iud. Alex. in l. Diem functo ff. de offic. Assess. & in Rubr. ff. de acqu. hæred. in princ. & Ias. in l. Omnes populi in princ ff. de iust. & iur. & Alex. in l. Quia tale numer. 2. in fine ff. sol. matr. & Corn. cons. 83. num. 14. vol. 4.

33 Postremo, vt alia omittam, in medium fuit allatum opusculum, quod videbatur esse ille Ciceronis liber de Consolatione, quem, vt se ipsum, de morte Tulliæ amantissimæ filiæ consolaretur, scripserat, cumque dubitaretur, an germanus esset liber, an vero adulterinus, & Antonius Riccobonus sua ad Hieronymum Mercurialem Epistola simulatum probasset, & Carolus Sigonius duas Orationes in lucem edidisset, quibus comprobare conabatur verè librum illum a Cicerone fuisse conscriptum: idem Riccobonus vir doctissimus, qui multis abhinc annis humaniora studia Patauij publicè magno studiosorum applausu, ac Venetæ Reipub. consensu profitetur ciuis, & præceptor meus, quem honoris gratia nomino, contra, vt modo notaui, sentiens, præclaras exarauit lucubrationes, & firmissimis argumentis comprobauit librum apocryphum, & adulterinum esse, & erroneam Sigonii sententiam confutauit. Nec mirum, cum alia etiam falsò Ciceroni fuerint attributa: Oratio nempe illa in Salustium conficta, & altera ante-

quam

quam iret in exilium, & Rhetorica ad Herennium, quæ fuit Cornificij, vt idem Riccobonus aduersus Ioann. Marium Madium Brixianum confirmauit, quæ omnia apocrypha, & suppositititia esse apud viros bene doctos non dubitatur.

34 Quæ de subiecto animorum partu diximus ansam nobis præbere videntur, vt etiam de corporis partu supposito agamus cum sæpe supponantur scripta sicut partus, vt inquit Decian. in Apologia contra Alciatum cap. 10. nu. 31. cumque hac quoque via aliorum bona iniustè vsurpentur, de quibus vsurpationibus in hoc opere nostri est instituti agere. Committitur hoc crimen dum mulier, quæ se prægnantem simulat tempore simulati partus alienum puerum infantulum sibi callidè supponit, fingitque se illum peperisse, siue mortuo partui, ac defuncto filio supponit, quod genus delicti à diuitibus patrari solet ad excludendos, defraudandosque hæredes à legitima bonorum successione, & plerumque à fœminis viduis, quæ hoc pacto virorum suorum opulentas hæreditates occupare, & indebitè vsurpare conantur. Hoc crimen est falsi, & capitale, l. 1. & l. Cum suppositi. C. ad legem Cornel. de falsis, l. 1. §. fin. l. Qui falsam, l. Lege Cornelia, la seconda, ff. ad legem Cornel. de falsis, l. Licet, ff. de Carbon. edicto Marsil. in l. Si mulierem, num. 3. ff. ad legem Corn. de sicar.

35 Et est publicum crimen, quamuis non contineat publicam accusationem, sed parentes tantummodò, vel ij quorum interest accusare possint, d. l. Lege Cornelia, §. De partu, l. Cum suppositi, C. eo. ti.

36 Idem iuris est criminis adulterij, in quo accusatio non nisi viro, & coniunctis competit, l. Quamuis, C. ad legem Iul. de adulter licèt publicum sit crimen: vnde colligitur non valere consequentiam, illud publicum esse delictū, in quo quilibet admittitur ad accusandum. Bar. in l. 1. quæst. vltima, ff. de publ. iud. Boss. in tit. de partu supposito, num. 38.

37 Et quamuis certis personis in hoc supposi[illegible] crimine accusatio concedatur, potest nihilominus Iudex ex officio procedere Angel. in l. Falsi, in fin. C. ad legem Corn. de fals. & idem est etiā in crimine adulterij, Bar. in l. 2. §. Si publico, ff. de adult.

38 Non præscribitur hoc crimen spacio viginti annorum, sed imò nullo temporis spacio tollitur, l. Quærela, C. ad l. Cor. de fals. l. Qui falsam, §. Accusatio, ff. eod.

39 Alia etiam sunt crimina, quæ minimè præscribuntur, vt Parricidij, Concussionis, Stupri, Latrocinij, Falsæ monetæ, Hæresis, Simoniæ, & similia delicta atrocia, de quibus loquitur Hippol. de Marsil. in d. §. Accusatio.

40 In hoc Veneto Dominio lege Consilij X. Virum, anni 1543. 22. Septembris hoc crimen suppositi partus patrantibus proposita est pœna carceris biennij, & perpetui exilij de toto Venetorum Dominio,

nio, à quo exilio liberare se nunquam possunt, & si intra confines prohibitos detinentur in perpetuum carcerem detruduntur, & captores lucrantur libras mille. Huiusque criminis denunciatores aureos centum consequuntur, & criminis impunitatem, si fuerint complices, non autem delicti auctores.

41 Quæritur si mater, quæ sibi partum suppósuit decesserit, an eius morte delictum extinguatur, an vero de eo adhuc agi possit. Regulariter morte delinquentis delictum extingui habetur in l. Defuncto, ff. de publ. iud. cum concordantibus. Sunt tamen quidam casus, in quibus etiam aduersus reum defunctū accusatio proponi potest, vt in crimine læsæ maiestatis diuinæ, hæresis scilicet, l. quarta, C. de hæreticis: læsæ maiestatis humanæ contra Principem, vel Rempublicam, l. fin. ff. ad legem Iuliam maiestat. Inst. de publ. iud. §. Publica autem; Apostasiæ, l. secunda, & l. Apostatarum, C. de apostatis. Desertæ militiæ, l. 4. C. de re mil. lib. duodecimo. Mortis sibi ipsi illatæ, l. fin. § fin. ff. de bon. eorum, qui mortem sibi consciuerunt. Repetundarum, l. Ex iudiciorum, ff. de publ. iud. l. 2. ff. ad legem Iul. repetundarum, Peculatus, l. fin. ff. ad legem Iul. pecul. De residuis, d. l. fin. & l. In Senatu, § Si propter mortem, ff. ad Senatusconsultum Tertull. Quando vxor est accusata de morte viri, l. Lucius, ff. de iure fisci, de quibus casibus loquitur glossa notabilis in l. Ex iudiciorum, ff. de accusat. & glo. in d. §. Per contrarium, Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. & in l. Ex testamento, C. de testam. Item mortuus in notorio crimine ad similitudinem hæretici post mortem accusari potest, cap. Denique, 88. dist. & ibi Doctor. gloss. in cap. In summa 24. quæst. secunda. Card. in clem. fin. in fin. de pœna. Item in crimine stupri per vim commissi, l. Mariti Lenocinium, § fin. ff. ad legem Iul. de adulter.

42 An vero cum his criminibus debeat connumerari crimen partus suppositi, vt post mortem puniri possit Hippol. de Marsil. in d. §. Accusatio existimat posse accusari, idem sentit Alber. in rubr. ff. ad l. Cornel. de fals. colum. 1. allegando d. § Accusatio, l. Qui falsam, ff. eod. qui quidem textus hoc sibi non vult, sed ibi agitur de puniendis alijs sceleris socijs superstitibus, vt ibi gloss. notat: ideò asserendum arbitror contra matrem ea defuncta accusationem proponi non posse, quod verò attinet ad alios correos posse, l. Licet, ff. de Carbon. edicto; quod vtique accidit etiam in alijs criminibus, nec enim morte vnius delinquentis, quamuis sceleris authoris impunè id fecere debent, & ita etiam sentit Boss. in tit. de partu supposito, num. 3.

43 An verò mortuo reo accusatione pendente Iudex possit, & debeat ad vlteriora progredi tractat Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 51. versic. Quæro nunc. Facit, l. Defuncto,

functo, ff. de publ. iud. l. fin. ff. ad legem Iul. maiest. Boer. consil. 1. num. 7. Bertaz. conf. 53. num. 2. Osasch. Decis. Pedemont. 148. num. 12. Et in hoc Dominio Veneto obseruatur, vt regulariter mortuo reo non procedatur, nec multa exigatur, & latius de hac re dicemus infrà, in fi. §. vltimi.

44 Pater existimans partum suppositum esse filium suum, eundem sibi hæredem instituit, quæritur an institutio subsistat, vide Bald. consil. 621. incip. Super institutione, volum. 6.

45 Quomodo autem in specie probetur mulierem fuisse prægnātem habetur in textu, l. prima, in princ. ff. de ventre insp. & tradit Mascard. conclus. millesima centesima quadragesima septima, de probat. Et hæc partus suppositio quibus coniecturis, & præsumptionibus probetur latè docet Mascar. d. conclus. 1147.

46 In iudicio mulier rea solet huiusmodi ferè articulos in medium proponere: ipsam fuisse legitimā vxorem illius viri; hoc anno effectam fuisse prægnantem, habuisse ventrem durum, & elatum, & eidem menstrua cessasse, & alia incommoda prægnantium passam fuisse; illo die peperisse infantulum hoc nomine appellatum, de quo controuertitur; habuisse lac in vberibus: mansisse puerperam per multos dies in lecto post editum filium; cumque fuisse habitum, & exceptum vti filium legitimum, & naturalem à parentibus, & alijs proprinquis, & familiaribus; famam publicam fuisse à die suæ natiuitatis, vsque ad diem litis motæ eundem legitimum, & naturalem esse filium dictorum iugalium, ipsosque iugales fuisse, & esse bonæ existimationis, & famæ.

47 Cum filijs infantibus quæstio status mouetur, ex quo propter infantilem ætatem se defendere nequeunt, & metus esse potest, non bene à matre defendi Carboniano edicto cautum est, vt, causa cognita, in possessionem filius mittatur, & iudicium status in tempus pubertatis differatur, l. 1. in princ. ff. de Carbon. edicto. Doct. in rubrica, C. de Carbon. edictó, l. 1. §. fin. ff. eod. Sed si pupillo, quæstio bonorum non mouetur, non differtur, l. Titia, & l. De bonis, ff. eodem. Et si expedit pupillo, non debet quoque differri expeditio in tempus pubertatis, sed tunc fieri; l. Carbonianum, §. Alia est, ff. de Carbon. edicto. Si autem crimen matri obijciatur, cognitio non differtur, quia cùm causa sit capitalis, credendum est matrem se optimè esse defensuram, l. 1. ff. ad legem Cornel. de fals. Et si partum apparuerit suppositum fuisse, actiones hæreditariæ puero denegantur, ac si hæres scriptus non fuisset d. l. 1. in fin. ff. de Carbon. edicto. Verùm quoniam hæc quodammodo pugnare sibi videntur, sciendum est, aut agi iudicio possessorio, & vtcumque constet, etiam præsumptiuè, partum esse filium, ei possessio concedi Carboniano edicto, Ias. in l. 1. column. 3. C. eod. Siue in possessione confirmatur, si in ea est per l. fin. C. de edi-

edictoDi. Adr. tollē. & sic habetur initio huius legis; Quæ quidem possessio Carboniana possessori ius non tribuit petendi hæreditatem, aut singulas res, nisi directa actione quis petat, tamquam hæres, l. Carbonianum, §. Missum, ff. de Carbon. edicto. Si autem euidenter a principio constaret partum non esse filium, sed de suppositione appareret, non eidem concedi Carbonianum edictum, & sic priuari possessione bonorum. Verùm tamen sententia, quamuis criminalis, lata inter iugales, & alios non officit partui in meritis gloss. & Bartol. in dicta l. prima, C. ad legem Corneliam, de falsis, gloss. in l. prima, §. fin. ff. eod. Anton. Butr. in cap. penult. de re iudic. Cyn. in d. l. prima, C. ad legem Cornel. de fals. Alexand. in l. Sæpe, ff. de re iud. column. 18. nocet tamen in ordine, & sic finis dictæ primæ legis intelligendus est. Nam cùm possessio partui per Carbonianum edictum conceditur, actor, si secuta filij pubertate, vult litem prosequi, plenè probare debet partum fuisse suppositū: si vero contra partus non fuit in possessionem missus, ipse iam pubes effectus, habet onus probandi se verè fuisse filium, Cyn. in dicta l. prima, in secunda quæst. Alber. in d. l. prima, Iason ibi, colum. penult. versic. in secunda, & citat ibi Fulgos. Et sola etiam tractatio pro filio transfert onus probandi in partem aduersam, Bartol. in l. Non nudis, C. de probationibus. Dec. consil. 54. Felyn. in cap. Per tuas, de probation. Sententia ergo contra matrem non præiudicat filio quantum ad meritum, sed præiudicat quidem quantum ad Carbonianam bonorum possessionem, & secundum hanc distinctionem, principium dictæ primæ legis à fine non discrepat. De materia autem partus suppositi habetur in l. Licet, ff. de Carbon. edicto, in l. Deducta, §. Hæreditatem, ff. ad Senatusconsultum Trebellianum, in l. prima, & in l. Lege Cornelia, § primo, ff. ad legem Corneliam de fals. in cap. Officijs, de pœnit. & remiss. & ibi Abb. in l. Super statu. C. de quæst. & in l. prima, §. ad quæstionem, ff. eod. per Specul tit. de accusatore, in § primo, columna secunda, & ibi per Ioannem Andream. An vero adultera, & illa, quæ partum supposuit, teneatur hoc crimen reuelare, & an ipse filius propriæ subiectionis conscius debeat rem propalare, & bona quæ indebitè occupat restituere, tractant Canonistæ in cap. Officij, de pœniten. & remission. Alphons. a Castro, l. 1. de lege pœnali, cap. vndecimo, Didac. Couarruu. in repet. cap. Peccatum, part. prima, numer. 6. Theologi libro quarto Sentent. distinct. 16. Sotus, libro 4. de iust. & iure, quęst. 7. artic. secundo, & Ludou. Carbo latè in quæst. 89. sui tract. de restitut. ad quos lectorem remitto.

48 Incorporalia autem quamuis nec auferri, nec actualiter possideri possint, vt diximus, alio tamen modo vsurpantur, vt in alienis insignibus accidit, de qua re Mandricardus contra Rugerium conqueritur penes Areostum Hetruscum

scum vatem Ferrariensem, & cùm ob id ad singulare certamen deuenissent, fuit Mandricardus à Rugerio interemptus.

49 Nec mihi Italo Iurisconsulto vitio verti debet, quòd Itali Poetæ eximij auctoritate vsus sim, cùm non solùm Cagnolus, in l. Ius nostrum, nume. 3. & in l. Consilij, numero septimo, ff. de regul. iur. Dantis Poetæ carmina adscripserit; sed etiam Simon de Prætis, libro primo, de interpret. vltim. volunt. dub. 3. fol. 13. numero vigesimo nono, plura eiusdem Ariosti Carmina apposuerit, antiquorum Iurisconsultorum auctoritatem secuti, cum in l. Legata, §. Nam & argenteos, ff. de supell. leg. citetur Homerus; vt etiam à Iustin. Imper. in princ. versic. Et in summa Inst. de donat. Et Martianus in l. In tantum ff. de rer. diu. in fine citat Virgilium, & ibi gl. & Doct. dicunt authoritates Poetarum posse adduci ad decisiones causarum. Idem affirmat Hieronym. Cagnol. in l. 1. num. 205. ff. si cert. pet. Budæus in l. 1. ff. de contrah. empt. vt omittam Hippocratem, Theophrastum, & alios authores, ab antiquis Iureconsultis citatos. Et an liceat vti authoritate ethnicorum librorum tradunt Alex. & Ias. in d. l. 1. ff si cert. pet. Authoritates autem diuinæ scripturæ tantò magis adduci possunt in iudicijs, sicut leges scriptæ in corpore iuris Bald. in Auth. Ad hoc col. j. vers. Quæro nunquid vsuræ C. de vsur. Innoc. in cap. Quia plerique de immun. eccl. & Alex. in l. 1. column. 12. ff. Si cert. pet. dicit authoritatem alicuius Sancti iunctâ authoritati veteris, aut noui testamenti præferri constitutioni Papali gl. in cap. De libellis 20. dist. Abb. Sicul. in c. Qualiter, & quando, 2. de accusat. Et Bald. in rubr. Si quis aliq. test. prohib. column. 4 dicit authoritatem sanctorum patrum tenendam esse, & qui illi contradicunt, eorum dictum non solum est temerarium, sed etiam periculosum. Et authoritatem Sanctorum posse afferri ad decisionem causæ ecclesiasticæ tractatur in 20. dist. per totum. Et si Sancti Patres in aliqua re inter se discordare viderentur Augustino magis creditur in disputationibus, Hieronymo in historijs, & translationibus, Gregorio in moralibus. not. in d. dist. 20. & vide Felyn. in cap. Ex parte de rescript.

50 Iure igitur prohibetur ne quis alterius insigne gestare possit, vt Bartol quoque docet, in suo trac. de insign. & armis, & quando liceat vti insignibus alienis tradit Abb. in cap. Dilecta, de excess. prælat. Et ille qui amouet alterius insigne punitur pœna falsi. Andr. de Barullo in l. 1. C. de metat. lib. 12. Et ideo si quis insignia sua in sacris ædibus, vel sacello quod ędificauit dipingenda curauit, clerici illius Templi non possunt illa auferre, & si hoc faciunt puniuntur. Roman. in suo sing. incip. Est vnus. Cæpol. in tit. de seruit. vrb. præd. in cap. de picturis column. fin. Io. de Anania consil. 86. & seq. Lite autem nondum peracta non licet imponere suum insigne

gne

gne rebus à se possessis l. 1. C. Vt nemini lic. sine iud. auth. &c. Et multo magis rebus alienis quas quis prætendit l. 2. C. eod. tit. Contra insigne, in quo erat Aquila super columna, cui Vrsus ferrea catena erat alligatus, hoc disti. chon exaratum fuit, illique impositum.

Redde Aquilam Imperio, atque Columnis redde columnam,
Vrsinis vrsum, sola catena tua est.

51 Hos alienorum insignium delatores, ac vsurpatores pœna falsi teneri habetur in l. Eos, § fin. ff. ad legem Corneliam, de falsi. in illis verbis: vel illicitis insignibus vsus est: nam, vt Bartol. inquit in dicto suo tract. de insignijs, & armis.

52 Qui non est in aliqua dignitate, nomen, aut insignia illius dignitatis deferre non debet, idque ei prohiberi potest, quod vel in eo videre est, qui cùm Doctor non sit, insignia Doctoratus gestat; de qua quidem materia plura habentur apud Bartol. in d. l. Eos, §. fin. ff. ad legem Corneliam, de fals. & in l. Data opera, & in l. Reddatur, C. de profess. & medicis, libro vndecimo, & inquit illum esse extraordinariè puniendum, qui, cum non sit Doctor, vendicat sibi Doctoris nomen. Doctoratus autem insignia sunt cathedra, biretum, liber, annulus, osculum, benedictio, vt inquit Card. in clem. 2. post gl. de magist. Et Bald. in d. l. Data opera, ait afferentem se falsò Comitem sacri palatij, & Notarios creantem morte plectendum esse, cum in ipsum Principem delinquat, argument. l. 1. C. de priuat. carcer. cap. Paratus, vigesima tertia, quæst. prima. Et idem esse de eo, qui cùm Notarius non sit, tamquam Notarius instrumenta conficit. Bald. ait, loco citato. Fel. in cap. Super litteris, numero trigesimo, de rescr. Boss. titulo de falsis, num. 131. De eo, qui fingit se Inquisitorem tractat Iacobus Simancas in pract. hæret. cap. vlt. numero decimoquinto. Et de laico gestante insignia præsbyteratus Bald. in l. Sub prætextu, C. de sacr. eccles. Diaz. in pract. crimin. can. cap. duodecimo, numero 3. Fel. in proœmio Gregor. in octaua columna, & in capit. Vt Apostolicæ, de priuileg. libro 6. Doctor. in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. Bald. in l. Qui prætextu, C. de sacrosf. eccles. Ludouic. Roman. in l. Qui aliena, § Interdum, ff. de acquirenda hæreditate. Et de Notario Bartol. in l. Data opera, colum 6. C. Qui accusare non possunt, Iason in l. Sciendum, §. fin. ff. Qui satisdare cogantur. Et de nautis, qui alienis insignibus vtuntur, tradit Straccha in tract. de nautis, parte 3. numero vigesimo tertio. Quomodo autem Doctor fit gradu spoliandus vide Grammat. super cap. Regni, fol. centesimo vigesimo secundo, post num. 28. Qui titulum, seu insigne Principis imponit suæ rei illam perdit, & fit ipsius Principis l. 1. C. Vt nemo pri. tit. &c. Qui autem propria authoritate imponunt velam regiam, idest Principis signum rebus alienis grauissimè puniuntur, & hoc signum po-

teft

teſt impunè à quocumque deſtrui l. 2. C. eod. tit.

53 Quando autem, & quomodo priuatus poſſit deferre inſignia Principum, illaque in rebus ſuis pingere docet idem Bar. in tract. de inſign. & arm. numero ſecundo. Et an priuatus poſſit aſſumere inſigne alterius, & quomodo prohibeatur, & de ſignis Societatum, Notariorum, & Artificum, ac de huiuſmodi alijs multis, ne acta agamus ad dictum Bartolũ, & alios ſupra citatos Doctores lectorem remitto. Et an valeat conſuetudo quod inferior vtatur inſign js ſuperioris, & in dignitate conſtituti ſcribit Innoc. in C. cum contingat, de ætat. & qualit. Io. Andr. in c. Abbates de priuil. in. 6. Lud. Rom. in ſuo ſingul. incip. Inſignia.

54 Quid autem de Laurentij Medices furto dicemus, qui noctu Romæ celebrioribus antiquis ſtatuis in locis publicis collocatis capita furtim ſurripuit? non ne hoc pacto clariſſimorum virorum gloriam, ac celeberrimam famam eis arripere tentauit? Ob quam rem vituperatus fuit ab vniuerſa ciuitate, quæ hoc furto ſibi grauiſſimam iniuriam illatam exiſtimauit, & à Mario Moltia Poeta Mutinenſi de hoc crimine apud Pop. Roman. elegantiſſima oratione accuſatus fuit, quam adeo timuiſſe legitur, vt cum diu excogitaſſet, quomodo inſigni aliquo facinore, hanc maculam abſtergere poſſet, proprijs manibus Alexandrũ Medicem ſuum Principem, & agnatum occidere decreuerit, vt hoc modo patriæ libertate reſtituta omnem ſuæ anteactæ vitæ maculam deleret, ſed hoc pacto crimine iterato duplicem pœnam meruit.

55 Et quemadmodum cautum eſt, vt nemini ſtatuæ erigantur abſque expreſſo Principis decreto l. 1. C. de ſtatutis, & imaginibus, ſic abſque eiuſdem Principis licentia dirui, & amoueri non poſſunt, Gomez in §. Fœnales, nu. 5. Inſt. de Act. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 281. Roman. ſing. 474. Cur. iun. in l. Si quis id quod, ff. de iur. omn. iud. num. 6. & ideo Laurentium grauiter deliquiſſe conſtat. Et apud Aulum Gellium cap. 5. lib. 4. noct. Artic. legitur de perfidia Hetruſcorum Hauruſpicum vindictam fuiſſe ſumptam tamquam nequiſſimorum alienæ gloriæ furum, quod falsò reſpondiſſent, Horatij Coclitis ſtatuam, de cœlo à fulgure tactam, in obſcuriorem locum eſſe reponendam, cum tamen ob id in celebriorem reponi deberet: vnde in ipſos Hauriſpices per totam Vrbem fuit illud decantatum, ex Heſiodo conuerſum: Malum conſilium conſultori peſſimum.

56 Inſignia autem eorum, qui patriam prodiderunt deſtrui debẽt. Bartol. in l. 3. ff. ad legem Iuliam, de adulter. Angel. in l. Ea quidem, C. de accuſat. Hoc tamen intelligi debet non à priuatis, ſed Iudicis decreto, vt notat etiam Menoch. de arbitr. Iud. lib. ſecundo, caſu 281. numero nono. Immò illorum imagines pedibus appenſæ, & conuerſæ apponuntur, &

pin-

pinguntur, quique illas furantur, seu corrumpunt, merito puniuntur, vt in l.Si quis id quod, ff. de iurisd. omn. iudicum, & ibi Doctor. Martin. Lauden. in tract. de crim. læsæ maiestatis, quæst. 26. Gomez. in §. Pœnales, numero 5. Inst. de act. Et de illis, qui furantur, vel lacerant Episcoporum, vel Prætorum edicta, qui æquiparantur illis, qui Prætoris album corrumpunt Doctor. agunt in l.Si quis id quod, ff. de iur. omnium iud. Duar. lib. primo, Disput. anniuers. cap. 48. relatus à Menoch. de arb. iudic. libro secundo, casu 281. in princ.

57 Quis potest etiam alterius locum furari, & illius sedem occupare, l.1.C. vt dign. ordo seruetur, lib. 12. Isernia in Commentarijs ad const. Regni Neapol. titulo de homicidijs puniendis, in verbo Occidisse. Ioan. Baptista à Sancto Seuerino, in l.Omnes populi, ff. de iust. & iure, de qua re in Euangelio Matthæi, cap. vigesimo secundo, dicitur: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? & cap. sequenti agitur de Scribis, & Phariseis, qui amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & in itinere crebræ oriuntur dissensiones occasione præcedentiæ, de qua latè Cassanęus tractat in cathalogo gloriæ mundi. Vide in hac materia pulchrum conf. Decian. quod est. 7. vol. 3. vbi tractat quis præferendus in honoribus Comes, an Eques. & Peregr. conf. 84. vbi disputat, An Comes Palatinus ex priuilegio Cæsaris pręcedat militem grauis armaturæ. Idem Decian. consf. 18. vol. 3. in quo disputat Ducem Ferrariæ pręferendum esse Duci Florentiæ.

58 Ille autem qui Principis auctoritatem vsurpat, cumque priuatus sit, pro Potestate, Magistratu ve sciens dolo malo, quid gerit, pœna criminis læsæ maiestatis plectitur, l. 3. in fine, ff. ad legem Iuliam maiestat. idque intelligendum esse cum istius vsurpatoris iussu aliquis fuit interfectus. Isernia, & Ioann. Bapt à Sancto Seuerino in locis supra citatis, & Menoch. de arbitr. iudic. casu 320. numero secúdo, vbi numero quarto dicit: Illum, qui Principis auctoritatem vsurpat circa leuiora, & soli dignitati se ingessit, vt militiæ, tunc Iudicis arbitrio puniri, & citat l.in his, C. de diuers. offic. lib. 12. post Iserniam, & Io. Bapt. à Sancto Seuerino, quorum supra meminimus.


59 Qui alterius famam, & honorem rapiunt, ac maledicè lacerant non sunt nomine furum indigni, Detractores inquam, qui à Paulo Apostolo dicuntur esse odibiles Deo: Nihil enim aliud est detrahere, quàm trahendo aliquid alicui auferre. Cicer. libro tertio officiorum: Nunquam committit, vt alienum appetat, & quod alteri detraxerit, sibi assumat. Immò expressè detractores furib. æquiparantur, & illis deteriores esse dicuntur, in cap. Deteriores, & in cap. Ex merito, sexta quæst. prima, & homicidæ appellantur, cap. Summa, sexta quæst. prima. Fama

enim cùm inter bona corporalia, & externa connumeretur, qui illam detrahit, fur est, siue id verbis, siue famoso libello effecerit, de quibus in titulo, ff. de iniurijs, & famos. libellis & C. de libell. famos. & apud Canonistas, sexta, quæstione prima.

60 Non mirum ergo, si isti detractores, & diffamatores, perinde ac fures, ad restitutionem famæ per eos diminutæ, honorisque detracti tenentur, vt etiam docet Ludou. Carbo, in tract. de restitutione, quęst. 17. & 18.

61 Istisque detractoribus alterius famæ, atque honoris, sicuti latronibus non solum verbis, sed etiam re ipsa resistendum esse tradit Anton. Scapp. in tractatu iuris non scripti, libro quinto, cap. secundo, in fine.


FINIS §. SEPTIMI.





DE FVRTIS

§. OCTAVVS.



SVMMARIVM §. 8.

1 *Depositarius, qui vtitur deposito, vel creditor pignore, fur est.*
2 *Item qui in alium vsum, quàm sibi concessum est, re vtitur.*
3 *Et qui iumenta conducta longiùs ducit.*
4 *Et qui rem sibi commodatam alteri commodat.*
5 *Lex superioris ab inferiori tolli non potest.*
6 *An humana lege fieri possit, vt alienæ rei vsus, furtum non sit.*
7 *Seruitus alicuius rei in dubio non præsumitur, sed libera censetur.*
8 *Monachi, qui rebus communibus tamquam proprijs vtuntur, an furtum faciant.*
9 *De furtis aduersus nautas, caupones, stabularios.*
10 *Quando nautæ, caupones, & stabularij tenentur.*
11 *An prædicti viatorum factum præstent.*
12 *An exercitor nauis pro facto vectorum obligetur.*
13 *An necessaria sit particularis bonorum consignatio.*
14 *Quid iuris quando à libero homine prædictis inseruiente furtum fit.*
15 *Quando seruus furatur, quomodo illius dominus liberatur.*
16 *Quid si alienus seruus, cuius opera caupo vtebatur, furtum fecit.*
17 *Hospes qui deponit equum in stabulo, & nemini commendat, an habeat actionem.*
18 *Caupones non solùm verbis, sed etiam signis hospites inuitant.*
19 *Taciti, & expressi par est virtus.*
20 *Interdum plus operatur tacitum, quàm expressum.*
21 *Voluntas nostra non minus declaratur signis, quàm verbis.*
22 *Ad reprimendam improbitatem naut. caup. & stabul. quædam specialia in eos fuerunt introducta.*
23 *Hospes, qui non commisit bulgam cauponi, non potest iuramento suo æstimare res subtractas.*
24 *Si verò consignauit, potest.*
25 *Idem est si caupo bulgam resignatam hospiti restituat.*

R 2 26 Quando

65 Item

8. §. VEL ETIAM VSVS EIVS.

1 EL etiam vsus eius, in definitione dictum fuit ad significandum, quòd si depositarius vtitur deposito, vel creditor pignore, vel commodatarius re commodata ad vsum non destinatum, furtum committunt.

2 Vel si ad alium vsum, quàm sibi concessa est, quis re aliqua vtatur, furtũ facit, l. Si pignore, in princ. ff. de furt. §. Furtum autem, Inst. de obl. quæ ex delic. nascun. vbi Imper. tradit exemplum eius, qui argentum accepit vtendum in cęna ad quam amicos dixit inuitaturũ, & ipsum argentum peregrè secum tulit, l. Si vt certo, §. Nunc videndum, in fine, ff. Commod. l. Qui furtum, ff. de cond. furt. Menoch. de arbitr. iud. lib. secundo, casu 298. num. primo, Angel. de Malefic. in verbo, Et vestem cœlestem, versic Quid si commodo, vbi hoc exemplo eius confirmat cui fuerat commodatus liber, vt studeret, & pro exemplari vsus fuerat, eiusque, cui commodatum fuerat argentum, vt eo vteretur, & illud Hebræo oppignerauerat, asseritque hos furtum committere, si verisimiliter sciebant, vel scire verisimiliter debebant dominum non esse permissurum, vt notat gloss. in d. §. Nunc videndum, in verbo Furti quoque tenetur, & est tex. expressus in §. Placuit, Inst. de obl. quæ ex delicto nasc. & in l. Qui re, ff. de furt. & l. Qui iumenta, ff. de furt. inquit.

3 Qui iumenta sibi commodata longiùs duxerit, alioue modo inuito domino vsus fuerit furtum committit concordat, §. Furtum autem, Inst. de obl. quæ ex del. nascun. Aul. Gellius dum de hac re, cap. 15. lib. 7. noct. artic. loquitur ex Quincti Sceuolæ sententia, inquit, Brutum solitum fuisse dicere furti damnatum esse, qui iumentum aliorsum duxerat, quàm quò vtendum acceperat, item qui longius produxerat, quàm quem in locum petierat. Et Valer. Maximus, cap. 2. lib. 8. illius meminit iudicij, in quo quidam furti damnatus fuit, quod equo vlteriore Aricię cliuo vectus fuisset, cùm non nisi ad Ariciam ei commodatus fuisset. Bart. tamen in l. Item quæritur, §. fin. vers. Quærit gl. ff. locati, hoc videtur limitare in equo non conductitio, secus autem in equo conductitio, quia retinens illum diutius, credit dominum esse permissurum, ideo que tacitè illum reconducit, & propterea furti non tenetur. Quamuis illi qui vtuntur re aliena ad vsum non destinatum furtum committant, tamen mitius sunt puniendi, nec illis per sententiam infamia irrogatur, vel irrogata intelligitur, vt scribit Corn. conf. 274. num. 6. lib. 3. Catell. Cotta in memor.

memor. verſ. Furtum facit. Couarn.var.reſol.lib.3. cap.15. nu.8. Card. Thuſc. in verbo Furtum, concl.553.nu.22.& 23.

4 Et qui rem ſibi ad vtendum commodatam alteri commodat, etiam ſi id gratis faciat, furti tenetur; ſpecies enim furti eſt ex alieno largiri, & beneficij debitorem ſibi acquirere, inquit, l.Si pignore, & l. Si is cui, & l. Qui re, ff. de furt.

5 Quamuis exploratum ſit inferiorem nõ poſſe ſuperioris legem tollere,pateatq; legem prohibentem furtum non ſolùm Principis ſuperioris legem eſſe, ſed ipſius præpotentis Dei, & non ſit ambigendum nulla humana lege poſſe tolli obligationem, quæ ex furti lege naſcitur.

6 Poteſt tamen humana lege, ſiue hominum conſuetudine fieri ne aliquis alienæ rei vſus,ſit furtum, qui vſus tali conſuetudine,vel lege nõ extante,vtique, vt diximus, furtum eſſet. Non eſt enim furtum ille vſus,quo vſufructuarius, vſuarius,vel alius habens aliquam ſeruitutem ea vtitur in re aliena, inuito domino,quod alioquin furtum eſſet, & ſic patet per legem, vel conſuetudinem præſtari ius vtendi quodammodo re aliena, vt notat etiam Martinus Azpilcueta Nauarrus in Commentario de lege pœnali,num.40. Et vſusfructus nihil aliud eſt, quam ius alienis rebus vtendi, & fruendi, Inſt. de vſufruct. in princ.

7 Verùm cùm ab initio vnaquæque res libera eſſet, nulliq; inſeruiret, ob id ſeruitus, alicuius rei non præſumitur, niſi expreſsè probetur l. Altius, C.de ſer. & aqua. l.Loci corpus, §.Competit, ff. Si ſer. vendic. Cœpol. de ſeru. vrban. præd. cap. de pariete, & muro,num.17. Soc.ſenior, conſil. 75 col.2. Dec. conſil.360. num.4. Alexand. in l. fin. C. de edic. Diui Adr. tollen. & in conſil.22. col.2. lib.5. Menoch. conſil.35. num.2. Riminald.conſil.431. num.5. volum.4.Curt.ſen.conſil.75. Alciat. conſil.491.circa finem,Rol.à Valle,conſil.2. num.15. num.38. & conſ.98.num.12.vol.3.

8 Si ergo ille fur eſt, qui alio modo re vtitur, quàm ſibi conceditur, quanto magis dicendum eſt Monachos illos fures eſſe, qui tãquam proprijs bonis illis vtuntur rebus, quas in communi poſſidere deberent, Authen. Ingreſſi, C.de ſacr.eccleſ. cap. Cum ad monaſterium, de ſtatu monach. inquit, hos etiam poſt mortem in loco ſacro non eſſe ſepeliendos. Imol. in l. Defuncto, in princ. ff. de publ. iud. Hippol.de Marſil. in l.Vnius facinoris, §.Cogniturum, nu.82. ff. de quæſt. Exemplum dari poteſt in Monachis Franciſcanis cordigeris,qui de iure Canonico,cap. Exiuit,qui ſeminat, de verborum ſign.lib.6.& clem. Exiuit de Paradiſo, eodem tit. non poſſunt quid proprij habere,ſed debent in communi poſſidere;prout etiam Apoſtolos feciſſe legitur in actis Apoſtolorum,cap.4. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna,nec quiſque eorum, qui poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia

communia, super qua re in iudicijs multæ occurrunt controuersiæ, cùm enim aliud de iure canonico sit cautum, & aliud de iure ciuili, Tridentinumque Concilium in medium adducatur, & Monachi religionum suarum priuilegijs nitantur, nec omittatur statutum Venetorum, quo cauetur, vt Monachus, vel Monacha succedere non possint, quod statutum exclamant Monachi esse cõtra immunitatem Ecclesiæ, & Aduocati dicunt habere locum tantummodo Venetijs, & non in subditis ciuitatibus, cum sit ius municipale Venetiarũ, quamuis ciuitatis dominantis, res videtur satis obscura, & sæpe vidi partes à litigijs transigendo recedere, & multum interest, an Monasteria prætendant retinere bona, quæ in religionem ingredientes secum deferunt, vel quæ ipsis Monasterijs relinquuntur, an vero ab intestato cum laicis succedere, bonus autem Iudex nouit lepram à lepram discernere. Quid autem iuris sit in hac materia sub tit. de fratribus minoribus, tradit per 16. conclusiones Peregrin. in tracta. de iure fisci, libro 3. titulo 14.

9 Quoniam non solum ijs, qui domi permanent furtum fieri solet, sed illis etiam qui itinera conficiunt, hique peregrini, aut mari vagantur, & sic à nautis in eorum nauigia admittuntur, aut terra, & à cauponibus, & stabularijs recipiuntur, cumque multa furta in nauibus, cauponis, & stabulis viatoribus fiant, iccirco in Pandectis peculiaris titulus legitur: Furti aduersus nautas, caupones, stabularios, in quo cauetur.

10 Si furtum hospitantibus, vel nauigantibus in naui, caupona, vel stabulo factum sit, aduersus nauis exercitorem, cauponem, vel stabularium in duplum dari actionem, siue eorum culpa furtum factum sit, siue illorum, quos in naui retinent nauigandi causa, quos nautas dicimus, siue eorum, quos caupo, & stabularius retinent, vt cauponam, & stabulum curent, siue in ipsis locis inhabitent.

11 Viatorum autem factum non præstant, quia iter facientes repellere non possunt.

12 Et pari modo exercitor nauis de facto vectorum non tenetur, nisi exercitor, caupo, & stabularius res peregrinantium recepissent saluas fore, quo casu ipsi, non domini rerum furtiuarum aduersus fures furti actionem habent, quia recipiendo periculum custodiæ subierunt.

13 An vero in recipiendo necesse sit, vt cauponi, exercitori, vel stabulario apertæ fuerint viatorum hippoperæ, manticæ, seu bulgæ, & particulatim illius singulæ res consignatæ Accurs. in l. 1. ff. eodem tit. tuetur partem affirmatiuam, quæ opinio passim reprobatur, vt Iul. Clarus tradit in §. Furtum, vers. Pro complemento Iasonem sequutus in l. In actionibus, num. 43. ff. de in lit. iur.

14 Si autem furtum à libero homine, qui exercitori, cauponi, vel stabulario inseruiat, factum sit, ipse exercitor, caupo, vel stabularius in soli-

in solidum tenentur. Cæteri vero insontes creduntur, si probatur furtum fuisse factum ab eo, cui erat confidendum per l. Argentũ ff. commod. Bald. in l. Si creditor C.de pign.act.

15 Si autem à cuiusl.bet eorum ser uo furtum fiat, potest pro libito suo, aut damnum resarcire, aut noxam tradere.

16 Si alienum autem seruum adhibuit, insolidum tenetur, d. l. Vnica, ff.Furti aduer. naut. caup. stab. Sed ad praxim accedamus, vt hanc materiam satis obscuram, & inuolutam pro viribus dilucidè, & methodicè explicemus.

17 Primò ponamus hospitem accedere ad cauponem, &, vt fieri solet, res suas deponere, exempli gratia, equum in stabulo, & illo nemini consignato, illico ex hospitio recedere ad sua negotia peragenda, & postmodum ad hospitium reuersum equum non inuenire, an ipse habeat actionem contra cauponem? Quamuis prima facie videretur dicendum cauponem non teneri, quia equum sibi non consignatum non recepit, vt in alijs personis accidit: tamen secus est in cauponibus, nautis, & stabularijs, singulari viatorum priuilegio, immissis enim ipsis rebus in huiusmodi locis illico periculum spectat ad nautam, cauponem, vel stabularium, qui furti tenentur, l. prima, §. Recipit autem, ff. Naut.caup.& stabul. Dec. in l. Mutuum, num. 12. in 2. lect. ff. Si certum pet. Afflic. Decis. 82. Aret. in §.vlt. num. 1. Inst. de obl. quæ ex del. nascun. Barbat. consil. 53. Illustrissimus Princeps, numero 16. vol. 1. & in terminis propositæ quæstionis loquitur Bald. in d. §. Recipit autem, qui supradictam opinionem confirmat.

18 Ratio autem diuersitatis est, quia Caupones habent omnibus indistinctè cauponas apertas, immò omnes, si non verbis, saltem signis inuitant, ex circulo enim tabernæ coniecturam desumi inquit Illustrissimus Card. Mantica, libro primo, de coniect. vlt. volunt. tit. primo, num. 5. nihilque aliud indicant Cauponum insignia Solis, Lunæ, stellæ, & similia nisi aperta inuitamenta ad secum hospitandum, & perinde est, ac si expresse inuitarent.

19 Taciti enim, & expressi par est virtus, l. Non rectè, C. de fideiuss. l. 5. ff. de leg. 1. & ibi Ias. num. 13.

20 Immo interdum plus operatur tacitum, quàm expressum, l. Liber homo, ff. ad legem Aquiliam, cap. Contingit de sententia excommunicat. Bartol. in l. Custodias, ff. de publ. iud. Dec. in l. Expressa, ff. de regul. iur.

21 Et voluntas nostra non minus declaratur signis, quàm verbis l. Si tamen, §. Ei, qui seruum, ff. de ædilit. edict. Ioann. Gramm. cõsil. 13. num. 2. & consil. 31. num. 1. l. Vim facit, ff. Quod vi aut clam. Cardinalis Illustrissimus Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. primo, num. 18. & de hac materia in nostro libro de nutibus latissimè disputamus: cùm igitur perinde sit ac si caupo hospitẽ, & eius bona recepisset, rerum custodiam præstare tenetur, vt diximus.

Et nil

22 Et nil mirum si quædam etiam specialia statuta sunt contra caupones, & hoc genus omne, cùm sit furacissimum ad eorum improbitatem reprimendam, vt tradit etiam Iul. Clar. in d. §. Furtum, & Mascard. concl. 832. num. 11. de probat. & Horat. Sat. 5. lib. 1. inquit.

——Inde forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

23 Si verò hospes secum defert in nauem, stabulum, vel cauponam scrinium, vel hyppoperam signatam, quamuis illam nō consignet cauponi, nautæ, vel stabulario ipsi tenentur, vt diximus. Et quamuis, quum damnum ex furto emanat ipsum damnum iuramento liquidari possit Iaf. in l. Si quando, C. Vnde vi, num. 47. non tamen hoc casu potest hospes suo iuramento res, & earum precium, quas asserit sibi subtractas comprobare, quia Nautæ, Caupones, & Stabularij non tenentur vltra suum factum, & illorum, quos in naui, caupona, & stabulo retinent ad eorum ministerium, cumque hoc casu non constet, an furtum factum sit à caupone, eiusue familiaribus, an vero à viatoribus, ideo non est locus prædicto iuramento Bartol. in l. 1. § Serui, numero 4. ff. Fur. aduer. naut. caup. & stabul. & in l. Ne quid, num. primo, ff. de incend. ruin. & naufr. Abb. in cap. primo, numero 7. de restitut. spol. Bald. in l. 1. num. 1. C. locati, & in l. 1. ff. Naut. caup. stabul. & in l. Certi iuris, num. 2 C. locati, ac in rubr. C. depositi. Mascard. de probat. conclus. 832. num. 7. Iaf. in l. In actionibus. num. 43. & seq. ff. de in litem iuran. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 208. num. 9.

24 Si autem hospes hyppoperam cauponi consignauit, & ei furto subtracta fuerit, ad ipsum cauponem nō solum periculum spectat, sed potest etiam hospes iurare in litem, ac rerum precium æstimare, & illarum numerum suo iuramento indicare. Innocen. in cap. Super eo, in princ. de his, quæ vi metusue, caus. fin. Iaf. in d. l. In actionibus, num 41. Iul. Clar. in pract. crim. § Furtum, versic. Pro complemento huius materiæ. Qua de re scripsimus etiam supra in §. 3. num. 72. & seq.

25 Idem est si capo bulgas, seu hypp poperas resignatas hospiti restituat, nam siue cauponi fuerint traditæ, siue non fuerint, caupo (idē intellige de natura, & stabulario) vtroque casu tenetur, vt supra diximus: sed quando caupo bulgam signatam recipit, & resignatam restituit, an hospiti sit deferendum iuramentum, Bartol. in l. 1. ff. Furt. aduer. naut. cap. & stabul. num. 5. videtur asserere non esse locum iuramento: sed reuera Bartol. est intelligendus in casu, quando caupo bulgam signatam restitueret, & nihilominus hospes diceret sibi bona fuisse subtracta, hoc enim casu hospiti non est credendum, nec illi iuramentum deferendum. Si vero Caupo bulgam, quam signatam recepit resignatam restituat potest hoc casu hospes suo iuramento res, & earum precium indicare, l. 1. §. In depositi

depositi cum §. Si cista, ff. depositi, Bartol. in l. In actionibus, num. 23. ff. de in litem iuran. & sic distinguendo conciliatur Bartol. quem plures audacter dicunt sibi contradixisse; ratio autem eorum, quæ diximus est, quia ex quo bulga resignata restituitur dolus Cauponis præsumitur, vt tradit Innocent. in cap. Super eo, in princ. de his quæ vi met. ve ca. fin. Iaſ. in d. l. In actionibus, numero 41. Roman. ibidem, num. 25. testatur hanc esse communem opinionem. Bald. in rubr. C. depositi in princ. Papien. in forma libelli in actione reali, in gloss. Et in florenis, num. 29 Spec. in tit. de furt. §. Vnico, num. 3. Parif. consil. 74 num. 5. & sequ. volum. 1. vbi plures allegat, Iul. Clarus, lib. 5. sentent. §. Furtum, versic. Pro complemento, & vide quæ tradit Mascard. de probat conclus. 507. & Menoch. de arbitr. iudic. lib 2. casu 208. nu. 26. & sequen. Quid ergo si bulga ex se, & sine alicuius dolo potuit facilè regnari? Vide Menoch. eodem casu 208 num. 36.

26 Quando autem hospes bulgam Cauponi non consignauit, si non potest suo iuramento, poterit tamen alijs probationibus res suas, & earum precium æstimare, & ratio est, quia cùm hoc iuramentum introductum fuerit non solum ob defectum probationum, sed etiam in odium furum, quando caupo bona non recipiendo ad illorum custodiam præstandam non se obligauit, & non constat, an ipse caupo, eiusue familiares, an vero viatores furtum commiserint, non habet locum contra illum hoc iuramentum, quia non constat de eius dolo, contra furem enim tantummodò, ac in illius odium hoc fuit introductum Bartol. in l. 1. §. Serui, num. 4 ff. Furti aduer. naut. caup. & stabul. & in l. Ne quid, num. 1. ff. de incend. ruin. & naufr. Abb. in cap. 1. num. 7. de rest. spol. Bald. in l. 1. num. 1. C. Locati. Nec officiunt, l. Si quandò, C. Vnde vi, & l. Semper, §. In hoc interdicto, ff. Quod vi, aut clam, quæ in contrarium afferuntur, quia hæc iura loquuntur in eo, qui dolum in re subtracta commisit, idque constaret.

27 Nec est necesse, vt hospes singulas res cauponi consignet, vt sit locus iuramento ipsius hospitis, sed sat est, vt ei tradatur bulga signata. Iul. Clar. in dicto §. Furtum, versic. Pro complemento. Paris d. consi. 74 num. 3. Iaſ. in d. l. In actionibus, num. 43. Valde enim periculosum esset viatoribus, si furacissimis cauponibus res suas preciosas indicarent, cùm nostra intersit, ne secreta nostra pandantur, l. 2. versic. Quid enim tam durum. C. Quãdo, & quibus quarta par. deb. lib. 10. Et opinio Accursij, in d. l. 1 §. vlt. in verbo, In naui, ff. Naut. cap. stab. & quorundam aliorum antiquorum asserentium hospites debere singulas res enumerare, & cauponi cõsignare, penitus reprobatur.

28 Intellige tamen iuramentum suprascriptum in præmissis casibus hospitibus deferendum esse in subsidium, quando alio modo non potest hospes res suas vel earum

rum precium comprobare, & etiam vltra difficultatem probationis concurrente dolo, vel ex lege præsumpto, in illo cõtra quem iuratur, l. In actionibus, in fine, l. Cum furti, ff. de in litem iurando, l. Si quando, C. vnde vi, cap. vlt. de his, quæ vi met. ve caus. Bartol. in d. l. In actionibus, & ibi Dec. num. 31. & Iaf. num. 39. Non tamen est obliuioni tradendum iuramentum non deferendum esse ad probandum furtum, vel violentiam, sed illis testibus comprobatis, defertur postea iuramentum ad probandum res ablatas, & eorum precium. Mascard. conclus. 470. num. 9. de probat. c. vlt. de his, quæ vi met. ve causa.

29 Dum autem iuramentum in casibus prædictis denegatur hospitibus, possunt tamen nõ solum alio modo legitimo suam intentionem comprobare, sed etiam testibus minus idoneis. An vero damni æstimatio iuramento eius, qui damnum passus sit probari possit in quocumque genere violentiæ, videlicet expulsiuæ, ablatiuæ, compulsiuæ, turbatiuæ, & inquietatiuæ, vt tradit Iaf. in l. Si quando, C. Vnde vi, numero 44. & 47. an vero tantummodo in violentia expulsiua, & ablatiua, vt voluit Butr. in l. Vnica, C. de senten. quæ pro eo, quod interest, videndus est Mascardus de probation. conclus. 471. num. 5. & 6.

30 Et quando hospes hoc alio modo probare non potest. Iudex debet torquere familiares cauponæ Bartol. in l. Vnica, ff. de furt. aduer. naut. caup. & stabul. & in l. 1. num. 3. & in l. Dominus horreorum num. 1. & 3. ff. locati, & in l. 1. ff. de offic. præf. & in l. 1. ff. si famil. furt. fec. dic. Bald. in rubr. C. depositi in princ. & in l. 1. C. locati Boss. in tit. de indic. nu. 67. Doct. in l. 1. §. si cista, & in l. Si sacculum, ff. depositi, Bart. in l. In actionib. num. 23. ff de in lit. iur. & in l. Si quando num. 4. C. Vnde vi Paris Cons. 74. Inficiari minime potest num. 10. cum seq. & nu. 33. vol. 1. Mascard. de probat. conc'. 380. num. 15. Ang. de malific. in verbo: Et vestem cœlestem col. 9. Blanc. de indic. num. 414. Biun. in tract. de indic. & tort. q. 3. 1. part num. 3. Vidi interdum quosdam Iudices inexpertos, qui præcipitanter omnia in hoc genere contra caupones, tamquam cõtra publicos latrones interpretantur, & sat dicunt sibi de delicto constare cum isti sint sub rubr. Nautę caupones stabularij.

31 Sed prudens Iudex secus faciet, & imo hoc casu non facile iuramentum in litem præstabit, & præsertim si verisimilitudo resistat, habita ratione quantitatis bonorum, quam hospes asserit sibi fuisse furto subtractam, & earum æstimationem, maximè verò cõditionis ipsius hospitis, tam quo ad eius fortunas, quàm ad famam, & existimationẽ c. vlt. de his quæ vi met. ve caus. Bart. in l. Vnica, §. Serui ff. Furti aduer. naut. caup. stab. Bald. in rubr. in princ. C. Depositi, Alex. cons. 103. Videtur col. 3. vol. 1. & consil. 69. num. 3. vol. 2. Iaf. in d. l. In actionib. nu. 41. ff. de in lit. iur. Paris cõs. 74 nu. 10. & 13.

& 13. vol. 1. Abb. in c. Super eo, de his, quæ vi met. ve cauſ. fin. Aret. in §. fin. Inſt. de oblig. quę ex quaſi maleſ. naſc. Doct. in l. Si quã do. C. vnde vi.

32 Iuramentum autem prędictum nullo modo eſſet deferendum ſi ad pœnam criminaliter agatur: ſed tantummodò in caſibus prædictis, dum ciuili agitur iudicio Bart. in l. vlt. num. 4. ff. de in lit. iur. Iaſ. in l. Cùm furti num. 8. ff. eod. Abb. in cap. 1. num. 7. de reſt. ſpol. Alex. conſ. 66. Viſo proceſſu, vol. 1. vbi affirmat hanc eſſe communem opinionem. Maſcard. de probat. concl. 471. num. 42. Vel dum in cauſa criminali ageretur tantummodò de comprobando rei ſubtractæ precio, & ex huiuſmodi æſtimatione maior pœna non eſſet infligenda, quamuis maior æſtimatio reſultaret, vt tradit Curt. in l. Ad nonendi, ff. de iureiur. num. 349. quem ſequitur Maſcard. de probat. concl. 471. num. 44. & 45.

33 Hoc tamen iuramentum præſtitum in ciuilibus, facit indicium in criminalibus. Bart. in l. fin. numero 5. ff. de in lit. iuran. De triplici autem iuramento in litem, videlicet: Singularis intereſſe; ex affectione; & ex veritate, & quando iſtis iuramentis locus ſit agit etiam Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 207. & 208.

34 Sed quid ſi caupo hoſpiti tradidit claues cubiculi ex quo res eius fuerunt ſubtractę, an hac clauium receptione videatur hoſpes cuſtodię renunciaſſe, vt caupo de cuſtodia non teneatur? hanc quæſtionem ponit, Speculat in tit. de furto num. 19. & vtrinque diſceptat, nec quæſtionem ſoluit, & ibi plura notantur in additionibus, ex quibus colligere licet veriorē eſſe ſententiam eorum, qui ſentiunt cauponem non teneri, niſi de huius, aut ſuorum fraude appareat.

35 Iſti autem alienarum rerum cuſtodes ſi volunt ſe tueri, ab ipſarũ rerum reſtitutione, quia eiſdem furto ſubtractæ fuerint, tenentur non ſolùm furtum probare, ſed etiam abſque eorum culpa commiſſum fuiſſe, alioquin non excuſantur, gl. in §. 1. in verbo Fortuito caſu Inſt. Quib. modis re contrahit. oblig. & ibi Aret. num. 3. Bartol. in l. Si quis ex argentarijs §. An verò, ff. de eden. & in l. Si creditor num. 4. & 6. C. de pignor. act. Sepucul. in §. vnico, num. 16. verſ. Sed nunquid ſufficit. tit. de pign. Boſſ. in tract. de furt. num. 2. Alex. in l. Prætor ait num. 6. ff. de eden. vbi teſtatur hanc eſſe communem Doctorum opinionem, Paris conſ. 156. numero 5. vol. 4. Alex. con. 158. num. 2. vol. 2. Hierony. Grat. conſ. 100. num. 4. lib. 2. Quæ tamen probatio etiam coniecturis fieri poteſt, vt ſi probetur fores nocturno tempore fuiſſe fractas, vel famulum aufugiſſe, aut ſimilia, vt tradunt Doctor. in d. §. Prætor ait. Bart. in l. Si quando, C. vnde vi, & in l. 1. ff. furt. aduerſ. naut. Crot. conſ. 122. num. 34. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 88. num. 14.

36 Nec debet iſta deciſio nimis ſeuera, vel rigoroſa videri, dum obligat

obligat custodem ad probandum furtum sine culpa sua fuisse factū, id enim procedit, quia contra illum stat iuris præsumptio. Mascard. de probat. concl. 832. numero 11.

37 Non enim existimatur furtum fieri posse sinè custodis culpa, & in dubio furtum præsumitur factum culpa illius, qui de custodia tenetur, vt habetur in l. Cum duobus, §. Damna, ff pro soc. Cœpol. consil. 18. Statutū Vincentiæ col. 1. Rom. consil. 28 In hac consultatione nu. 3. lib. 3. gl. in l. Si vendita, ff. de per. & com. rei vend. Vel saltē præsumitur furtum fuisse factum custodum negligentia, quam ipsi præstare tenentur gl. in § Præterea in verbo debet Inst. Quibus mod. re contrah. oblig. vbi de culpa leuissima dicitur. Bart. in l. Si creditor num. 6. C. de pign. act. & in l. Cum duobus, §. Damna. ff. pro soc. & ibi etiam Bald. vers. Noto ex hoc textu, Paul. Castr. in d. l. Si creditor num. 6. Cœpol. in d. consil. crimin. 18. Statutum Vincentiæ col. 2. vers. Sed in casu de quo quæritur, & in consil. 20. in princ. Lancell. Corad. in tract. de Decur. tit. de furtis, §. Furtum. num. 14. Paris consil. 156. num. 4. & 5. vol. 4. Hercul. in tract. de proband. negat. num. 26. Innoc. in c. Super eo num. 2. vers. Si dicat, De his quæ vi met. ve caus. fin. Guid. Pap. in sing. 15. Ruin. consil 218. num. 8. Dec. consil. 473. num. 6.

38 Et ideo iure diuino, cap. 22. Exodi, cautum est, illum cui res in custodiam commendata fuit, de alieno furto teneri, quod in alijs casibus non accidit, in quibus iuramento custodis quæstio decidi debet: Si autem iumentum fuit à bestia comestum, deferendo domino pellem, aut frusta carnis, quæ superfuerunt, etiam custodem excusari dicitur in cap. 21. Genes.

39 Non est ergo mirum si noctu rebus subtractis, earum custodes possunt torqueri, vt furtum indicent, quia nō carent culpa, saltem ob malam custodiam, facit text. sing. in l. 3. ff de off. præf. vigil. vbi dicitur à custodibus negligentiæ pœnas sumi, quod Bart. ibi notat Cœpol. consil. 18. num. 24. Paris consil. 156. num. 19. vol. 4. Castr. in l. Eum qui rem, §. Si ecr. num. 5. ff. Commod. Grat. consil. 94. nu. 29. & consil. 95. num. 1. & sequ. lib. 2. Blanc. in l. fin. nu. 425. ff. de quæst. Angel. de malef. in verbum, Et vestem cœlestem, vers. Et tu Iudex aduertas Bald. in l. Ex Diui Pij C. locati, & cond. Mascard. de probat. concl. 496. num. 2. & 829. numero 11. Et Farinac. copiosè hanc rem examinat, & plures adducit auctoritates in sua praxi lib. 1. tit. de indicijs quæst. 37. num. 156. 158 & seq. Quæ supra diximus, vera sunt contra custodes, vt sunt nautæ, caupones, stabularij, qui cùm sint pessimum, & furacissimum genus hominum. Mascard. de probat. concl 832. numero 11. Iul. Clar. in dicto §. Furtum in vers. penult. contra eos vrget mala præsumptio; Et etiam contra alios huiusmodi custodes alienarum rerum, qui communi iudicio in alienis rebus custodiendis negligen-

gligentes existimarentur, idem ius est statuendum.

40 Verùm in alio genere custodũ, secus est, vt in viro probo, honesto, ac diligenti, contra quem non extat præsumptio ob illius solertiam, & integritatem Bald. in l. 1. C. Locati, Aug. de Arimino in addit. ad Angelum de malef. in verbo, Fama publica, num. 107. Et illi sufficit ei probare sibi furtum factũ fuisse, nec indiget probatione furtum non sua culpa accidisse, vna enim pręsumptio alteram tollit l. Non solum, § De iure ff. de rit. nupt. c. litteras de præsump.

41 Custos alienarum rerum non tenetur de furto facto in loco vbi res seruari consueuerunt, vt in sacrario Bald. in l. Si creditor in fine C. de pign. act. per l. Pignus cum gl. eod. tit. in specul. in tit. de locat. § 5. vers. Quid si locaui.

42 Debet tamen probare casum fortuitum ille, qui ratione muneris publici, vel priuati tenetur ad custodiam. Ias. in l. Si pascenda, num. 3. C. de pact. Bald. in l. Cùm ita, §. species, ff. de leg. 2. not. in §. fin. in fine Inst. Quibus modis re contr. obl. Alex. cons. 147. nu. 1. & sequ. lib. 2. & cons. 207. dicto lib. 2. Gram. voto 29. num. 5. & sequ.

43 Generatim autem alienarum rerum custodes de dolo tantummodò, & de lata culpa teneri Viuius testatur lib. 1. opin.

44 Si locus autem, in quo res subtractæ reponi debuerunt, non potuit bene custodiri, multò magis custos rei subtractæ excusatur: quod enim fieri non potest, nec custodibus iniungi debet arg. l. Titius, §. fi ff. de excus. tut. Mascard. de probat. concl. 829. num. 12. rerum enim natura, & qualitate deprehenditur in custode culpam non fuisse. Henric. Bouer. in sing. suo in verbo, Præsumptio, & fictio. num. 7. Bald. in l. 3. num. 3. ff. de præfect. vigil. Grat. cons. 100. num. 11. & 37. lib. 2. Euerar. in locis argumentorum loco A natura num. 3.

45 Si denique custos probet res sibi fuisse subtractas, vel ex soporifera potione sibi furtim tradita; vel quia noctu perforatæ sibi fuerunt ianuæ, quas prius bene custodierat; vel à suo familiari, cui etiam in rebus suis eiusdem precij quilibet credidisset, vel ex alia iusta causa comprobet non sua culpa factum, tunc damnum rei subtractæ domino cedit, non autem custodi, vt scribit etiam Mascard. de probat. concl. 829. supradicta in fine, Blanc. de indic. num. 425. Nullus enim reperitur qui semper vigilare possit, nec id facere debet l. Seruitutes, ff. de seruit.

46 Non tenentur etiam caupones si quando hospes custodiam cauponi non reliquisset, sed illam retinuisset, vt si seruis proprijs custodiam mandasset: vel bona surrepta in suo cubiculo reposuisset, & claues secum detulisset. Bald. in rubr. C. depos. num. 1. arg. l. 1. §. Si me rogaueris, ff. depositi, Plot. in l. Si quando, C. vnde vi, num. 406. & seq. Boss. in tit. furt. aduer. naut. caup. stab. num 5. Non tamen defuerunt, qui contrariam opinionem

nem

nem secuti sunt, vt gl. in l. vlt. §. 1. ff. Naut. caup. stab. & Bart. ibi, & Marsf. cons. 23. num. 2. Specul. in tit. de furtis num. 19. si vero caupo protestatus fuisset, vt hospites custodirent res suas, tunc excusaretur. Plot. in l. Si quando. C. vnde vi, num. 417. Quando caupones, ac alij rerum alienarum custodes de furto alieno teneantur supra diximus. Verùm cum plures alij casus accidere possint, ex quibus sæpe litigia oriuntur ob furta commissa, expedit, vt hanc rem exactius discutiamus: prout enim diuersa est contractuum natura sic etiam diuerso iure hoc contingit. In quibusdam enim contractibus sat est dolum præstare, at in alijs etiam culpa est præstanda ne dum lata, sed leuis etiam, & quandoque etiam leuissima l. contractus, ff. de reg. iur.

47 Præmittendum autem est in contractibus primùm esse perpendendum, & seruandum quod inter partes conuenit. Contractus etenim ex conuentione partium legem accipiunt. d. l. Contractus, ff. de reg. iur. l. 1 § si conueniat, ff. depositi. Solent namque contrahentes vario modo pro eorum libito pacisci, vt vel de dolo tantum, vel de lata culpa etiam, & interdum quoque de leui, & leuissima quis teneatur l. 1. §. sæpe, ff. depositi, & sic prout contrahentes paciscuntur exequi debet, cùm vt inquit Prætor, pacta sint seruanda. l. Si quis in conscribendo. C. de pact. l. 1. ff. eod. l. Non minorem. C. de transact. gl. in c. Consuluit, in verbo Odit lucem, in fine ff. de off. de leg. l. 1. in princ. de const. pecun. vbi dicitur graue esse fidem fallere, & Cic. lib. 1. officiorum inquit; Fundamentum Iustitiæ esse fidem, idest, dictorum, conuentorumque constantiam, & veritatem.

48 Non tamen contrahentes conuenire possunt, vt nec etiam dolus præstetur, hoc enim non permittitur, quia bonæ fidei iudicio contrarium est, vt in d. l. Contractus expressè dicitur, & habetur in l. 1 §. Illud. ff. depositi.

49 Quando autem nihil est conuentum, ad quædam, quæ vel prœuideri, vel si præuideantur præcaueri non possunt, nemo tenetur, de quibus sic inquit Iurisconsultus in d. l. Contractus. Animalium verò casus, mortesque, quæ sine culpa accidunt, fugæ seruorum, qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum a nullo præstantur.

50 Illud hoc loco exploratum esse velim Iurisconsultum appellare casum animalium à cadēdo, dum ex monte, vel alio præcipiti loco casu pereunt, iuxta illud apud Curtium. Inopinatu rhedæ casu oppressus, §. si filius familias, Inst. de oblig. quæ ex quasi del. nasc.

51 Nemo igitur de casu fortuito tenetur, siue naturæ, siue hominis facto contingat, vtroque enim modo contingere solet, vt tradit Salyc. in l. Quæ fortuitis, C. de pign. act. num. 6. Casus autē fortuitus dicitur ille, quem homines sua prudentia prçcauere non possunt l. 2. §. Si eo tempore, ff. de admin.

min.rer.ad.ciu.pert. & l. Quæ fortuitis, C. de pign. act. & c. Cum Ioannes de homic. Alex. in l. Sed & si quis §. Quæsitum, ff. si quis caut. Thom. Grammat conf. 1. numero 8. vol. 2.

52 Ille autem qui casum fortuitũ proponit eum probare debet. Paris conf. 156. num. 2. & 3. vol. 4. Bart. Bald. Alex. & alij in l. Si quis ex argentarijs, §. An, & hæredi ff. de eden. idque verum esse tam in agente, quam in excipiente multis testimonijs docet Mascard. de probat. concl. 272. num. 2. & conclus. 273. num. 1.

53 Quando autem proprio iuramento fortuitus casus probari possit, idem Mascard. ibi docet num. 13. & seq. Et an infra annum hæc probatio sit facienda, tradit idem Mascard. concl. 273. nu. 11. & 12. Et in specie an probetur amissio rerum furtiuarum iuramento tradit Innoc. in c. fin. in 2. col. vers. Item credimus quod sic, Quod met. caus. not. in l. Si quando, C. Vnde vi, Bald. in l. 3. in prin. ff. de iureiur. Alex. in d. l. 3.

54 Furtum autem esse casum fortuitum, ideoque verisimilitudinibus præsumptionibus, & coniecturis probari posse tradit Alex. conf. 53. lib. 2. Bart. & reliqui Doct. in d. l. Si quis ex argentarijs. §. An, & hæredi, ff. de eden. facit, l. Non omnes, §. A barbaris ff. de re milit. gl. in c. Michael de fil. præsbit. in verbo constiterit c. tertio loco de probat. l. Si vicinis, C. de nupt. c. Veniens ad apostolicam de testibus. Vxor quoque si furatur viro suo aliqua bona, dicitur hunc esse casum fortuitum, quia vir debuit verisimiliter de vxore sua confidere. gl. in l. Cũ duobus, § Damna, in verbo Surreptum, ff. pro socio, quam esse notatu dignam inquit Iac. de Sanct. Georg. in l. Manifestissimi, §. Sed cum, C. de furtis.

55 Illud etiam in comperto esse scio, Dolum esse studiosam machinationem quandam alterius decipiendi causa, quum aliud agitur, & aliud simulatur l. 1. §. 2. ff. de dolo.

56 Latam culpam verò, non intelligere, quod omnes intelligunt. l. Regula, §. Si filius, ff de iur. & fac. ign. l. Latæ, ff. de verb. sign.

57 Leuem culpam autem desidiã, & negligentiam, vt quando penes negligentem amicum res deponitur. §. Præterea Inst. Quibus mod. re contr. oblig.

58 Leuissimam, quum non præuidetur illud, quod aliquo modo præuideri potuit. gl. magistralis in d. §. Præterea. Sed ad ipsos contractus deueniamus, vt melius intelligamus quando quis de furto ab alio commisso teneatur.

59 In deposito, quod fit deponentis gratia tantum, depositarius tenetur de dolo d. l. Contractus, & l. Si vt certo, §. Nunc videndum, ff. commod. l. 1. § si vestimenta, ff. Depositi, d. §. Præterea Inst. Quibus mod. re contr. oblig. vide glo. in l. Cum duobus, §. Damna, in verbo Subreptum ff Pro soc. Et quia lata culpa dolo æquiparatur, & pro dolo accipitur l. Quod Nerua, ff. depositi, ideò tenetur etiam huiusmodi depositarius de lata

culpa l. 1. C. depositi, gl. in d. §. Praeterea in verbo Dolo, & gl. in c. fin. de deposito, in verbo, de culpa, Bald. conf. 118. Praemittendum lib. 5. & per supradicta Ang. Aret. in d. §. Praeterea in prin. inquit, Talem depositarium non teneri si eidem res deposita furto subtracta sit: & in d. §. Praeterea habetur eum tutum esse, qui rem parum custoditam amittit, & ibi ratio redditur ab Imp. hoc modo: Quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei, sed suae facilitati id imputare debet. concordat l. 1. §. Is quoque, ff. de act. & oblig. Nisi depositarius esset in lata culpa, tunc enim, vt diximus, teneretur, vt si res preciosas per loca deserta, & à latronibus frequentata deferat: vel illas noctu incustoditas deferat: vel aliam similem latam culpam committendo, res ipsae eidem subtractae, vel vi ablatae fuerint. l. In rebus in prin. & l. Si vt certo, §. Interdum, ff. commod. Vel si fuit in mora depositarius ad restituendum rem depositam, l. Si in Asia, §. fin. ff. depositi.

60 Quando autem à lege habetur mentio culpae, de leui intelligitur l. Si cum venderet. §. fin. ff. de pign. act. gl. in l. In vēditione. §. De tempore in verbo, Ex culpa ff. de bon. auth. Iud. possiden. & ibi Bart. gl. in §. Praeterea, in verbo Culpae, Inst. Quibus mod. re contr. oblig. & in l. Si filius familias, §. Maritū in verbo, Et culpa, ff. sol. matr. Bald. in Auth. Quod locū. Quaest. 2. ff. de collat. & in l. Acceptam, C. de vsur.

61 Si autem depositum factum sit etiam depositarij causa, ac proinde vtriusque gratia, vt quando pro deposito precium interuenit pro mercede depositarij, tunc de leui culpa tenetur, & veluti conductor conueniri potest, secundùm distinctionem traditam in d. l. Si vt certo, §. Nunc videndum ff. commod. Bart. in l. Quod Nerua ff. depositi col. antepenult. vers. octauo principaliter quaero Abb. in c. 2. col. 2. de depos. l. 1. §. Si vestimenta ff. depos. Salyc. in l. Incendium col. vlt. C. si cert. pet. Franc. Brusat. conf. 325. nu. 51. 52. lib. 3. vbi de Thesaurarijs Principis, & ad quae tenentur, plura tradit.

62 Quod autem in deposito precium interuenire possit scribit And. Sicul. conf. 71. lib. 4. Roman. conf. 500. Summarius quaestionis col. 1. Ang. in l. Interesse. ff. de acquir. possess.

63 Verùm si depositum factum sit tantummodò ipsius depositarij gratia tunc etiam de leuissima culpa tenetur, non autem ad casus fortuitos, vt & in commodato. Huiusmodi enim casu hi duo contractus aequiparantur, vt docet Bart. in d. l. Quod Nerua col. fin. vers. 12. quaero Ias. in l. Cum quid num. 25. ff. Si cert. pet. & ibi Parpur. nu. 20. & in l. Rogasti nu. 17. ff. eod. Abb. in c. 2. num. 3. de depo. sit. quamuis aliter sentiat, Accurs. in d. l. cum quid, in verbo Periculo, Aret. ibi in fine. Dec. col. 2. Alc. num. 14. Zas. lib. 1. sing. intellect. cap. 2. num. 23.

64 Et hoc exemplo confirmatur in depositario, qui non requisitus, se obtulit.

obtulit. l. Si quis, nec causam in prin. ff. si cert. pet. gl. in d. l. Contractus, ff. de reg. iur. l. 1. §. sæpe, ff. depos. c. 2. de deposito, Barbat. in c. Bona fides, de deposito, & maxime si depositarius, qui se obtulit, aliquam vtilitatem, commodum, vel etiam existimationem consequitur ex ipso deposito: Hi enim duo casus, quando scilicet depositarius se offert, vel pro deposito aliquod commodum cõsequitur, pares esse censentur d. c. 2. de deposito, & in his casibus cum de leuissima culpa teneatur depositarius, de furto etiam sibi commisso tenebitur, quia, vt supra diximus, furtum fit saltem cum leuissima culpa custodis.

65 Si res erat deponenda penes aliquem, cum debita mercede, quo casu diximus depositarium etiam de leuissima culpa teneri, & alius consurrexit facetus, & curiosus vir, qui se gratis depositarium obtulit, tunc, quamuis nullam vtilitatem consequatur, tenebitur de leuissima culpa, ac proinde de alieno furto, & ad rerum furtiuarum restitutionem, seu illarum æstimationem, quia ex sua curiositate succedit in locum illius, qui leuissimam culpam erat præstaturus.

66 Non tamen ignoro Decium in l. Contractus, ff. de reg. iur. nu. 5. asserere depositarium, qui se obtulit, & nullam mercedem pro deposito consequitur, de leuissima culpa non teneri, ego tamen, pace tanti viri dixerim contrarium sentio iuxta tex. in l. 1. §. Sæpe, ff. depos. vbi licèt simpliciter dicatur teneri ad culpam, & ad custodiam, cùm indefinita æquipolleant vniuersali, l. Si seruitus, ff. de seru. vrban. præd. gloss. in cap. Vt circa, in princ. de elect. in 6. Bart. in l. Si pluribus, de leg. primo, Dec. in l. 1. ff. de regul. iur. num. 12. etiam de leuissima culpa hoc casu esse intelligendum arbitror, & maximè cum ibi dicatur eum non teneri de casu fortuito, ergo videtur innuere eum de omni culpa teneri, exclusio enim vnius est inclusio alterius. Dec. in l. 1. ff. de regul. iur. in fine. Et quia in dubio intelligitur contractus celebratus in gratiam illius, qui rogauit Barb. in cap. Bona fides de depos. Huic obiectioni Dec. respondens limitat, dicens obtinere, quando agitur de vtilitate rogantis, subdens esse absurdum depositarium, qui se obtulit, sua liberalitate, magis grauari, Sed respondetur, dominum rei deponendæ non quærere, nec curare, an ille depositarius emolumentum, existimationem, vel voluptatem consequatur; sed sibi sat esse illum rem optatam obtinuisse, dum enim quis rem aliquam efflagitat, credendum est illi expedire, vt illam adipiscatur, saltem quia non ea nota inuritur, quia afficeretur, si repelleretur, & merces depositarij non solum in pecunia numerata, sed etiam in quocumque emolumento, animique voluptate considerari potest, immo huiusmodi creditum solet à multis, & maximè à mercatoribus magis, quàm pecunia desiderari, quia hac existimatione vigente vtilitates consequuntur, quæ, ea deficiente, cessarent: Nec censenda est

da est hæc liberalitas, sed intempestiua curiositas, & in iure liquet in eum, qui sine causa in alienis negocijs, se immiscet, non meritum, vel fauorem, sed odium, præiudicium, malamque suspicionem reportare, vt late diximus in §. secundo, num. 109.

67 Tantò magis ad leuissimam culpam, & sic ad furtum alienum depositarius obligatur, quando deponitur pecunia numerata, & promittit tantumdem restituere, nam hoc casu licet pecunia deposita eidem furtò subtrahatur, vel quouis alio modo illam amittat, ad tantundem restituendum tenetur, quia hoc casu depositarius ex pactu, non ad rem depositam, sed ad tantumdem ad stringitur, & ideo res depositæ suum est periculum, l. Incendium, C. si certum petat. & ibi Bald. & Sal. l. Si vt certo, §. Commodatu autem, ff. Commun. Et tunc verè non potest dici depositum, quia in aliam formam contractus transiuit & mutuo æquiparatur, & ideo de eo sicut de mutuo iudicatur. Roman. consil. 500. Summarius quæstion. 39 columna & consil. 520. Circa propositam, in princ. Paul. Castr. consil. 16 in præsenti causa, Bald. consil. 15. Præmittendum e lib. 2. & in consil. 357. Viso Instrumento, lib. 2. Eman. a Cost. in l. Si ex cautione limita. num. 4. C. de non numerata pecun. Emanuel Soarez in suo Thesaur. recept sent. in verbo, Depositum. num. 55.

68 In precatio, quid iuris sit videamus. Est autem precarium, quod precibus petenti vtendum concessum ab-

ditur tam diu, quam diu is, qui concessit patitur. Per precarium ergo communicatur vsus rei sine proprietate, §. Item is, Inst. quibus mod. re contr. oblig. estque commodato simile, qui enim rem alicui commodat, sic commodat, vt non faciat illam accipientis, l. 1. ff. de precar. gloss. in §. Retinendæ, in fine, Inst. de interdict.

69 Qui furto priuatur re, quam precario accepit, de dolo, & lata culpa tantummodò tenetur, l. Quæsitum, §. Eum quoque, ff. de precari. & singulare est in hoc contractu, quod cùm precarium accipientis gratia fiat, nihilominus de leui, & multò minùs de leuissima culpa accipiens non tenetur, vt commodatarius tenetur, à quo in hoc differt, l. Si vt certo, §. Nunc videndum, ff. commod. Et ratio diuersitatis adducitur in d. l. Quæsitum, §. Eum quoque, ff. de precari. Quia precarium prouenit ex liberalitate concedentis, & ad omnem voluntatem illius reuocari potest, l. Iulianus, ff. de donat. l. 1. ff. de precario, Dec. in l. In omnibus, sub reg. iur. num. 4. vb. confutat opinionem Abb. in cap. fin. de precar. column. 2. versic. Sic potest dicum precarium, asserentis nec precarium statim posse reuocari, Bartol. l. Quod Nerua, column. 2. fin. versic. 13. ff. Deposit. Bald. in l. 1. C. Commodati. Barb. in c. fin. de precar.

70 Commodatarius autem de leui, ac leuissima culpa tenetur, d. l. Si vt certo, §. Nunc videndum, Inst. quib. mod. re contr. oblig. §. Item is: ideo in omni casu de furto sibi facto

facto tenetur, cum furtum, vt diximus, committi non possit, nisi saltem leuissima culpa possidentis interueniat, & ideo commodatarius exigens à fure rem, & pęnam, lucratur pro se pęnam, quia tenebatur de periculo. l. fin. §. Sed cum in secunda, & ibi Bald. C. de furt. Commodatarius ergo tenetur exactam diligentiam rei custodiendæ præstare, nec ei sufficit eam adhibere diligentiam, quam in rebus suis adhibet, si alius diligentior potuisset rem custodire, vt inquit Imper. in d. §. Item is. Et ideo si rem, quam tibi domi commodaui, voluisti peregrè tecum perferre, quia in hoc culpam commisisti, teneris non solum de furto, sed etiam de quocunque casu fortuito, d. §. Item is. Quemadmodum enim commodatarius non dicitur in culpa dum vtitur re commodata ad vsum destinatum. l. Vtique. § Culpa, & ibi Bart. de rei vendic. Ita quando re commodata vtitur ad alium vsum tenetur actione commodati, & furti. l. Si vt certo. §. Idemque & ibi Bart. ff. commod. Et ideò dicit Bald. in l. Quę fortuitis col 4. vers. Sed iuxta hoc quæritur. C. de pign. act. Si commodatarius bouis noctu seruauit bouem commodatum in loco tuto, & bouem proprium in loco tutissimo, & bos commodatus furto subtractus fuerit, tenetur, quia diligentius bouem suum custodiuit adde ipsum Bald. in l. Pignus in fine C. de pign. act. Nota obiter tamen quod in re commodata locus est gratificationi commodatario, quando habuit duas res commodatas sibi à duobus, & periculum imminet, vt, sine sua culpa, ambæ pereant, tunc enim potest seruare alteram earum rerum arbitrio suo. Bart. in l. Si vt certo. §. Quod vero ff. commodati, & ibi gl. in verbo Proinde per l. 3. §. 2. ff. ad S.C. Syllan.

71 Si autem nulla culpa commodatarij interuenit non tenetur ad casus fortuitos, quos nemo diligens paterfamilias præuidere potuisset, d. §. Item is, vers. Sed propter maiorem vim. Et ideo si mihi rem tuam commodasti, & eam postea tibi remisi per nuncium, communi opinione, idoneum, & casu perierit, non teneor, l. Argentum, ff. commod. Quæ lex tamen limitatur, & declaratur per Dec. in c. Significante, de appell. Moderni in l. 1. ff. de eo per quem fac. est. Et hæc vera sunt, si in commodato nulla merces intercedit, quia enim gratia commodatarij tantũ fit commodatum nullo commodantis emolumento, ideo commodatarius ad exactissimam diligentiam tenetur, d. § Item is, & §. 1. Inst. locati, & § fin. Inst. mand. l. 1. §. Is quoque, ff. de act. & obl. l. In rebus, in princ. l. Si vt certo, §. Nũc videndum, ff. Commod. cap. 1. in princ. de commod.

72 Si autem merces aliqua interuenit, tunc quia re vera non est commodatum (debet enim esse gratuitum) sed est locatio, & conductio, d. §. Item is in fine, & ibi gl. fin. l. Si rem tibi inspiciendam, ff. de præscr. verb. de leuissima culpa non tenetur, sed tantummodo de leui, quia gratia vtriusque factũ fuit,

l. In rebus §. Hæc ita, ff. Commod. l. Si cum venderet, § fin. & ibi glo. ff de pign. act.

73 Si vero commodatum factum sit gratia commodantis tantum, tunc commodatarius de dolo, & lata culpa solum tenetur, d. l. Si vt certo, §. Interdum, ff. commod. & glo. ibi, quæ hoc modo distinguit Bar. in d. l. quod Nerua, colum. fin. versic. Duodecimo, quæro Bald. in l. Quæ fortuitis, colum. penult. C. de pign. act.

74 In dubio autem præsumitur commodatum factum rogatu cõmodatarij Bartol. in l. Si vt certo, § Interdum, numer 3. & ibi Castr. numero quinto, ff. Commod. Mascard. de probation. conclus. 317. num. 1.

75 Qui autem mutuum accipit, etiam ad quoscumque fortuitos casus obligatur, & ideò, vtcunque res mutuata subtracta fuerit, ad tantundem restituẽdum tenetur. Et ratio est, quia mutuatario res datur, vt eius fiat, & propterea cum in eum transferatur dominium, illius est periculum, d. §. Itẽ is, in princip. Inst. Quibus mod. re. contr. oblig. pecuniæ enim in genere perire nequeunt, l. Incendiũ, C. Si certum pet. l. In naui, ff. Locati. Dec. consil 473. num. 1 & 9. Alciat. consf. 100. nume. 6. Bero. consil. 194. vol. 1. Brusat. consil. 325. num. 47. lib 3.

76 Ad mandatum descendamus. Mandaui, exempli gratia, amico meo, vt debitum meum solueret, & pecunia antequam solutionem faceret, eidem furto subtracta fuit, hoc casu, quia in hoc negocio exactissima diligentia non desideratur, sed sat est mediocrem diligentiam præstare, de dolo tãtùm, & lata culpa tenetur, & ita de furto ibi facto non tenebitur, si nec dolum, nec latam culpam commisit. In re autem in qua exactissima diligentia desideratur, de leuissima etiam culpa tenetur l. A procuratore, C. mand. Dyn. in reg. Contractus, de regul. iur. in 6. Alexan. consil. 51. viso puncto, col. 2. lib. 3. Dec. in d. l. Contractus, ff. de regul. iur. nu. 27. vbi plures allegat Paul. Castr. in l. In rebus, ff. Commod. Bart. in l. Eum qui, §. Si culpa, ff. de furt. Quæ sunt intelligenda in directa actione mandati, nam in contraria venit absolutè leuissima culpa, l. Si seruus communis § Quod vero, ff. de furt. & ibi Bartol. Bald. in l. Quæ fortuitis, colum. penult. C. de pignor. act. Si autem aliquis mandat tibi, vt furtum facias, vel aliquid aliud turpe, & contra bonos mores, licet pœnam istius facti nomine præstiteris, non tamen vllam habes aduersus mandantem actionem, §. Illud quoque, Inst. de mand.

77 In pignore distinguendum est, pignus enim, (vt etiam Zasius notat in § Item Seruiana Inst. de act.) est triplex, vnum prętorium, quod datur a Iudice, vel propter contumaciam, vel vt seruentur legata. Alterum iudiciale dicitur, quod datur pro executione sententiarum. Tertium est conuentionale, quod statuitur inter debitorem, & creditorem.

78 Et quia hoc tertiũ genus vtriusque gratia constituitur, ideò creditor,

ditor, qui pignus accipit à debitore suo non solùm de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui tenetur, §. Creditor quoque, Inst. Quibus mod. re contr. obl. l. Si vt certo, §. Nunc videndum, ff. Commod. secus tamen est in pignore prætorio, vel iudiciali, in quibus leuis culpa non præstatur, l. Prætor ait, §. Est præterea, ff. de bon. author. iud. possiden. vbi hæc distinctio habetur, quàm non ignorauit Dec. in d. l. Contractus, ff. de regul. iur. num. 32.

79 In contractu locationis, & conductionis locator, & conductor pariter tenetur de dolo, lata culpa, ac leui, quia vtriusque gratia celebratur d. l. Contractus, ff. de regul. iur. d. cta l. Si vt certo, §. Nunc videndum, l. In iudicio, C. Locati, & ibi gloss. §. Qui pro vsu, Instit. locati, & ibi gloss. Decian. consil. 29. vol. 1. per totum.

80 Hoc limitatur in illis rebus, quæ facile corrumpuntur, in quibus etiam leuissima culpa est præstanda, l. Si merces, §. Qui columnam, & ibi gloss. ff. locati, & gloss. in d. §. Qui pro vsu, Dec. in d. l. Contractus, num. 33.

81 Pari modo custos carcerum de leuissima culpa tenetur, Gramm. 3 voti vigesimo nono, nume. 1. & 2. Bald. in l. 1. num. 5. ff. de legibus, & in l. Si quis vsusfructus, §. Neque consultus, ff de vsufruc. & in l. Ad commentariensem, num. 4 C. de custr. reorum.

82 In contractu autem emphiteoticario, si tota res intereat, periculum ad dominum spectat; si nautem pereat pars ipsius rei in emphiteosim concessæ, huiusmodi damnum ad emphitheoticarium spectare habetur in §. Adeo autem Inst. de locat. & conduct. & ibi Angel. & reliqui Doctores.

83 Venditor pari modo de leui etiam culpa tenetur: nam quamuis simpliciter periculum rei venditæ ad emptorem pertineat l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. §. Cum autem Inst. de emp. & vẽd. Quia tamen vtriusque gratia contractus emptionis, & venditionis celebratur gl. in l. Custodiam ff. de peric. & com. rei vend. glos. in d. §. Cum autem, & d. l. Si vt certo, §. Nunc videndum, versic. Sed vbi; ideo, vt diximus, venditor tenetur etiam de leui culpa: debet enim venditor talem custodiam rei venditæ præstare, qualem bonus pater familias præstat in rebus suis l. Quod sæpe §. Si res vendita ff. de contr. empt. & ideo si res vendita, antequam tradatur emptori, surrepta fuerit, non tenetur venditor, nisi leuem, vel maiorem culpam commiserit d. §. Si res vendita: Venditione q; facta non pertinere ad emptorem periculum rei venditæ, nisi nouem concurrant tradit gl. magistralis in d §. Cum autem Inst. de empt. & vendit. & ibi Doctores, & præsertim Angel. Aret. Bald. consf. 214. vol. 1. Et venditorem teneri de latrocinio facto ab inimico suo, non autem ab inimico emptoris scribit Bart. in l. Si per imprudentiam ff. de euict.

84 In dotis datione, tutela, & negociorum gestione idem esse docet Dec. in d. l. Contractus ff. de reg. iur. nu. 36. & seq. vt scilicet de

d. uo, lata culpa, ac leui teneantur, C. de neg. gest. l. Tutor. & ff. eod. l. Si pupillus §. fin. quia vtriusque gratia prædicti contractus celebrantur. Brusatus cōs. 325. nu. 54. lib. 3. Bart. in l. Tutor. qui reperitorium §. Si post ff. de admin. tut. Caualcan. de tut. & cur. num. 114. Si autem negociorum gestor ad deserta negocia accessit, tenetur tantummodo de dolo, & lata culpa. l. 3. §. Interdum ff. de neg. gest. Quandoque etiam tenetur de leuissima culpa, veluti quum alius diligentius volebat administrare. l. Si pupilli §. Videamus: ff. de neg. gest. vel quando quis sine mandato alienis negocijs gerendis se obtulit, tunc enim non sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, si modo alius diligentius fuisset administraturus. §. Igitur Inst. de oblig. quæ ex quasi contr. nas. In Tutore autem non præsumitur in dubio animus furandi l. Tres tutores ff. de administr. tut.

85 In contractu societatis, quia ipse quoque vtriusque gratia celebratur, etiam de leui culpa pari modo socius tenetur § fin. Inst. de societ. l. Socius socio, & l. Cum duobus §. venit ff. pro soc. Alex. consil. 47. Circa primum col. 5. lib. 1. & socium teneri de furto habetur in d. l. Cum duobus §. Damna ff. pro soc. Bald. in l. Si creditor, C. de pignorat. act. Corn. Perus. consilio 308. Pro dicto victurali columna tertia, libro tertio, Hyppol. de Marsil. in suo sing. ducentesimo octuagesimo primo, Socius teneatur, &c.

86 In huiusmodi rerum communione tamen sufficit illam adhibere diligentiam, quæ in rebus proprijs adhibetur d. l. Socius socio, & d. §. fin. Instit. de societate. Alexan. consilio centesimo secundo, Super primo, columna quinta, libro secundo, Bartol. in d. l. quod Nerua, columna nona, & in l. prima, ff. sol. matrimon. Dec. in d. l. Contractus num. 39. & 40.

87 Debitor speciei, ad casus fortuitos non obligatur, l. In rebus, in princip. ff. Commod. l. Quę fortuitus, C. de pignor. act. l. prima, C. depositi, gloss. in l. Si res pupillaris, ff. de administrat. tutorum, quæ prędictam conclusionem tribus modis limitat. Primo si debitor fuisset in mora: secundo si culpa præcessit casum: tertio si talis debitor ad fortuitos casus se obligauit, de qua re latius agit Dec. in d. l. Contractus, ff. de regul. iur. in fine. Debitor autem generis, nec ad casus fortuitos tenetur, quando creditor fuit in mora accipiendi, & debitor soluere se obtulit, l. Qui decem, l. Si soluturus, cum simil. ff. de solut. & liberat. Salyc. in l. Incendium, C. Si certum petatur, & in l. Quod te, ff. eodem titulo.

88 Aliud est furti genus, quod fit in naufragio, in ruina, vel in incendio, cui furto peculiaris pœna à legibus statuta fuit, si enim ciuiliter agatur pœna est quadrupli intra annum, post annum, simpli l. In eum, C. de furt. l. 1 ff. de incen. ruin. & naufr. & ad tantundem etiam fisco damnātur fures, l. 3. in fi. ff. eodem; & si criminaliter agatur, pro personarum conditione, & rerum

rerum ablatarum qualitate puniũtur, l. Pœdius, ff. eodem, & sic Iudicis arbitrio, vt animaduertit et ã Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 297. Et merito fures isti seuerius puniuntur, cum publicè interſit ex huiuſmodi caſibus nihil rapi, l. 1. ff. de incend. rein. & naufrag. homines enim cùm nauigantium incommodis, ac periculis propè infinitis (de quibus agit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 61.) occurrere deberent, ac pro viribus opem ferre, ſceleſtiſſimi afflictionem afflictis ad dentes, ea bona, quæ ignis non conſumpſit, aut mare non deuorauit, auidiſſimè rapiunt, ac in proprium vſum conuertunt. Qui ergo ex domibus incenſis, ſiue ex vicinis incendijs, ſiue ex ruinis, quid rapuerit, hac actione tenebitur dicta lege prima. Et pari modo ſi res ex naufragio surripiantur tempore ſcilicet, & loco naufragij, l. 1. in fine, l. 2. & 3. ff. eodem tit. ſed qui plura in hac materia deſiderat adeat Cyrill. in ſumma crim. part. 2. tit. de priuatis delict. §. 11. & Gand. in tit. Si quid raptum eſt occaſione incendij ruinæ, & naufragij, ac Petr. Gregor. Sintagm. iuris lib. 37 cap. 3. & quæ nouiſſimè poſt primam impreſſionem huius meæ operis latiſſimè ſcripſit doctiſſimus Proſper Farinacius in ſuo lib. 5. de furtis. quæſt. 168 part. 4.

89 In municipalibus legibus Venetorũ ſub Rubrica, De illis, qui ex naufragijs aliquid abſtulerunt, cautum eſt, vt qui aliquid ex rebus naufragantium abſtulerint, & infra tertium diem non reſtituerint, ad pœnam criminalem, & in duplum teneantur: & ſi non erunt ſoluendo eorum domus deſtruantur, & in vinculis detineantur, donec Magiſtratui, & rerum ablatarum domino ſatisfecerint.

90 Qui autem res iacentes in littore per aliquod tempus poſt naufragium auferunt, non hac actione, ſed furti tenentur, dicta lege tertia, ff. eodem. Si vero in ipſo naufragij tempore rem etiam ex littore abſtulerunt, hac quoque actione obligantur, l. Si quis, ff. eodem.

91 Hac actione tenetur non modo, qui rapuit, & qui dolo malo recepit, ſed etiam qui abſtulit, vel amouit, vel damnum dedit, l. 3. §. Non ſolum, ff. eod. Niſi eſſent nauigia pyratica, vel hæreticorum, aut Imperij inimica, ex iſtis enim bona impunè auferri poſſunt, l. Nauigia, C. de furt.

92 Et niſi quis rapuerit materiam tunc illico ex incendio perituram, quia hoc quoque impunè fieri licet: lege tertia, & ibi gloſſ. ff. ad legem Iuliam, de vi publica. Et idem ex identitate rationis ad ruinam quoque, & naufragium extenditur, vt ſcilicet non bona, ſed materia tunc peritura, iure arripi poſſit, vt dicemus in §. decimo.

93 Et lege Iulia, de vi publica, tenentur etiam illi, qui in incendio cum armis rapiendi cauſa fuerint, vel, vt impedirent dominos res ſuas ſeruare, dicta lege 3. ff. ad legem Iuliam, de vi publica, quod itidem ex paritate rationis ad ruinam, & naufragium extendi debet.

94 Qui ex naufragio clauum nauis aufert,

aufert, omnium rerum tenetur, & merito, cum sine gubernaculo nauis regi non possit, l.3. §. Senatusconsultum, ff. de incend. ruin. & naufrag. & ibi gloss. in verbo, Omnium.

95 Illi autem, quorum fraude, aut consilio, naufragis non succurritur, si pereunt, lege Cornel. de sicar. tenentur, dicta lege tertia, §. Item alio. Quæ autem ad incendia spectant, non est instituti nostri scribere, de quibus agitur in l. Qui ædes, & in l. Si fortuitu, & in l. fin. ff de incen. ruin. & naufr.

96 Qui de industria alienas ædes incendit, verberatus comburitur, d. l. Qui ædes, aut capite punitur, l. Si quis dolo malo, ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. Capitalium, §. Incendiarij, ff. de pœn. vel deportatur, secundùm qualitatem delinquentis.

97 Qui vero non dolo, sed culpa delinquit, leuiori animaduersione plectitur, l. Si fortuitum, ff. eod.

98 Sed si casu, idest negligentia alicuius id acciderit non punitur criminaliter, sed condemnatur ad damnum resarciendum, quod si propter paupertatem id facere non potest, leuiter in corpus suum castigatur, d. l. Qui ædes. At si fortuito casu ædes comburantur inhabitantes, & conductores illarum ad nihilum tenentur, quamuis incendia plerumque culpa inhabitantium fiant. l. Si venditor, ff. de peric. & com. rei venditæ, vt consuluit Bald. cons. 441. vol. 1.

99 Quando autem ex causa tumultus, incendij, ruinæ, vel naufragij aliquid deponitur, quoniam deponentes non potuerunt præuidere apud quos deponerent, si reus inficiatur, datur actio in eum in duplum, §. Sequens, in fine, Inst. de act. & §. Sed furti, eod. & l. 1. §. Merito, ff. depositi.

100 Si vero alicuius domini plures serui, hocque pacto illius familia alicui furtum facit, vel aliquod damnum alicui infert, ne seruorum malitia dominorum euertat patrimonium, si omnes seruos tradere, aut pro singulis æstimationem offerre domini cogerentur, Prætor, vt dominis prospiceret, eisdem vtilissimum proposuit edictum, vt suo arbitrio possint, vel seruos omnes tradere, qui damnum dederunt, aut furti partem habuerunt, vel tantum æstimationis offerre, quantum si vnus liber furtum fecisset, vel aliud damnum intulisset, lege prima, ff. Si famil. furt. fec. dicatur, l. Si familia, in princ. ff. de iur. omnium iudicum, hoc est vt pro manifesto furto ad quadruplum, & pro non manifesto ad duplum teneantur.

101 Hæc autem facultas dominis conceditur, si ipsis inscijs damnum, vel furtum factum fuit, si autem illis consentientibus fiat, & suo, & seruorum nomine noxali iudicio tenentur, dicta lege prima.

102 Animaduertendum tamen est, quòd licèt pro vno furto à tota familia commisso dominus sit tantum obligatus pro vno furto, vt pro vno delinquente, id tamen locum habet quando communi voluntate, & communi consilio furtum factum est; secus autem si qui-

si quilibet familiæ motu proprio, furtum fecerit, hoc enim casu plura sunt furta, & pro pluribus furtis dominus tenetur. Bartol. in l. Semper. §. Is cui furtum, ff. Quod vi, aut clam.

103 Huius tituli dispositio hodie locum non habet, & si criminaliter agatur omnes sui sceleris pœnas luunt Riminald. in l. Si familia, num. 6. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Boss. in titu. Si famil. furt. fecisse dicatur, Angel. in Rubric. ff. Si famil. furt. fecisse dicatur, num. 1. Iulius Clarus, in §. Furtum, in fine, lib. 5. sententiarum.


FINIS §. OCTAVI.





DE FVRTIS

§. NONVS.



SVMMARIVM §. 9.

1 *Qui alium sua rei possessione spoliat, fur est, vt colonus in re domini sui.*
2 *Qui alienam rem vacantem occupat, eam restituere tenetur.*
3 *Qui de facto spoliari tentatur, de facto resistere potest.*
4 *De recusantibus soluere pensiones, liuella, & decimas.*
5 *Spoliatus de facto ante omnia restituendus.*
6 *Spoliator non est audiendus super merito nisi prius integrè rem spoliato restituerit.*
7 *Varijs modis suprascripta conclusio limitatur.*
8 *Non habet locum, quando spoliatus ageret actione furti, condictione furtiua, vel vi bonorum raptorum.*
9 *Nec in prædone, vel publico latrone.*
10 *Nec in intrusione.*
11 *Qui rei furtiua habet possessionem, actione furti contra furem agere potest.*
12 *An in actione furti ex officio possit procedi.*
13 *Etiam pro delicto priuato ratione publicæ vtilitatis ex officio procedi potest, sed mitius reus punitur.*
14 *Quando pro furto pœna pecuniaria applicatur fisco, quilibet potest accusare.*
15 *Agens actione furti probare debet rem ad se iure dominij, vel quasi pertinere.*
16 *Actio furti competit ei cuius interest rem non fuisse surreptam, licèt dominus illius non sit.*
17 *Vel ei cuius aliquando interfuit, nec desijt interesse.*
18 *Non autem si appareat numquam interfuisse.*
19 *Et simplici detentori competit actio furti.*
20 *Et ei, qui dominium habere sperabat.*
21 *Nostra autem debet interesse ob causam honestam, vel probabilem.*
22 *Et idcò malæ fidei possessori non competit.*
23 *Precario possidentes, & conductores & coloni partiarij non possunt actione furti agere.*
24 *Nec emptor antequam res empta*

pta sibi tradatur.

25 *Nec creditor licet rem surreptam sibi obligatam haberet.*

26 *Iudex maleficiorum in consequentiam ciuiliter cognoscere potest.*

27 *An valeat pactum inter furem, & dominum rei furtiuæ, ne fur accusetur.*

28 *Quando agens actione furti possit eadem actione teneri.*

29 *Qui res duas pignori pro decem accepit, pro vna re subtracta potest ad decem agere.*

30 *Actio furti infamat, non condictio furtiua.*

31 *Læditur tamen opinio apud bonos viros.*

32 *Qui falsò aliquem furem appellat, tenetur actione iniuriarum.*

33 *Excipitur Astrologus de hoc consultus.*

34 *Qui tamen, vti exercens artem prohibitam puniendus est.*

35 *Inuasores alienorum bonorum, quando criminaliter teneantur, & de illo, qui alterius Regnum inuadit.*

36 *Creditor inuadens rem debitoris sui amittit creditum.*

37 *Qui propria auctoritate rem sibi debitam accipit, illam amittit.*

38 *Et infamis fit.*

39 *Legatarius, & fideicommissarius propria auctoritate rem sibi relictam capiens, illam perdit.*

40 *Nisi testator id ei concessisset.*

41 *Quo casu vim inferre non debeat.*

42 *Qui possessore non citato, inuadit possessionem bonorum, etiam sibi iudicis sententia delatorum, à iure suo cadit.*

43 *Quid in tutore, vel curatore.*

44 *Rem propriam ab alio possessam inuadens, illius dominio priuatur.*

45 *Idem est in occupatore alienæ rei vacantis.*

46 *Apud Venetos non obseruatur decisio l. Si quis in tantum, C. vnde vi.*

47 *Nec decisio l. Non ab re, C. vnde vi. circa colonum, & inquilinum, & quando intelligantur recondux isse.*

48 *De vi, aut clam in alienis fundis ædificantibus.*

49 *Quando vi aliquid fieri dicatur.*

50 *Et quando clam.*

51 *Contra eum, qui vi, aut clam egit illico succurritur damnum passo.*

52 *Quid si qui egit, velit incontinenti ius suum probare.*

53 *In fundo alieno scienter ædificans amittit ædificium.*

54 *An contra vi, aut clam ædificantem liceat de facto resistere.*

55 *Quid in tutore, vel curatore vi, aut clam ædificante.*

56 *Hoc interdictum, Quod vi, aut clam est annale.*

57 *Cui, contra quem, & pro qua summa hoc interdictum detur.*

58 *Qui vi, aut clam fecit, quæ præstare teneatur.*

59 *Res vi, aut clam possessæ, an præscribantur.*

60 *Violentiarum quinque genera.*

61 *De tigno iuncto.*

62 *De termino moto.*

63 *Primis temporibus omnia fuisse communia.*

64 *Origo terminorum, vt lites remouerentur.*

65 *De sacrificijs Dei termini, & de Conso consiliorum Deo.*

66 *Termini vocabulum vnde deriuetur.*

67 *Columnæ pro terminis.*

68 *Termini alij mutabiles, & alij immutabiles.*

69 *Regiones, ac Diœceses flumina, & riuos*

§. POS-

9. §. POSSESSIONIS VE.

1 POssessionis ve dictum fuit ad indicandum illum quoque furem esse, qui possessione alicuius rei alterum spoliat: colonus enim interuertens possessionem domino dicitur improbissimus malæ fidei possessor, & furtum facit, dum fructus consumit Bald. in l. iij. circa medium C. de cond. ex lege. Facit l. Conductores C. de locato. & l. Si cui locauerim ff. eod. tit. Et contra hunc conductorem qui recusat restituere rem conductam locatori, iuratur in litem quanti interest, & tamquam inuasor tenetur d. l. Conductores, & ibi Bal. dicit eum similem esse furi per l. Hæreditatem §. fin. ff. ad l. falc. Bart. in l. Non abre, vers. Quæ ergo erit practica C. Vnde vi, Felin. in c. Item dilectos, de fid. instrum.

2 Quod ad ò verum est, vt ille quoque, qui possessionem alienæ rei vacantem occupauerit, teneatur eam restituere, omnes enim, inquit l. fin. C. vnde vi, scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere.

3 Et adeò sicut ille, cui bona sua abripiuntur, potest de facto se opponere, sic qui de facto tentatur spoliari, potest de facto resistere, l. Vnica, C. Vbi de possess. ag. opor. & ibi gloss. l. 3. §. Trasfugas, ff. ad legem Corneliam, de sicar. Bald. in l. 2. C. vnde vi, num. 37. Hyppol. de Marsil. in l. 2. nume. 21. C. ad legem Corn. de sicar. & in sua pract. crim. §. Quoniam, num. 68. & seq. Bald. & Ioann. de Anania, in cap. Significasti, il secondo, de homic. Alexand. consil. 76. in fine, vol. 1. Fel. in cap. Dilecti, in nona colum. de excep. gloss. no. in cap. In summa, 23. quæst. 1. Et illius etiam amicos, & vicinos posse resistere, & offendere conantem aliquem spoliare etiam si fuerit minister iustitiæ tradit Paris de Put. in tract. sind. in versic. Excedant plerique, Hipp. sing. 456. Habuisti suprà, &c.

4 Hinc infertur, inter fures non ab re posse etiam connumerari colonum, liuellarium, siue pensionarium illum, qui in iudicio recusaret soluere, quod superioribus annis soluisset, & sic tentaret creditorem spoliare sua quasi possessione percipiendi annuam præstationem, vt tradit Crauett. consil. 107. Antonius Cosferi, Cœphal. consil. 289. Sp. D. Franciscus Massa, numero 22. volum. 2. Claud. Bertazzol. inter consilia Bartholomæi eius partis, 123. Cum in remedio, numer. 19. versic. 3. volum. primo, Roland. à Valle, cons. 6. Quoniam, num 37. volum. 2. Cyn. in l. Competit, in 3. quæst. C. de præscr. 30. annorum, Ruin. consil. 165. Arbitror, colum. secunda, num. 2. & 4. volum. 1. Abb. in cap. Querelam, in 2. notab. de elect. Innocent. in cap. Suborta, de re iud. Qui autem deci-

decimas tenentur soluere,& non soluunt, vel qui alios impediunt, vt non soluant, non solùm fures, sed alienarum rerum inuasores appellantur à Sacro Tridentino Concilio, sess.25.c.12. vbi ita scriptum est: Non sunt ferendi, qui varijs artibus decimas ecclesijs obuenientes subtrahere moliuntur, aut qui ab alijs soluendas, temerè occupant, & in rem suam vertunt, cum decimarum solutio debita sit Deo,& qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Colonus etiam furti tenetur si celat res in fundo existentes animo furandi l. Rei communis iuncta l.seq.cum glo. in verbo Colono ff Pro socio,& l. Si socius, & ibi Bart.ff.de furt.

5 Spoliatus autem de facto debet ante omnia restitui, l. Si quis a se fundum, C.ad legem Iul.de vi publ.c. Redintegranda, 3.quæst.1. Alexan.& Doct.in l. Naturaliter, §.Nihil commune, ff. de acq. posseff.c.fin. de or.cogn. cap. In litteris, & c. Item cum quis,& c. Conquerente, de rest. spoliat.

6 Nec spolians est super merito audiendus, nisi prius integrè rem spoliatam possessori suo restituerit, vsq; ad vltimum quadrantem, etiam si possessor iniustissimè possideret. Dec.consil.34. colum.vlt. num.9. Bald.in d.cap Conquerentem,& in c.Solicitè, de restit.spol. Bald.consil.135.num.1.volum.5. & consil.139.num.1.volum.3.Cępol consil.19.num.4. In ciuilibus Doctor.in l.4. §.Cato, ff.de verborum obligatio. Alciat.numero 92. Iaf.numero 24. Soc.iun.num.116. Bologn.num.96. Decian.consil.60. num.2.& 6.volum.3.

7 Hanc conclusionem Doctores varijs modis limitant, & in specie Nouell.in pract.crim.in tract. vbi agit de spolio refert quinquaginta limitationes, ad quem ne acta agam, lectorem remitto, & inter istas, nume.42. quod ad nostram materiam furtorum spectat, inquit.

8 Suprascriptam conclusionem locum non habere, quando spoliatus non ageret possessorio recuperandæ, sed actione furti, aut condictione furtiua, vel vi bonorum raptorum, vt accidit in rebus pro quibus non datur interdictum recuperandæ, prout habetur in l. Rem quæ nobis, ff.de acquirenda possess. quia tunc spoliato agenti obstat exceptio dominij, per tradita, in l. Si de eo, § fin. ff eo. & facit l. Qui iniuriæ, §. fin ff de furt.

9 Item in limitatione 8. dicit Nouell. supradictam regulam non habere locum in prædone, & publico latrone per text. in l. prima, C. quando liceat vnicuique sine iud. se vind. gl. ff. sing. in cap. in litteris, in versic. Prædo, de restit. spol. & ibi Bald. concludit, rsum, qui potest offendi in corpore, multo magis posse offendi in bonis.

10 Limitat etiam Nouell. num. 20. in casu intrusionis,& citat text. & gloss. in cap. In nomine Domini, 23. dist. cap. 3. quæst. 1. & ibi glo. Reliquas limitationes a Nouell. traditas ad materiam furtorum non pertinentes consulto omitto: Et dico appositè fuisse dictum in defini-

definitione furti: Possessionis ve, ad significandum, quòd.

11 Si mihi rem surripuisti, in qua possessionem tantum habeam, possum aduersus te furti agere, quia mea interest, l. Cuius interest, & l. Is cuius interfuit, ff. de furt. l. Manifestissimi, C. de furt. §. Furti, Inst. de obl. quæ ex del. nasc. cum concordantibus.

12 In hoc crimine furti, an ex officio procedi possit, an vero tantummodo ad instantiam partis, solet dubitari, & communis videtur opinio, cùm furtum sit delictum priuatum. l. fin. ff. de furt. non posse ex officio procedi, nisi extante accusatore, de cuius interesse agatur. Afflict. in §. Iniurias in 3. not. numer. 6. de pace iur. firm. Ias. in l. Cum seruus numer. 4. ff. de cond. cau. dat. Gand. in rubr. de furib. & latr. numer. 2. & 35. Boss. in tit. de furt. nume. 59. Gomez. cap. 1. delictorum, numero nono, quem refert, & sequitur Iul. Clar. libro 5. sent. §. 1. versic. Priuata autem delicta. Subiungit tamen ibi Clar. statuta, & cõsuetudines locorum, quę apud varias ciuitates multum variant, esse seruandas, & dicit in furto cuiusdam examinis apum reum Mediolani fuisse absolutũ, quia nullus extabat accusator. Verùm in magno furto, & quando esset suspicio dominum rei furtiuæ præ metu silere, arbitror fore procedendum, cùm regula sit vera:

13 Etiam pro delicto priuato ex officio ratione publicæ vtilitatis procedi posse Iul. Clar. libr. 5. sent. §. fin. quæst. 17. Et quando non ad accusationem actoris, sed ex officio per inquisitionem agitur mitius reus punitur. quia satisfactum est priuato cuius interest, & publica tantum remanet vindicta. gl. in l. 1. C. de modo mulct. & in l. vlt. C. de susp. tut. & Canon. not. in c. super his, & in c. Inquisitionis de accusat. & c. Tuæ de pœnis, iuncto c. Qualiter il 2. eod. tit.

14 Quando autem pro furto pœna pecuniaria applicaretur fisco, quilibet de populo etiam si eius non interesset admittendus esset ad accusandum, vt tradit August. de Arimino, ad Angel. de Malefic. in verbo, Et ad querelam, & Iulius Clarus, in dicta quæstione decimaseptima.

15 Actio ergo furti competit non solùm domino rei furtiuæ, qui iccirco vti dominus agens, debet probare rem furto subtractam ad se iure dominij, vel quasi pertinere. Bart. consil. 15. Visa accusatione porrecta, in secunda parte, facit gloss. in l. Manifestissimi in verbo, Comitatu, C. de furtis. Bald. consil. 376. Casus talis est, num. 3. libr. 3. Ripa in l. Rem quæ nobis, nu. 11. ff. de acquiren. possess. Aymo Crauett. consil. 244. In causa inquisitionis formatæ Soc. Sen. consil. 8. colum. 2. num. 4. versic. Secundo principaliter, volum. 1. Hippol. de Marsil. singul. 275. Statuti omnino, & in consil. 40. Scribitur, numero 23. & in consil. 59. In causa, num. 6. & in consil. 26. Statui iandiu, nume. 11. & sequ. & consil. 48. num. 6.

16 Sed etiam hæc actio furti competit ei, cuius interest rem non fuisse surreptam, licet dominus il-

lius non sit, vt supra dictum fuit, num. 11.

17 Vel aliquando interfuit, nec dum desijt interesse, vt si res furto subtracta perierit, l. Inter omnes, in princ. ff. de furt.

18 Verùm si desierit interesse, nec appareat vnquam interfuisse, actio furti extinguitur. l. Si vendidero, §. Si Titius, ff. de furt.

19 Datur quoque hæc actio simplici detentori. Bartol. in l. Si quis vi, §. Differentia, ff. de acquirenda possess. Boss. in titul. de furtis, numero 44.

20 Et etiam actio furti potest competere illi, qui non habebat dominium rei furto subtractę, sed illud habere sperabat Ang. in l. Si apes, §. 1. ff. de furt. Aug. de Arimin. ad Ang. de malefic. in verbo, Et vestem cœlestem, colum. 16. Quando autem multorum interest quis & quomodo agere possit tradit gloss. magistralis in l. Manifestissimi in verbo, Tunc etenim C. de furt.

21 Interesse autem actoris furti debet ob aliquam causam honestam, & probabilem d. l. Manifestissimi, in princ. & ibi gloss. declarat causam honestam, & probabilem esse, vt si ratione dominij, vel quasi, aut possessionis, vel custodiæ, siue detentionis, alijsque huiusmodi causis, vt diximus aliquo modo sua interest. Angel. de malefic. in verbo, Et vestem cælestem, versic. Item tertio, colum. 4. Boss. in pract. crim. tit. de furtis, numero quadragesimo quarto, Bald. consil. 98. versic. 1. volum. 5. Ripa in l. Rem quæ nobis, num. 11. ff. de acquirenda possess. Aret. in §. Furti autem actio, in princ. numero secundo, & in §. Aliquando, numero primo, Inst. de oblig. quæ ex delic. nasc., & in §. Ex maleficijs, num. 6. Inst. de act. Crot. consil. 36. num. 28. volum. 1. Natt. cons. 219. num. 5. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 829. num. 7.

22 Et ideò malæfidei possessorem non habere furti actionem ex pręmissis liquet, & ratio redditur, in l. Itaque Fullo, in princ. ff. de furt. Quia scilicet nemo de improbitate sua consequitur actionem, l. Eum qui, §. Præterea, §. Iulianus, & §. Idem Pomponius, ff. de furtis.

23 Qui autem ob rem subtractam non tenentur, vt precario possidentes, vel conductores, si in furto nullam culpam habuerunt, actione furti agere non possunt, §. Is qui precario, & sequen. l. Eum qui, ff. de furtis. Item colonum partiarium non habere actionem furti, nec condictionem furtiuam pro frugibus surreptis antequàm colligantur notatur in l. Cum in plures. § Messem, & ibi gl. ff. locati: secus autem est in colono, qui nummis colit l. Si apes. ff. de furtis, & ibi glo. Cephal. consil. 181. num. 12.

24 Emptor quoque antequam res empta sibi à venditore tradatur non habet furti actionem, l. Eum qui, in princip. ff. de furt. sed hæc sunt intelligenda, vt copiosè suprà proximo §. Explicaui. Bald. consil. 214. vol. 1.

25 Creditor autem ob rem debitoris surreptam, furti agere non potest,

test, etiam si alio modo creditum suum consequi non possit, l. Interdum accidit, ff. de furt. quia non habebat actionem in rem; sed in personam, & hinc infertur, si in inquisitione contra furem dicatur, illum subtraxisse rem, quæ ad aliquem pertinebat, talem inquisitionem non posse subsistere, quia verbum pertinere habet latissimam interpretationem, & complectitur etiam illum, qui habet actionem personalem, l. Verbum pertinere ff. De verbor. significat. Sed dicendum esse in inquisitione rem subtractam ad illum cui subtracta fuit iure dominij, vel quasi pertinere, Bart. consil. 154. Videtur dicendum per not. in leg. prima, §. Scæuola, ff. Si quis test. lib. esse ius. fu. Cyn. in l. Si abducta C. de furt. Marian. Socin. in consil. octauo. Visis, & diligenter consideratis column. secunda. Hippol. de Marsil. in sua practic. crimin. in §. Constante numero 78. & in suo sing 275. statui omnino, &c. Ang. de malefic. in verbo, Et vestem cœlestem versic. Et aduertas bene Ias. in l. Licet inter priuatos numero 15 de pact.

26 Iudex Maleficiorum in consequentiam potest etiam ciuiliter cognoscere l. Interdum. §. Qui furem ff. de furt. gloss. & Ang. in proem. Inst. in princ. super verbo, Per legitimas, in fine. l. Solemus, §. Latrunculator ff. de iudic. & ibi Bart. Ias. in §. Ex maleficijs Inst. de act. num 76. Dyn. & ibi apostilla in cap. Plus semper de regul. iur. in 6. l. 4. §. Si dicatur ff. fin. reg. Boss. in titu. de furt. numero 19. Ang. in l. Vacantia C. de bon. vac. libr. 10.

27 An autem valeat pactum inter furem, & dominum rei furtiuæ ne fur accusetur, tradit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de furtis.

28 An vero, qui actione furti contra aliquem agit ob aliquam rem, ipse de eadem re furti actione teneri possit. Regula vniuersalis est pro parte negatiua, quæ desumitur ex l. Apud antiquos C. de furtis vbi ita legitur: Qui habet aduersus alium furti actionem, ipse ea teneri non potest. Nihilominus, siquidem omnis regula habet suas exceptiones, extant aliqui casus, in quibus fur furti agere potest. & in l. Qui vas ff. de furt. hoc traditur exemplum: Si Caius vestimentum suum Fulloni poliendum dederit, & inuito, vel ignorante domino, vestimentum Titio cõmodauerit, Titioque furto subtractum sit, Fulloni, ad quem custodia rei pertinet, actio furti competit aduersus furem, quoniã sua interest. l. Cuius interest ff. de fur. cum concord. Præter quàm quòd hæc actio ei competit, qui custodiam rei subtractę præstare debet l. Eum qui §. An pater ff. de furt. Et Caio similiter cõtra Fullonem competit furti actio, quia rem ad poliendum conductam alij commodare non debuit l. Fullo, & Sarcinator, & l. Qui iumenta ff. de furt.

29 Singulare in furto est, vt si quis duas res pro decem aureis pignori acceperit, quorum altera ei surre-

pta sit, contra furem possit, in eius odium, furti actionem proponere ad decem, quamuis altera res non surrepta sit etiam valoris decem: Non enim (inquit Vlpianus in l. Eum qui §. Papinianus ff. de furt.) debemus inspicere pignus quod surreptum non est, sed id quod subtractum est.

30 Cõclusio est satis vulgata actionem furti infamare; sed condictionem furtiuam infamiam non irrogare cap. Infames. 6. quæst. 1. c. Constituamus. 3. quæst. 5. l. Cessat ff. de act. & oblig. l. Non poterit, & ibi Bart. ff. de furt. & ideo per tradita a glo. & Bart. in l. Certi condictio in princ. ff. Si cert. pet. & §. penult. Inst. de pœn. tem. lit. habetur cautela, vt fur non infametur, si non proponatur actio furti, sed agatur certi condictione ad duplum, vel quadruplum.

31 Nihilominus quoniam etiam condictione furtiua quis condemnaretur ad restitutionem rerum furto subtractarum: ideo imminueretur illius existimatio apud bonos, & graues viros gl. sing. in l. Sed si §. Sin autem in verbo Sugillat ff. de in ius voc. Doct. in l. Si tibi, & in l. Si vnus §. Pactus ff. de pact. post gloss. & Bart. Io. Faber. Inst. de perp. & temp. act. Condemnatus autem de furto appellans dum appellatio est adhuc sub iudice, non est infamis, & idcò tunc testimonium dicere potest, etiam si post sua appellatio fiat deserta. Bart. & reliqui Doct. in l. Furti ff. de infam. Alex. consil. 35. volum. 4.

32 Cum igitur actio furti infamet sequitur illum iniuriarum actione teneri, qui falsò aliquem furem appellat. ff. De iniur. & fam. libell. l. Item apud Labeonem §. Conuicium.

33 Astrologus, si consultus responderit aliquem esse furem, iniuriarum non tenetur, quia hoc non profert vt iniuriam inferat, sed vt quæ secundùm terminos artis suæ vera credit, indicet. l. Item apud Labeonem §. Si quis Astrologus ff. De iniur. & fam. libell.

34 Ipsos tamen Astrologos, & Diuinatores, tamquam artem prohibitam exercentes gladio vltore esse puniendos apparet ex l. Nemo Aruspicem C. De malef. & mathem. gloss. in d. §. Si quis Astrologus: & de hoc diximus in § 2. numero 134.

35 Nunc superest, vt de inuasionibus, rerum immobilium, earumque vsurpationibus dicamus: Qui enim bona alterius vel inuadit, vel etiam quæ dimittere debebat, iniustè retinet, furtum committit, vt expresse ait summus Pontifex in c. Dudum 2. de elect. & rapinam etiam de re immobili fieri posse dicitur in c. Si duo in prin. & ibi Bald. de pace ten. in vsib. feud. & in Decalogo sub nomine furti omnis alienæ rei illicita vsurpatio continetur, veteresque existimarunt etiam fundi, loci ve furtum fieri, vt testatur Iustinian. in §. Quod autem Inst. de vsurp. quamquidem sententiam, quamuis ibidem Imp. dicat esse abolitam: tamen quia, & ipsius fundi, dum illius terra, vel aliqua fodina eximitur, furtum fit l. Si certæ, & l. Si

quis

quis vxori §. Si sulfurariæ ff. de furt. gl. in d. §. Quod autem: & quia, vt diximus, appellatione furti omnis indebita vsurpatio rei alienæ intelligitur, vt inquit text. in c. Meretrices, 32. q. 4. in c. Dixit Dominus, & in c. Pœnale 14. q. 5. ideo de inuasionibus, & rerum stabilium occupationibus aliquid dicamus. Isti rerum alienarum inuasores si dolo malo inuadunt criminali pœna plectuntur: si verò per errorem inuadunt, ad rei inuasæ relaxationem tantummodò tenentur. l. Inuasor C. Vnde vi. §. Quia tamen Inst. de vi bonorum raptor. De illo autem qui alterius Regnum inuadit, & sine titulo occupat tractat Afflict. in cap. 1. §. Et bona committentium nume. 109. Quæ sint regal.

36 Et tanto lex odio prosequitur, alienorum bonorum inuasores, vt noluerit creditorem excusari, qui propria auctoritate fundum debitoris sui eo inuito inuadit. l. In possessionem C. ad l. Iul. de vi pub. sed imò ob istam inuasionem creditum suum amittere voluit. l. Creditores vers. Optimum ff ad l. Iul. de vi priu. quæ cum pulcherrimè rem hanc explicet adscribam: Optimum est, vt si quas te putas habere petitiones, actionibus experiaris: interim ille in possessione debet morari: tu petitor esse. Et cum Martianus diceret: Vim nullam feci: Cœsar dixit; Tu vim putas esse solùm si homines vulnerentur? Vis est, & tunc quoties quis id quod deberi sibi putat non per Iudicem reposcit. Non puto autem nec verecundiæ, nec dignitati, nec pietati tuæ conuenire, quicquam non iure facere. Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem vllam debitoris non ab ipso sibi traditam, sine vllo Iudice temere possidere, eumque sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit. Qui quidem textus preclarus relatus etiam est in l. Extat. ff. De eo quod met. caus. in quam sententiam scripserunt. Ripa in c. Sæpe num. 90. de rest. spol. & in l. 1. nume. 20. ff. Quorum legat. Ias. in l. Non est dubium C. de legibus, Cotta in memoralibus in versic. Creditor faciens Dec. consil. 75. in princip. Socin. reg. 34. Doct. in l. Si quis in tanta C. Vnde vi. Hippol. de Marsil. sing. 167. Violentus inuasor, &c.

37 Et in diuina scriptura Deuteron. cap. 24. legitur: Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quā debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas: sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Placent. in tract. de accusation. tit. 6. num. 27. inquit.

38 Creditorem sine auctoritate Iudicis res debitoris sui occupantem infamem effici, & tertia parte bonorum mulctari habetur in l. vlt. ff. ad l. Iul. de vi priuat. vbi hoc aperte deciditur.

39 Hinc infertur legatarium capere debere rem legatam de manu hæredis, & non propria auctoritate, alias illam amittere l. 1. in prin. ff. Quor. legat. vt notāt Doct. in l. Non est dubium C. de legib. Tiraquel. in tract. *le mort*, 2. part. 4. declar. num. 10. & declar. 10. num. 4. Ias. in l. Nemo potest ff. de legat. 1.

in 2. lect. nume. 50. & seq. Ripa in cap. Sæpe num. 42. de restit. spol. & in l. Centurio num. 52. ff. de vulg. & pupil. Io. Bapt. Plot. in l. Si quando, C. Vnde vi, num. 54. Diaz, reg. 407. Curt. Iun. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. num. 46. & sequ. Ioan. Dilect. de arte test. ndi, tit 6. caut. 12. Rip. in Rubr. & in l. 1. ff. Quorum legat. Dec. consil. 417. Visa, &c. & in consil. 424. Proponitur, numer. 17. & in l. fin. C. de edic. Diu. Adr. tollen. Pari modo fideicommissarius qui propria authoritate occupat bona fideicommisso subiecta de iure suo cadit. per ea quæ adducit Decian. consil. 60. num. 5. Socin. consil. 33. Prosequendo ordinem num. 18. vol. 1. Oldr. consil. 107. Circa ius municipale col. vlt. Iasi. in l. Talis scriptura nume. 43. ff. de leg. 1. Dec. in l. 1. num. 20. C. de pactis. Quia ius fideicommissi vniuersalis non transit nisi facta restitutione re, vel verbo per grauatum l. Facta, & l. Restituta in princ. ff. ad Trebell. Decian. d. cons. 60. num. 3.

40 Verùm si testator in suo vltimo testamento concessisset licentiam legatario, vt propria auctoritate caperet possessionem rei legatæ, vtique legatarius posset id facere. l. Titia, cum testamento, §. 1. ff. de leg. 2. Bart. in d. l. Nemo potest, numero decimo, & Iasi. ibi, in 2. lect. num. 48. & Ripa, nume 61. testantur hanc esse communem opinionem, Alc. in l. Nemo potest, ff. de legibus, ponit decem casus, in quibus tacitè cognoscitur testatorem dedisse licentiam legatario apprehendendi possessionem rei legatæ propria auctoritate.

41 Non tamen legatarius hoc casu posset vi illam apprehendere, hærede resistente, vt tradit Ripa in l. Centurio, num. 52. & sequ. ff. de vulg. Plot. in sua repet. l. Si quando, C. Vnde vi, quos refert, & sequitur Iul. Clar. lib. 3. q. 68.

42 Ille etiam, secundùm quem aliquid iudicatum fuit, ac obtinuit, exempli gratia, in rei vendicatione, vel rescripto Principis, eidem bona in feudum, aliove modo concessa fuerunt; si iudiciorum ordine spreto, possessore, vel eius procuratore non citato ipsorum bonorum possessionē aggressus fuit, cadit a iure suo: Ne, (vt inquit, l. Meminerint, C. Vnde vi) inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur.

43 Si vero id faceret tutor, vel curator nō debet iuribus pupilli præiudicare, & ideo minor non priuabitur sua possessione, sed ipse tutor, vel curator castigabitur dicta lege Meminerint, & ibi Bald. Id quoq; in l. Si quis in tantam, C. Vnde vi, sancitū est, ibi enim clare dicitur.

44 Rem propriam, ab alio possessam, inuadentem, possessione, & illius dominio priuari. Si vero rem alienam inuadit non solum ad restitutionem, sed etiam ad æstimationem illius condemnatur. Iasi. Inst. de act. in princ. numer. 74. Soc. reg 34. & 291. Rip. in cap. Sæpè, num. 68. de rest. spol. & in cap. primo, nume. 89. de iud. Alexand. in l. Naturaliter, §. Nihil commune, ff. de acquirenda possess. Bald. Nouell. in l. 1. nume. 301. ff. soluto matrimon. Cæpol. caut. 100. Diaz.

reg.

reg.779. Tiraqu.in tract. *le mort*, 3. parte prima declar. num.5. & seq. Et de legib.connub. gl.5. nu.130. & 154. Plot.in l.Si quando, C.Vnde vi, num.53. & 684. Pari modo vxor quæ authoritate propria suæ rei dotalis possessionem inuadit punitur l. Dotis actio ff. sol. matr. gl.1. & ibi Doc.in l.Si mulier §.Rerũ ff rer.amot. Bald. in l. Pignoris versic.Sed quæro C.de pign.act.

45 Eadem ratione qui agrum vacantem occupat, eũ domino restituere tenetur, sicuti tenetur inuasor, & fur, Ripa in c.Sæpe, nu.558 de rest.spol. Anton. Rub.in l.Naturaliter, §.Nihil commune, ff. de acqu. possess.num.86. Alc.de verborum sign.lib.2. colum.13. c.Licet causam, & ibi Abb. nu.10.de probat. Paris, in c. Si diligenti, num.22. de præscript.

46 Vtcumque tamen in iure sit cautum, huius legis dispositio in hoc Veneto Dominio non seruatur, quo ad priuationem dominij, sed tantummodo, quo ad restitutionem possessionis; si quis n.rem propriam ab alio possessam inuadit, possessione priuatur, & res spoliato restituitur, non tamen spoliatori ob id in meritis circa ipsius rei proprietatem præiudicatur. Verùm si rei possessionem aggrediendo deliquerit, pro modo culpæ punitur, non autem, hac transgressione, rei suæ dominio priuatur, & maximè si de re immobili, ac preciosa agatur. Et de iure canonico etiam non habere locum d. tam l. Si quis in tantam, tradit Zinet. in tract. de different. inter ius canon. & ciuile, nu.163. Inn. in cap. Ad nostram il primo, in gl.sua, vers. Astrinxisti, de iurei. Bald. in Marg. in verbo Constitutio vers.penult. Bald. in præl.d.feud. in fine.

47 Non etiam obseruatur decisio legis Non ab re, C.Vnde vi, vt scilicet Colonus, vel Inquilinus, qui vsque ad sententiam sine causa in detentione sua perseuerauit, condemnetur, non solùm ad restitutionem, sed etiam ad ipsius rei æstimationem; Condemnatur enim Colonus, vel Inquilinus ad restitutionem alienæ rei indebitè detentæ, & punitur etiam ad impendia litis, si temerè litigauit, non autem ad rei petitæ æstimationẽ, huiusque rei hic est vsus. Conductor autem rei immobilis si non restituat rem conductam, ex qua a domino non fuerit iudicialiter licentiatus, præsumitur reconducere, maximè in præd.js rusticis. Quid autem iuris sit in vrbanis habetur in l.Item quæritur §.Qui impleto, & §.fin.ff.locati. & ibi gl. & Doct. Sed conductor rei mobilis retinendo vltra tempus, non modo non videtur reconducere, sed imo tenetur furti glo. in §.fin. d.l. Item quæritur, quæ allegat l. Inter eos §.Rectè, & l.Qui re commodata ff. de furt. Bart. tamen ibi reprobat hanc glossam.

48 Alia quoque ratione iura, ac bona aliena occupantur, violenter, vel furtim in alienis fundis ędificando, cui malo, vt legumlatores peculiari remedio prouiderẽt, scripserunt in Digestis tit. Quod vi, aut clam, vbi de restitutorio interdicto agitur. De hoc etiam

tractatur in l. Si quis ad se fundũ, C. ad legem Iuliam, de vi pub. hocque edictum, ad ea sola opera pertinet, quæ in solo fiunt, l. Si alius, §. Notauimus, ff. Quod vi, aut clã, l. Vim facit, in fin. ff. eod.

49 Quod ergo, possessore reclamante, ab aliquo fit per se, vel per aliũ, vi fieri dicitur, l. Aut qui, § Hæc verba, ff. Quod vi, aut clam, & etiam eo non reclamante, si ab occupatore impeditus fuerit reclamare, l. 1. §. Quid sit vi, & l. Vim facit, ff. eod. vel ab alio eius mandato, §. fin. d. l. primę, & fat est ab initio vim factam fuisse, l. Prohibere, in princ. ff. eodem.

50 Clam autem facit ille, qui celauit aduersarium, eique non denunciauit, si illius controuersiam timere debuit, l. Prohibere, §. Clam, ff. eod. tit. & alijs quoque modis clam fieri explicatur in l. Seruius, & in l. Aut qui, ff. eod.

51 In hoc possessorio iudicio non est disputandum, an ille, qui vi, aut clam fecit, habuerit ius faciendi, l. Si quis ad se fundum, C. ad legem Iuliam, de vi publ. & summariè aduersario succurritur, l. 1. ff. Quod vi, aut clam, in princ. vbi sic legitur: Parui refert vtrum ius faciendi habuit, an non: siue enim ius habuit, siue non, tamen tenetur interdicto propter hoc, quod vi, aut clam fecit, tueri enim ius suum debuit, non iniuriam committere.

52 Quidam tamen dicunt etiam illum audiri debere, qui vi, aut clam fecit, si potest incontinenti docere se ita facere potuisse, vt glo. & apostilla notant in d. l. 1. in princ. ff. eod. Et si ille, qui fecit, probare vellet, vel de consensu alterius partis, vel ex alia huiusmodi rationabili causa fecisse, audiendus est, l. 1. §. Quid sit, in fine, ff. eodem. Sed circa hanc materiam, vide quæ scripsimus, supra hoc §. numero quinto, & seq.

53 Si quis scienter in solo alieno ex sua materia ædificauerit, illius fit ædificium cuius est solum, l. Adeò, §. Ex diuerso, ff. de acquiren. rerum domin. l. Si is contra quem, C. de ædific. priuat. §. Ex diuerso, & §. Certè illud, Inst. de rerum diuis. l. Si precario, ff. Comm. præd. Cedit ergo ædificium solo, quia ędificans donare intelligitur, cùm nullo iure cogente id fecerit, l. Donari, ff. de reg. iur. Quod adeo verum est, vt nec diruto ædificio materiam propriam vendicare possit, d. l. Adeo, & d. §. Ex diuerso. Si autem ignoranter ædificasset, ac bona fide, existimans in proprio fundo id facere, non perdit, quod suum est, d. l. Adeo, in fine, ex qua concluditur in pœnam in alienis fundis ædificantium id fuisse sancitum. Eademque ratione, qui alienum frumentum in suo solo, siue proprium frumentum in fundo alieno seminat, solo cedit, §. Qua ratione, Inst. de rerum diuisio.

54 Interdum tamen licet etiam sibi ius dicere, nam si quis vi, aut clam in meo fundo ædificauerit, ego possum vi, aut clam ædificatũ destruere, si ex hoc opere mihi ingens damnum resultabat, alioquin debeo iudicem adire, l. Si alius, §. Bellissimè, ff. Quod vi, aut clam.

Ex

55 Ex dolo autem tutoris, vel curatoris pupillus, vel furiosus non tenetur, l. Is qui puteum, §. Si tutoris, ff. Quod vi, aut clam.

56 Hoc interdictum est annale, sicut cætera edicta prætoria, nisi rationabilis causa excuset, l. Semper, §. Si quis Reip. ff. eod.

57 Datur autem hoc interdictum contra eum, qui fecit, vel cuius voluntate factum est, siue ratum habuerit, siue non d. l. Is qui, §. fin. Et competit ei cuius interest, d §. fin. & pro magnitudine damni, hoc est quanti interest, & interesse iuramento actoris, vel Iudicis officio æstimatur, d. §. Si quis Reipubl.

58 Ille autem, qui vi, aut clam aliquid facit, quod ad hoc interdictum spectat, si possidet, tenetur præstare impensam, & patientiam tollendi operis; si non possidet impensam tantum, si non fecit, & possidet patientiam solam præstare debet, l. Competit, §. In summa, ff. eodem.

59 Res vi, vel clam obtentæ, nec etiam longo temporis spacio præscribuntur, quamuis etiam bona fide possideantur, etiam a quocunque alio bonæ fidei emptore, §. Furtiuæ, Inst. de vsuc. Nisi vitio purgato, §. Aliquando, Inst. eod.

60 Violentiarum autem quinque sunt genera: Expulsiua, cum quis è re immobili expellitur. Ablatiua, cum res mobilis alicui aufertur, & hæ duæ impediunt vsucapionem, & præscriptionem. Compulsiua, cum quis cogitur bona sua alienare. Turbatiua, quando alicuius possessio turbatur. Inquietatiua, cum duo se inuicem inquietant, & quilibet eorum prætendit possid. re. & nulla harum trium impedit vsucapionem, aut præscriptionem, secundùm gloss. in l. prima, C. Quod metus causa, vide Porc. in §. Furtiuæ, Inst. de vsucap.

61 Contra illum autem, qui alienum tignum furtiuum ædibus, vel vineis suis iniungit lex XII. tabul. in duplum dat actionem, non autem ad tignum eximẽdum, hæc sunt ipsius legis verba: Tignum alienum furtiuum ædibus, vel vineis suis iniunctum ne quis eximere cogitur, sed duplum pro eo per actionem de tigno iniuncto præstare compellitor. Et in pandectis extat tit. De tigno iniuncto, vbi Vlpianus, inquit prouidenter legem ita disposuisse ne ædificia diruantur, vel vinearum cultura turbetur, §. Cum in suo solo, Inst. de rerum diu. Tigni autem appellatione Vlpianus, in l. 1. ff. eod. tit. contineri dicit omnem materiam, ex qua ædificium constat, vineæque necessaria, d. §. Cum in suo solo. Et quamuis lex furtiui tigni mentionem faciat, idem tamen iuris erit si non sit furtiuum, sed alienum, quo casu simili modo euellens ipsum tignum puniri debet, vt Accurs. & Bart. notant in d. l. 1. ff. eod. tit. quos sequitur Boss. in sua pract. crim. in tit. De tigno iniuncto. Cum ergo appellatione tigni etiam perticæ, & pedamenta veniant d. l. 1. sequitur euellentem ex aliena vinea palos, & ligna, quibus vites sustentãtur, etiam si sua essent, eidemque furto ablata fuissent, plectẽdum esse, vt censet etiã Boss.

Boss. loco citato, & tantò magis surripientes huiusmodi res in quibus nihil prætendant. Non tamen dominus re sua priuatur, sed imò quinque actionibus legibus præcauetur aduersus eum, qui alienũ tignum in fundum suum iniunxit, vt tradit Bart. in d. l. 1. ff. eodẽ. Sed an harum actionum aliqua alia tollatur tradit Bart. in l. 2. ff. eo. & in l. 1. §. Vnde quæritur, ff. de publ. Azo in tit. Inst. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun. colum. 1. Et quid in hac actione consuetudine obseruetur, docet Speculator in t. tu. de consecrat. ecclesiar. vel altar. versic. Et quid.

62 Alio quoq; modo bona immobilia cùm indebitè nonnulli occupēt, agrorum terminos amouẽdo, vt limites confundant, & ita dolo malo proprios fundos vicinorum iactura amplient, de termino moto, crimine hac tẽpestate frequenti, expedit tractare.

63 Primis igitur temporibus, cùm homines rebus omnibus, tãquam communibus vterentur, hoc delictum in vsu non erat, tunc enim, vt inquit Virg. lib. 1. Georg.

Nec signare solum, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant.

Nec Meum, aut Tuum dicebatur, ex quibus duobus verbis, vt hoc, sic alia plura emanarunt crimina. Homines enim (vt etiam Seneca testatur) quietissimè viuerent, si hęc duo pronomina de medio tollerentur Meum, & Tuum. Nec apud Getas agros fuisse terminis distinctos testatur Horat. libr. 3. Ode 24. dum sic ait:

——Et rigidi Getæ
Immetata quibus iugera liberas
Fruges, & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua.

Sed cùm iure gentium introducta fuerint bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, & agris termini positi, vt inquit, Iurisconsul. l. Ex hoc iure, ff. de iust. & iure, & ibi Paul. de Castr. tunc actio finium regundorum, & crimen de termino moto originem habuerunt. Romulum autem terminos agro populi nullos posuisse, vt liceret ex alterius paupertate ditari, scribit Plutarch. decima quinta quæstione Roman.

64 Numa Pompilius verò vir iustitia clarus suum agrum à vicino signis interpositis distinxit, atque separauit.

65 Et Deo Termino sacellum in colle Tarpeio erexit, cui nihil animatum sacrificabatur, sed libatantum, pultes, & frugum primitiæ, vt Deum terminum amicitiæ inspectorem, & pacis custodem ab omni cæde, & sanguine (vt eodem loco Plutarchus scribit) incontaminatum conseruandum esse significaret. Ouid. tamen lib. 2. Fast. agnam, & porcam immolari dixit, & Horat. quoque dum cecinit:

Et agna festis cæsa Terminalibus.

Erat aperto Deum terminum colebant, vt nefas esse denotarent terminum sub tecto consistere. Sic contrà Conso consiliorum Deo Romanos in Circo, sub tecto templum erexisse, vt tectum debere esse consilium indicarent, scribit Arnob. lib. 3. & refert Decian. in Apologia contra Alciatũ c. 3. nu. 6.

Gyral-

Gyraldus vero illius sacrificia ita celebrari scripsit: Ara Deo Termino statuebatur à dominis vtrinque, lignaque concisa foco imponebantur, & canistro fruges igni inspergebantur, tum demũ puella fauos mellis porrigebat alij & vina. Propter publicam ergo vtilitatem diuisiones factæ fuerunt, vt tradit Ancharan. in Rubr. de foro compet. & vt lites tollerentur, verissimum est enim illud Ouidij in Fastis:

Omnis erit sine te litigiosus ager.

Et Virg. lib. 12. Æneidos:

Saxum antiquum ingens, campo qui fortè iacebat

Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Communio enim parit discordiã, l. Cùm pater, §. Dulcissimis, ff. de leg. 2. Et Regiones, ac Vrbes, ante Christi aduentum fuisse distinctas legitur in cap. 1. 80. dist. Ias. in l. Si hæres, §. Vicis, numer. 5. ff. de legat. primo. Et Diœceses à Dionysio Papa fuisse diuisas, & limitatas habetur, 13. quæst. 1. cap. 1. & in gloss. in cap. Prouinciæ, 99. dist.

66 Primis illis temporibus antequam lapideus limes poneretur, ramus ex arbore decerptus cum fructibus ad agros separandos figebatur: qui quidem ramus, & præsertim oliuæ, termes propriè appellatur, vnde Horatius Epod. Ode 16.

Germinat, & numquam fallentis termes oliuæ.

Hinc postea cœteri limites, & metæ, quamuis lapideæ, termini dicti sunt: & hinc termino, determino, extermino, & alia huiusmodi deuenere vocabula. Ouid. in Fastis.

Termine, siue lapis, siue es defossus in agris

Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.

Et Tibullus:

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,

Seu vetus in triuio florida serta lapis.

Et pro finibus arbores quoque, & ædificia poni testatur, l. 2. ff. fin. regund. At Hieronym. de Monte in tract. de finibus regund. cap. 15. num. 3. inquit terminum fuisse dictum ex eo, quòd terræ mensuram determinat.

67 Cùmque apud antiquos per columnam terminus significaretur, quia postea mos etiam fuerit pro terminis agrorum columellas ponere, hinc factum est, vt regionum fines, terminique celebres, columnæ appellatæ sint, vt in Hispania Herculis, cùm eò vsq; imperium suum dilatauerit: item in Africa sub Atlante monte, & in Asia ad Euphratem fluuium, & supra Armeniam terminos Romani Imperij columnas appellarunt, vnde Virg. lib. 11. Æneid. inquit:

Atrides Protei Menelaus ad vsque columnas.

Exulat.

Quod de Ægypti finibus Seruius interpretatur. Sed potissimùm duo illi montes, qui in occidente ex opposito adstant, quorum alterum in Africa Abylam, alterum in Europa Calpen vocãt, per quos ingrediuntur, qui ex occidentali Oceano in Mediterraneum Mare veniunt, columnæ Herculis propriè dicuntur: quibus ab Hercule

inscri-

inscriptum fuisse dicitur. *Non plus vltra*. Quoniam vlterius progredi non posse existimarunt antiqui, nec præter mare aliquid reperiri, attamen cùm Carolus Quintus Imper. in occidente noua regna inuenerit, Aloysius Marlianus Mediolanensis eius medicus, eidem composuit insigne, in quo duæ erant erectæ columnæ, cum adscriptione, Plus outre, Gallica, non Latina lingua, latinè enim non, plus vltra, sed vlterius dicitur. Theseus cùm Megarensium agrum Attico adiunxisset, celebrem illam statuam pro termino erexit, hisce appositis carminibus, vt Plutarchus in vita Thesei scribit; Quæ ad orientem solem spectant, hæc non Peloponesus, sed Ionia: Quæ vero ad occidentem, Peloponesus est, non Ionia. Quod Patauini, & Taruisini olim cum in libertate dominarentur imitati sunt; illi enim in publico suæ vrbis signo hoc modo suos fines vnico carmine circunscripserunt:

Muso, mons, Athesis, mare certos dant mihi fines.

Taruisini autem adscripserunt.

Monti, Musoni, ponto, dominorque Naoni.

Et Laban, ac Iacob eius gener sua bona diuidentes tumulum lapideum loco termini construxerũt, sic enim legitur cap. 31. Genes. Tumulus iste, & lapis sint in testimonium si aut ego trãsiero illum pergens ad te, aut tu præteriens malum mihi cogitans. Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos. Et Taurum Montem Imperij Romani terminum Liuius appellat, lib. 7. de Bello Macedonico, & apud Iustinum libro 1. legitur dum de Nino loquitur in hunc modum: Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos ad Lybiæ terminos vsque perdomuit. Et Virgil. lib. 1. Æneid.

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,

Imperium Oceano, famam, qui terminet astris.

Terminos autem, limites, fines, ac metas idẽ significare tradit Hier. de Monte, in d. tract. de fin. regund. c. 15. nu. 4.

68 Terminosque alios esse hominis, & mutabiles, alios naturæ immutabiles, vt sunt montes, & flumina notat Bald. in cap. Cum causam, de probat. Alc. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14. & interdum etiam ipsos terminos vallibus vijs regijs demonstrari tradit Bald. consil. 420. numer. 1. vol. 1. & consil. 445. Qualiter probetur, vol. 5. Hier. de Monte, in tract. de finibus regund. cap. 24. in princ. Bald. consil. 286. Thema proponitur, nu. 1. & 2. volum. 2.

69 Et regiones, ac territoria fluminibus distingui, dicit Paul. Castr. in l. Ex hoc iure, ff. de iust. & iure, Mascard. de probat. conclus. 393. num. 8. Sicuti etiam Diœceses per flumina, & riuos aquarum distingui tradit Barb. consil. 6. Mihi videtur dicendum, nu. 11. volum. 2. c. Ex litteris, de probat. cap. Vigilanti, de præscr. Goffr. in cap. Cum causam, de probat. quem omnes sequuntur. Et legitur c. 11. Deuteronom. A deserto, & a Libano, a flu

a flumine magno Euphrate vsque ad Mare occidentale, erunt termini vestri. Terminorum autem publicorum affixionem esse inter ea quæ Principibus seruantur, cum ad eos spectet suas diuidere iurisdictiones, & territoria, tradit Ludou. Calcan. consil. 90. quem sequitur Hieronym. de Monte, in d. suo tract. de finibus regundis, c. 2. in fine.

70 Limites faciunt res certas in genere tribus modis, aut natura, vt homo, & cætera animalia, quæ suas extremitates, veluti terminos, a natura habent: aut hominis facto, vt in domo, naui, & alia huiusmodi, quæ ab hominibus fiunt: aut adiectione qualitatum fungibilium numero, pondere, & mensura, vt sunt omnia fungibilia, Zasius in l. Mutuum, §. Mutui, ff. Si certum petatur. Cum ergo Imperij extremitates limites dicantur hinc Postliminium dictum fuisse, docet Iustin. in §. Si ab hostibus, Inst. Quib. mod. ius pat. pot. sol.

71 Dictum est autem (inquit Imper.) postliminium a limine, & post: vnde eum qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nam limina sicut in domo finem quendam faciunt, sic & Imperij finem esse limen veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidã, & terminus, ab eo postliminium dictũ est, quia ad idem limẽ reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus victis hostib. recuperatur postliminio rediisse existimatur.

72 Et apud bonos auctores calcẽ, siue calcaneum, (eadem enim est significatio) pro alicuius rei gestæ fine, & termino sumimus, metaphora a saltatorib. desumpta, cũ in eorum saltu, extrema vestigij pars, quam calcaneum pressit, signetur, & veluti meta terminetur, vnde legitur in Psalmo: Ipsi calcaneum meum obseruabunt, hoc est extremum vitæ terminum. Et cum carcer, siue ergastulum locus sit in quo delinquentes coercentur ne exeant: sic metaphoricè locus in quo equi claudebantur ne exirent nisi Magistratus signum dedisset ad cursum, pro principio sumebatur, finem autem, & terminum apud quem equi cursum sistere solebant, calcem, dicebant, Cicer. in Tuscul. Nunc video calcem ad quem decursum est. Satisque est tritum adagium: E carceribus ad calcem peruenire, & ècontra: A calce ad carcerem reuocari, vt apud Cicer in libris de amicitia, & de senectute legitur.

73 Iccirco antiqui Deum Terminum omnium postremum constituerunt, eius enim festa, quæ Terminalia dicebantur, fiebant Februario, & sic vltimo anni mense, ad 8. Kal. Martij, quod etiam ex T. Liuio, lib. 3. Dec. 5. colligitur dum inquit, Tertio die post Terminalia Calendæ intercalares fuere. Calendæ autem intercalares erant Martij Mensis.

74 Et ideò dicitur Deum terminum (quo extremam rerum omnium metam significabant) ne Ioui quidem ipsi voluisse concedere quam rem Diuus Augustinus, libro

bro quarto, de Ciu. Dei, sic explanat, licèt alij alio modo: Cùm Rex, inquit, Tarquinius Capitolium fabricare vellet, eumque locum, qui ei dignior, aptiorque videbatur, à Deis alienis cerneret præoccupatum, non audens aliquid contra eorum facere arbitrium, & credens eos tanto numini, suoque Principi cessuros, per augurium quęsiuit an locum Ioui cedere vellent, omnesque voluerunt, præter Martem, Terminum, & Iuuentutem, ex qua re significatum fuisse dicunt, sic Martiam gentem, idest Romanam, nemini locum suum daturam, Romanosque terminos, propter Deum Terminum, neminem commoturum: Iuuentutem etiam Romanam, propter Deam Iuuentatem nemini esse cessuram. Huius Dei Termini effigiem Author ille, qui veterum prouerbia, vndique collegit, in signatorio anulo superbè gestauit, cum adscriptione: Nulli cedo, Quod ita Andreas Alciat. in suo Emblemate expressit.

Quadratum infoditur firmissima tessera saxum,
Stat cirrata super pectore imago tenus,
Et se se nulli profitetur cedere, talis
Terminus est, homines qui scopus vnus agit.
Est immota dies, præfixaque tempora fatis,
Deque ferunt primis vltima iudicium.

75 Ex quo quidem emblemate apertè interpretatur hoc ænigma, quod inexplanatum reliquit Aulus Gellius, c.6.l b.12.noct.attic.

Semel, minus ne, an bis minus sit, non sat scio,
An vtrunque eorum, vt quondam audiui dicier,
Ioui ipsi Regi noluit concedere.

76 Per Vulturem etiam interdum circumscriptus terminus intelligitur, prout Ægyptij huiusmodi hieroglyphico significarunt, quia vbi conflictus bellorum futuri sunt, triduo ante ibi Vultures pręuolant, & ita terminum non modo loci, verum etiam temporis præindicant: in quam sententiam extat Plautinum illud in voraces gulones.

Ii quasi Vulturij triduo prius prædiuinabant, quo die esurituri sient.

77 Quemadmodum ergo agri per metas, & terminos interpositos separantur, & discernuntur, sic per similitudinem etiam tempus dicitur terminari, atque diuidi, vnde Virg. 4. Georg. vbi de apibus loquitur, inquit:

Ergo ipsas quamuis angustus terminus æui
Excipiat.

Et temporis terminus præfigi propriè dicitur, cum aliqua certa temporis dilatio constituitur dierum, mensium, vel annorum, infra quam (prout intra proprios agrorum limites, & non extra) licet aliquid agere. Tempus enim licèt continuum sit, nec commodè definiri possit, nisi in præteritum, futurum, ac præsens (si tamē aliquod præsens tempus potest considerari) est tamen tempus pars quędam æternitatis, quod per solis, & lunę motum in horas, dies, menses, & annos diuidi solet; & veluti terminis

minis separari, sumpta, vt diximus, metaphora ab ipsis terræ terminis, atque finibus: ex cuius quidem æquiuoca significatione factus est locus adagio: Lupum non edere aliquem terminum, quod in illos dici solet, qui magna promittunt, nec vnquam credunt terminos præstitutos esse venturos. Ad quam duplicem huius verbi significationem, Val. Maximus cap.6. lib.5. allusit, dum Philenorum fratrum Legatorum Carthaginiensium factum recenset, qui pro dilatandis sui imperij terminis, se tamquam viuos lapideos terminos à Cirenensium legatis inhumari permiserunt. Illi, inquit, nulla interposita mora, corpora sua his terra operienda tradiderunt, qui quoniam patriæ, quam vitæ suæ longiores terminos esse maluerunt; bene iacent, manibus, & ossibus suis Punico dilatato Imperio.

78 Propriè autem lapides antiqui pro terminis fuerunt appositi, vt inquit gl. in cap. Cum causam de probat. Barb. consil. 6. Sapienter. scribitur num.13. lib.2. Guid. Pap. decis.193. num.1. Bald. cons. 420. num. 1. Pract. Papien. in forma libelli act. real. in verbo, Cui cohæreat ab vna numero 3. & ibi addit. Corn. consil. 333. Capio nume. 12. volum. 1.

79 Hos terminorum ablatores, siue transpositores grauissima pœna fuisse etiam Mosayca lege affectos constat, cum in ea scriptum sit capit. 19. Deuteronomij. Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua, quam dominus Deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis possidendam. Et cap.27. Deuteron. Maledictus qui trasfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus amen. Et Salomon inquit prouerb. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Quod etiam recenset text. in cap. 1. de sepulturis. Etius Pontificium hoc crimen quoque detestatur, cap. In legibus 12. q. 2. &c. Tanta nequitia Dist. 86. & glo. in Clem. 1. in verbo Metas de hæred. ait: Dum tua rura metis, vicinis parcito metis. Plato etiam libr. 8. de legibus hoc crimen amouendi terminos damnat, & dicit hanc legem in agricultura primam: Nemo, inquit, fines, atque terminos agri moueat, nec ciuis vicini, nec finitimi peregrini, si agri extrema possideat: sed putet id esse verè quod dici solet, hic immobilia mouet, malitque vnusquisque saxum ingens mouere, quam paruum lapidem iureiurando à Dijs firmatū, quo amicitiæ, atque inimicitiæ terminentur. Et subdit in hoc crimine quemlibet admitti ad accusandum, grauiterq; puniendum esse arbitrio Iudicis his verbis: Eum vero qui agri terminos mouerit, quicumque voluerit ad agricolas deferat, agricolæ ad iudicium ducant, à quo damnatus vtpotè terminorum clam, vique turbator, reddat, patiaturq; prout Iudices iudicauerint. Hoc crimen etiam vti atrocissimum pœna capitali fuit vltum legibus 12. tabul. vbi ita legitur. Qui terminum

num exaraffit, ipsus, & boues sacri sunto. Voluit enim legislator, vt, qui terminos occuluisset, aut transtulisset, sacrum illum esse Dei lege, ita vt volenti eum occidere, tamquam sacrilegum, & securitas adesset, & pollutionis expiatio, vt Gyraldus in libro de Dijs gẽtium interpretatur. Et Numa Pompilius amouentes terminos vti grassatores, fures, & sacrilegos haberi, atque ijsdem pœnis voluit puniri, vt refert Dionysius Halicarnasseus lib. 2. antiq. Rom. & Petr. Crinitus lib. 8. de honesta disciplina cap. 10. Postea à posterioribus legibus variata fuit pœna: Caius Cæsar, vt habetur in l. vltim. ff. de term. moto, pro singulo termino moto quinquaginta aureos in publicum dari iussit; quam legem generaliter esse intelligendam, & non in illis solum qui terminos suffurantur, docet Dec. in cap. Ex litteris in fin. de probat. quem secutus est Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 393. nume. 4. Nerua autem Imp. vt habetur in d. l. vlt. in seruos capitalem pœnam statuit, nisi Dominus mulctam pro seruo soluisset. Adrianus vero Imp. vt relatum est in l. 2. ff. de rer. mor. varios perpendens casus qui in hoc crimine patrando concurrere possunt, id in arbitrium Iudicis remisit; alio enim modo nobilem, alio plebeium, alio iuuenem, alio senem, alio eum, qui dolo malo, & alio eum, qui fortuitò, vel per ignorantiam terminos amouisset, puniendos esse existimauit: & Alexā Seuerus Imp. in l. 1. C. de accusat. & inscript. hos delinquentes extraordinaria animaduersione puniri voluit: quod etiam Modestino placuit in l. 1. ff. de term. mot. Per ea autem quæ habentur in l. Diuus Adrianus ff. de term. moto, huiusmodi desumi possunt axiomata, & in iudicijs seruari: Nobilis, qui occupandorum alienorum finium causa terminos mouerit, relegetur ad tempus arbitrio Iudicis, iuuenis tamen in longius tempus quàm senex. Si vero is nobilis non fuerit cædatur virgis, & ad opus publicum, veluti ad triremes per biennium damnetur, etiam si iussu alterius id commiserit. Si autem plebeius per ignorantiam terminum asportauerit, dum scilicet alios lapides furabatur, vel si fortuito terminum deiecerit, vt exarando, verberibus plectatur. Qui autem terminos mouent, neque pro dilatandis suis finibus, neque pro ipsis terminis contrectandis, sed pro litibus seminandis inter vicinos id facit, arbitrio Iudicis eum esse puniendum tradit etiam Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 393. num. 22.

80 Pro tollenda autem ignorantiæ excusatione, & , vt ipsi termini ab alijs lapidibus dignoscantur, solent rustici pro terminis lapides quosdam oblongos, erectos, & aliquantulum extra terram prominentes defigere duobus itidem rotundis saxulis in inferiori parte sub terra appositis, quæ ipsi, non impropriè, testes appellant. Et per istos lapides confines probari tradit Corn. in l. In finalibus ff. fin. regun. num. 7. Paris de Puteo in c. 1. num. 20. & 21. de fin. feudor. & in

& in c. Quando fiunt num. 8. & 9. eod. tit. Hieronym. de Monte in tract. de finib. regend. cap. 19. numero 2. & 3.

81 Qui vero terminos ipsos subtrahunt non ampliandorum agrorum causa, sed tantummodò vt furentur ipsos terminos, pœna furti non amotionis terminorum puniuntur, §. fin. Inst. de offic. Iud. Abb. in cap. Ex litteris in fine de probat. Hier. de Monte in d. tract. de finib. cap. 34. num. 7. Plotus in l. Si quando num. 726. C. Vnde vi, Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 83. versic. terminos mouens. mitius enim hoc casu puniuntur, quia simplex furtum committũt: Cùm autem pro ampliandis finibus termini amouentur, grauius plectuntur, quia furtum, & falsitatem committunt.

82 Dubitatur an ille, qui simul plures euulsit terminos, teneatur ad vnicam pœnam, an verò ad plures, & ad plures teneri videtur per l. fin. versicul. Nam in terminos singulos, ff. de term. moto. Angel. tamen, & Alex. de Imola in l. Inficiando, §. Infans, ff. de furtis contrarium afferunt.

83 Hoc crimen publicum est, cùm fauore publicæ vtilitatis, quilibet de populo admittatur ad accusandum l. fin. ff. de term. moto, & pœna in fiscum defertur l. Agraria, ff. eod. Si autem seruus, ignorante domino, hoc crimen commiserit, capitali pœna punitur, nisi dominus pecuniariam pœnam exsoluerit l. fin. vers. Alia quoque ff. de term. moto.

84 Item qui finali lite nondum peracta, locorum contentiosorum formam dolo malo mutant, terminosue, de quibus controuertitur, transportant, vt facilius in causa victores existant, pœna criminali arbitrio Iudicis puniendi sunt, iuxta personæ conditionem, & facti enormitatem d. l. fin. in fine ff. de term. moto. Et etiam huiusmodi amouens terminos de causa cadet, & ad expensas damnabitur, & ad relaxationem tantidem terræ, quantum alteri arripere per fraudulentam terminorum translationem conabatur: & termini erunt constituendi tantum à priori loco citerius, quantum ipse dolo vlterius transposuerat l. Si contigerit, C. fin. regund. Zasius in tit. ff. fin. regund. Quod Platonicæ legi respondet, sic enim libr. 8. de legibus scriptum est. Quicunque fines egressus vicini coluerit agros, damnum restituat, & impudentiæ, atque illiberalitatis pœnas luat: duplumque loco mulctæ ipse deponat, cuius agrum coluit. In casu autem memorato à Boss. in sua pract. crim. in tit. de termino moto, de eo, qui Mediolani clãdestinè occupauerat cubiculum, vicini sui, illius ostium obturando, & alterum aperiendo quo ipse ingrediebatur, cum eo sentio, Iudicem potuisse pęna capitali damnandum arbitrari.

85 Hic enim non erat locus actioni finium regundorum, quæ ad ædificia non pertinet, siue sint in vrbe, siue in agris constructa, sed tantummodo ad ipsos agros, quãuis in vrbe extantes, in ædibus vero fines turbari non possunt, cùm

V cer-

certos habeant parietes, l. 1. in princ. & l. Sed & loci, §. Hoc iudicium, ff. fin. reg. Bart. in l. Agraria, ff. de term. moto, num. 1. Zasius in tit. fin. regund.

86 Qui ergo agri terminum amouerit, siue lapideus fuerit, siue pertica, arbor, sepes, fouea, vel quodcunque aliud signum, pro more regionum, eadem pœna tenebitur, vt etiam Iodochus sentit in pract. crim. tit. de trans lat. limitum, numero 8. Circulus igitur, in quem P. Pompilius Rom. Legatus Antiochum Regem virga inclusit, iussitque antequam ex illo exiret respõsum dare pacem, an bellum cum Romanis vellet, vt Iustin. scribit, libr. 34. non impropriè terminus dictus fuisset. Sic cum Dido ab Iarba in Africa tãtum terræ emisset, quantum taurino culeo circundare posset, corio inciso, quod Byrsam etiam dicunt, in tenuissima lora, tantum terræ spacium circundedit, quantum sufficeret ad arcem construendam, quam in medio Carthaginensium vrbis condidit, hac de causa Byrsam appellatam, vnde Virg. lib. primo. Æneid.

Mercatique solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

Circulus ergo iste, ac signum terminus fuit, vltra quem egredi non licuit, & sic quodcumque aliud tale terminus dicitur.

87 Quando autem Iudex rerum criminalium de crimine termini moti iudicat, etiam de finibus iudicare potest, l. 4. §. Si dicantur, ff. fin. reg. ratione connexitatis, cùm id in consequentiam veniat, & incidenter non autem principaliter, quæ materia, in tit. ff. finium regundorum, explicatur.

88 Terminorum autem, & confinium probatio cùm sit difficilis. Guido Pap. Decis. 193. vbi docet quomodo confines probentur, quæritur, an probationes imperfectæ sufficiant pro antiquorum terminorum comprobatione, de qua re latè tradit Masc. de probat. concl. 395. num. 2. & seq. & concl. 397. per totum.

89 In hac materia hoc pacto ferenda est sententia, vt Iudex primum mittat agrimensorem ad ponendos terminos, postea pronuntiet eos sic in posterum esse mansuros, non autem antea pronuntiet terminos esse mansuros, prout mensor ponet. Abb. & Fel. in cap. Qui indicante, de præscript.

90 Frequens est delictum, & maximè apud rusticos nostri temporis, vt bona immobilia, quæ ipsi prius alienarunt, iterum, primis emptoribus inscijs, alijs alienent, qua in re eos furtum facere dicitur, in l. In actione furti, in fine, ff. de furt. l. Si pignore, ff. de pignor. act. & aperte id exprimit Iurisconsultus, in l. Si is qui, ff. de furtis, his verbis: Si is, qui rem pignori dedit, vendiderit eam, quamuis dominus sit, furtum facit; siue eam tradiderit creditori, siue speciali tantum pactione obligauerit, idque & Iulianus putat, & id comprobatur, in §. Furtiuæ quoque, Inst. de vsucap. vbi clarè Iustin. inquit, Qui sciens

alienam

alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit furtum eius committit.

91 In hoc Veneto Dominio extat lex in magnis Comitijs lata anno 1535. die 19. Martij, qua huiusmodi delinquentes damnantur in libras trecentas, æquè inter Rectorem, & accusatorem diuidendas, anno carceris, & exilio annorum septem à delinquentium patria, territorio, & 25. mill. vltra confines, & a loco etiam, vbi sita erunt bona: rei vero contumaces mittuntur in exilium prædictum, per annos quindecim, & in libras tercentas, vt supra condemnantur. Et in praxi obseruatur, vt contra hos delinquêtes criminaliter agatur, ad carceres.n. criminaliter citātur, & de re duob. vendita eo conquerente cuius interest puniūtur.

92 Cautela tamen adhiberi solet, vt in secundo instrumento dicatur ipsam rem tanti alicui fuisse obligatam, emptorque promittat priori emptori illius pecuniam reddere, de qua re tradit etiam pract. Papiensis in forma libelli in actione hypothecaria, in Epitome. Sub eadem, in fine, & Iul. Clarus, lib.5. sentent. tradit in §. Falsum, in versic. Vendens eandem rem duobus.

93 Excusatur etiam venditor hoc casu si primus emptor precium nō numerasset, nec obtulisset, & secundus emptor precium tradidisset, Alexand. & Ias. in l. à Diuo Pio, §. Sed si emptor, num.6 ff. de re iud. Bald. in cap. 1. §. Si facta, tit. Si de feud. defun. contr. sit inter dom. & agnat. Hipp. de Marsil. in l. Qui duobus, nu.8. ver. Quod est verum, ff. de falsis.

94 Tenentur etiam pœna falsi, qui rem vnam pluribus insolidum alienant, sic enim ait Paulus, in d. l. Qui duobus insolidum eandem rem diuersis contractibus vendiderint, pœna falsi coercentur, & hoc Diuus Adrianus constituit.

95 Illum quoque, qui eandem rem duobus insolidum donauit, in pœnam huius legis incidere, tradit Alexand. consil.14. Circa primum, col.1. & textus est in l. Quoties, C. de rei vend. in fin. Hipp. de Marsil. sing.82. in fine.

96 De permutatione autem, vide Ias. in l.2. num.201. C. de iure emph. Bald. consil.336. nume.1. in 3. volum. & consil.175. vol.4. Corn. consil.127. volum.2. & cons.257. volum.4. Bald. in l. Cum ij, §. Si cui, ff. de transact. & in cap.1. in fine, de controuers. inter dom. & empt. & in cap.1. § Noui. Per quos fiat inuest. in vsibus feudorum. Qui autem eamdem rem duobus pignorant non tenentur pœna falsi, sed crimine stellionatus. Bart. in l. Si quis in pignore ff. de pign. act. & idem Bart. in c. Imperialem colum.2. de prohib. feud. alien. per Feder. Alex. in d. l. Qui duobus.

97 Si autem vir, & vxor fundum vendiderint, & post obitum viri, vxor vti tutrix filiorum, & proprio etiam nomine, iterum eādem rem vendat, an ipsa vxor in pœnam antedictæ legis incidat, tradit Bald. cons.240. nu.12. vol.1.

98 Si autem quis ignoranter rem aliquam duobus insolidum ven-

dat, non tenetur ad pœnam prædictæ legis, cap. 1. §. Si vasallus. Si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. Bal. cons. 240. vol. 2.

99 Cum autem duobus res aliqua est insolidum vendita, quæritur ad quem pertineat, & quis eorum in ea sit anteponendus. Vera est decisio, illum præferendum esse, qui prius eiusdem rei possessionem consecutus est, hoc est ille, cui prius res tradita fuit, l. Quoties, C. de rei vend. Bald. in l. Senatus, circa finem, C. Qui accusare non poss. Bart. & Alexand. in l. Sepulchri violati, ff. de sepulc. viol. Verùm hanc theoricam multas recipere limitationes docet Hippol. de Marsil. in l. Qui duobus, ff. ad legem Cornel. de fals. & in suo sing. 82. Volo tibi dare, &cæt. vt apud eum, lector videre poteris. Limitatur enim in feudi concessione, in personis Ecclesiasticis, in personis immunibus, in matrimonio, & quando venditor tempore venditionis non habebat ius in re vendita, sed postea superuenit. Et alias quoque limitationes vide apud Alexand. in d. l. Quoties, C. de rei vend. & in d. §. Si duobus, l. Sin autem, ff. de publiciana. Vnam tamen limitationem non omitto, cuius ignorantia Iudex amicus noster in errorem lapsus est, tu ergo qui officium iudicandi profiteris, illam obserua, & hæc est: Si secundo emptori res cum effectu tradita fuit, & primo non, primus nihilominus præfertur, siquidem in suo instrumento, venditor precario nomine se possessorem constituit. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de empt. & vend. §. Sciendum, col. 16. Bald. consil. 506. Venditor constituit, volum. 4. Et in rubr. C. de contrahen. empt. quæst. 16. Hippol. in d. sing. 82. Cùm ergo generatim clausula constituti possessorij apponatur in instrumentis, sequitur quod perrarò decisio prædictæ, l. Quoties locum habeat, & sic plerumque primus emptor præfertur. Et ideò tu caute paterfamilias quum prædia emis non prætermittas hanc clausulam in tuis instrumentis, quia hoc modo contra fraudes bis vendentium tutus eris si primus emeris.

100 Si quis verò rem alij obligatã, dissimulata obligatione, per calliditatem, alij distraxerit, vel permutauerit, vel in solutum dederit, crimine stellionatus tenetur, vt habetur in l. 1. & in l. fin. C. de crim. stell. & in l. 3. ff. eod. ti. quam decisionem Accursius restringit, quando pro debito vtriusque res non sufficit. Verum si reus offerat omnibus debitum, & soluat liberatur, d. l. prima, C. eodem. Scienter quoque rem alienam vti propriam obligans crimine stellionatus tenetur, l. 2. C. eodem.

101 Item creditor qui agit pro debito soluto, & illud iterum recepit tenetur hoc crimine stellionatus. l. Si fideiussor conuentus §. In omnibus, & ibi Bart. ff. mand. Bald. in l. 1. quæst. 2. C. de cond. indeb. vbi dicit hoc verum esse si obrepserit Iudici. si autem id per falsas probationes fecerit debet pœna falsi puniri.

102 Sed creditor falsus, qui scienter recipit

recipit indebitum committit furtum, & tenetur conditione furtiua ad restitutionem l. Quoniam, & ibi Bart. ff. de cond. furt. & in l. Si procuratori col. 3. ff. de cond. ob caus.

103 Hoc crimen stellionatus à Stellione fera pessima nomen traxisse videtur, quæ humano generi vti venefica est valde noxia, adeoque homines odit, vt, cum intelligat suam pellem ad morbum comitialem depellendum plurimùm conferre, eam deponat, & illico deuoret, ne homines illa vti possint, vt Plin. libro 8. cap. 31. scribit, quæ fera cùm adeo diuersi coloris sit, vt proprius eius color cognosci non possit, & proinde ob nimiam varietatem intuentes decipiat, huiusmodi deceptoribus similis esse videtur, qui aliud agentes, & aliud simulantes proprium delicti nomen non habent, vt etiam Accursius innuit in l. 2. ff. eod. nec per consequens certam pœnam, l. 3. ff. eod. & idem Plin. libr. 30. c 10. inquit, Stellionem esse animal lacertæ simile, quo nullum fraudulentius homini inuideat, indeque aiunt stellionum nomen in maledictum translatum, ex quibus verbis Plinij, vnde huius criminis nomen desumptum sit, deprehendi potest, vt etiam placuit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 381. numero tertio.

104 Qui ergo crimina patrant, pro quibus particularis actio non competit, in stellionatum incidunt, vt Vlpianus, in l. tertia, ff. eodem titulo, docet. Et quod in priuatis iudicijs est actio de dolo, in criminalibus est stellionatus persecutio, dicta l. tertia, & gloss. ibi in verbo, De dolo.

105 Et hæc accusatio stellionatus nec inter publica iudicia, nec inter priuata connumeratur, l. 1. ff. eod. l. Stellionatus, ff. de extr. crim. & l. Stellionatus, C. eod.

106 Si quis ergo merces supposuerit, vel obligatas auerterit, vel corruperit, æquè stellionatus reus erit. Item si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit postulari, d. l. 3. ff. eod. Quid autem sit impostura ibidem Budæus docet, & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 383. De hoc crimine diximus, quia tantam habet cum furto cognationem, vt vix ab eo distingui possit, cum versetur in re aliena, si non surripienda, at saltem in illius precij vsurpatione, dum rem alij obligatam quis alteri vendit. Qui autem auro pro pignore dato æs supponit furti tenetur: Sed qui in dando, ac pignore constituendo hoc pro illo subiecit extra ordinem stellionatus nomine punitur, l. Si quis, in fine, ff. de pignorat. act. l. Si pignore, in princ. & ibi Bart. ff. eod. l. prima, in fine, & ibi glo. ff. eodem, l. penult. ff. de crimine stellionat. Ang. de malefic. in verbo. Et vestem cœlestem, & ibi Aug. de Arimin addit.

107 An hoc crimine damnatus sit infamis, habetur in l. secunda, ff. de crim. stell. & notat Menoch. de arbitr. iud. lib. secundo, casu 381. nume. 30. Et rei de hoc crimine conuicti extra ordinem plectuntur iudicis arbitrio pro modo culpæ,

V 3 pæ,

pæ,& personarum conditione,l.3. ff.eod.tit.

108 Ille autem, qui sciens rem alienam vendit emptori similiter scienti, indignus est preciuma retinere, nec emptori restituitur, sed fisco vti turpe lucrum applicatur, gloss.Bald.& Salyc.in l.secunda. C. Ne rei dom. quod etiam animaduertit, in suo tract. de iure fisci, libro secundo, titu.10. numero 12. M.Anton. Peregrinus summus theoricus, & summus practicus, & Serenifs. Venetæ Reipubl. Consultor celeberrimus. Et tam venditor, quàm emptor tenentur pœna furti Alexan. in l. Rem alienam, ff. de contrahend. empt. l. Si liberam C. Quod cum eo. Et iste qui scienter vendit rem alienam propter dolum tenetur actione ex empto etiam antequam res euincatur.

109 Non erit ab re, si hic pauca de turpi lucro dicemus: Est enim turpe lucrum species furti l. quarta,§.fin.ff.de cond.ob turp.caus.in illis verbis: Condicere tibi hoc possum quasi furi, quod etiam ex eo dignoscitur, cum turpè, & iniustè idem sint, vt colligitur ex rubrica ff. de condictione ob turpem,vel iniustam causam:& quia, vt res furtiuæ, turpia lucra retineri non possunt, sed imo ab hæredibus sunt extorquenda l. In hæredem in princ. ff. de calumn. Paul. in l. prima, ff. de cond. ob turp. caus. optime hanc materiam sic distinguit: Omne, quod datur aut ob rem datur, aut ob causam. Et ob rem aut turpem aut honestam. Turpem autem, aut vt dantis sit turpitudo, non accipientis, aut vt accipientis duntaxat, non etiam dantis, aut vtriusque: Cumque turpitudo est ex parte accipientis tantum locus est repetitioni, quod in l.secunda, ff. eod. probatur hoc exemplo, vt si dedi tibi ne sacrilegium, aut furtum facias, neve hominem occidas: Si autem turpitudo est ex parte dantis tantùm exploratum est repeti non posse, & si tam dantis, quàm accipientis sit turpitudo repeti non potest. l. Si ob turpem ff eod. vt si pecunia detur Iudici, vt malè iudicet l.tertia, ff.eodem, vel si fur dederit ne propaletur leg.quarta,ff.eodem,quod etiam dicitur contingere in eo quod meretrici datur, quod vtique repeti non potest: non quia in hoc vtriusque turpitudo versetur: nec enim meretrix turpiter accipit mercedem turpitudinis suæ, quãuis turpiter meretricetur. Quod autem quis dat alteri vt furem rerum suarum indicet repeti non potest, quia turpiter non fuit acceptum. Illud vero quod à fure accipitur ne indicetur, ab eo, tamquam à fure condici potest l.quarta,§.fin.& l.sequ.ff.de cond. ob turp. caus. & qui pecuniam accipit, vt faciat id quod gratis facere tenetur, turpe lucrum dicitur, & restituere debet.l.fin. ff.eodem. Qui autem sciens rem alienam à fure pignori accepit, si eam restituendo pecuniam accipit, ab eo, tamquam à fure condici potest l. Seruus ff.eod. Denique ex omnibus causis, quæ iure non valuerunt,vel effectum non habuerunt,

secuta

secuta per errorem solutione condictioni locus erit. Eadem ratione quod ex non iusta causa consecutus est, vel si res ad non iustam causam redit, retineri non potest, sed restitui debet condictione sine causa leg. prima, & leg. quarta, ff. de cond. sine caus. Et condictione furtiua illi condicitur, qui indebitum sciens accipit, quia furtum facit, l. Quoniam ff. de cond. furt.


FINIS §. NONI.





DE FVRTIS

§. DECIMVS.



SVMMARIVM §. 10.

1 *In fure, & receptatore debet adesse animus lucrifaciendi.*
2 *Furtum sine affectu furandi non committitur.*
3 *Fur non est, qui per iniuriam aliena surripit.*
4 *Furtum, & damnum sunt res diuersæ.*
5 *Furtum comprehenditur appellatione damni.*
6 *Per furtum pacem rumpi.*
7 *Qui per iniuriam fructus immaturos decerpit, non tenetur furti.*
8 *Voluntas, & propositum maleficia distinguunt.*
9 *Raptor filiæ illius, cum quo pacem interat, amore percitus, non violat pacem.*
10 *Qui rem alterius subtrahit, vt alteri illam donet, fur est, quia species lucri est largiri de alieno.*
11 *Donatio rei alienæ non est propriè donatio.*
12 *Donatio facta in fraudem fisci, seu alterius personæ à furto non discrepat.*
13 *Donatio præsumitur fraudulenta si parum post donator committat delictum.*
14 *Vel facta sub conditione si donatoris bona essent confiscanda.*
15 *Vel si donator retinet possessionem rei donatæ.*
16 *Vel si est omnium bonorum, aut multarum rerum.*
17 *Præsertim si est facta coniunctæ personæ.*
18 *Et si est facta clandestinè.*
19 *Quando præsumatur facta in fraudem, & quando non.*
20 *Neminem esse lædendum, vt alterum adiuues.*
21 *Quid si fur dicat accepisse animo restituendi?*
22 *Furtum ex auaritiæ fonte emanat.*
23 *In dubio aliena contrectans dicitur habere animum lucrandi.*
24 *An iste dolus debeat esse à principio, vel sat sit si postea superueniat.*
25 *Quid si fur habuit animum lucrandi solummodo partem rei surreptæ.*
26 *Quid de consuetudine obseruetur.*

27 *An*

206 Crimen

---

19. §. ANIMO LVCRI FACIENDI.

1 
T illi, qui aliena auferunt non animo furandi ab hoc crimine excludantur, dictum fuit in definitione: Animo lucri faciendi, l. Si quis vxori, §. Si quis asinum, ff. de furt. l. Si mulier, §. 1. ff. de act. rerum amot. §. Item si is, Inst. de vsucap. §. Quia autem, Instit. de vi bon. rapt. Alexand. consil. 135. colum. 4. volum. 1. Rom. consil. 150. Rol. a Valle, consil. 45. volum. 1. num. 28. & sequ. dicit, quod sicut lucrum requiritur in fure principali, sic debet etiam esse in receptatore rerum furtiuarum, quia accesso-

accessorium debet sequi naturam sui principalis, c. Accessorium, de reg. iur. in 6. l. fin. C. de non num. pecun. allegat gl. in l. Qui iurasse, §. Si pater, ff. de iureiur. Bald. consil. 250. colum. 3. volum. 1. & in consil. 382. volum. 5. quem sequitur Crauett. consil. 8. colum. 1. in fine, vbi dicit dolum non præsumi in receptante, quando commodum aliquod ad eum non peruenit Marsil. consil. 53. num. 29. & seq. & in l. Si in rixa, num. 59. ff. ad legem Corneliam, de sicar.

2 Furtum igitur sine affectu furandi non committitur, §. Placuit, Inst. de obl. quæ ex del. nasc. l. Si quis testamentum, §. fin. ff. ad l. Aquil. §. Sed tamen, Instit. de vsucap.

3 Hinc est, quòd ille, qui alienam contrectat, vt alicui iniuriam inferat, furti non tenetur, l. Qui iniuriæ, ff de furt.

4 Furtum enim & damnum sunt res diuersæ, Bal. in l. Nauta, §. Quęcunque, ff. Naut. caup. stab. Hipp. de Marsil. in pract. crim. in §. Postquam, numer. 4. & latè in l. De minore, §. Tormenta, numer. 3. ff. de quæst. Vbi infert, quod stante statuto, vt de damno credatur sacramento accusatoris, hoc non procedere in furto, quia furtum differt à damno, & ibi quamplures citat authoritates, & vide ipsius Hippol. consi. 6. vbi latè hanc examinat quæstionem.

5 Verumtamen vbicunq; fit mentio damni dati alicui comprehendi etiam furtum afferunt Rom. in l. 2. ff. de dam. infec. & ibi Alexan. num. 3. add. ad Bar. in l. Si quando, C. vnde vi, Bald. in l. Hac edictali, §. Iniuria, nu. 11. de pace iur. firm. Dec. in c. 1. lect. 2. de const.

6 Et ideo furto etiam pacem rumpi tradit Bart. in l. Licitatio. §. Quod illicitè in 2. quæst. de public. & in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. Corn. consil. 42. Plura volum. 2. & cons. 51. vol. 1.

7 Si quis ergo fructus immaturos decerpserit, damni, iniuriæ, non furti obligatur, quia nō decerpsit, vt lucrum faceret, l. Verum, & ibi gloss. & Bart. & in l. Fullo, ff. de furt. l. 2. §. Idem Labeo, ff. de aqua pluu. arc.

8 Voluntas enim, & propositum maleficia distinguunt, d. l. Qui iniuriæ, ff. de furt. & hinc infertur illum, qui metu latronum ad locum sibi prohibitum confugit, non esse damnandum, vt etiam Cic. sensit lib. 2. de inuent. vbi agit de naui rostrata in Rhodiorum portum a vi ventorum impulsa, an publicari debeat, cum ex lege illę rostratę naues essent publicandæ, quæ in illo portu deprehenderentur, de qua re agit etiam Beneuen. Straccha, in tract. de nauibus par. 2. num. 26. facit l. Cœsar, ff de publ. Bar. in l. 1. C. de naufr. lib. 11. Mart. Laud. in tract. de fisco, q. 17. Marsil. in l. 1. §. Præterea, num 32. ff. de quæst.

9 Ex pręmissis infertur raptorem filiæ illius, cum quo pacem inierat, non per iniuriam, sed amore percitum, neque pacem violasse, neq; fidem fregisse Mant. cōs. 169. Alex. cons. 123. vol. 2. Mascard. de probat. conclus. 1157. num. 84. & num. 132. Berta. consil. 185. nu. 13.

Etiam

10 Etiam ille furti tenetur, qui rem alterius subtrahit, vt illam alteri donet, quia species lucri est ex alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere, l. Si pignore, in princ. ff. de furt.

11 Donatio rei alienę non est propriè donatio quo ad dominium, sed tantummodo quoad titulum Bald. in l. Post mortem in fin. C. de fideicomm & non subsistit. Abb. in c. Quod autem de iurepatr.

12 Illa autem donatio, quæ fit in fraudem alterius personæ, seu fisci non discrepat à furto, quia donans rem creditori hypothecatam eam à domino auferre conatur, vt alteri tradat: & hinc est huiusmodi donationem etiam insinuatam non valere Bald. in l. Illud colum. penult. C. de sacr. eccl. & hoc verum est etiam facta traditione l. 1. & ibi Bart. C. de iure fisci lib. 10.

13 In dubio autem fraudulenta præsumitur si parum post donator committat delictum l. Si ventri cum gloss. fin. ff. de priuil. credit. Cyn. in l. Si quis post C. de bon. damn. Bart. in d. l. Si ventri, & in l. Post contractum de donat. Bald. in addit. Spec. de donat. Vers. ex vicinitate.

14 Et pari modo in fraudem dicitur facta donatio quando facta fuit sub conditione, si venerit casus quod ob aliquod delictum bona essent in fiscum deferenda. Bart. in l. Post contractum ff. de donat.

15 Etiam quando donans retinet continuam possessionem arguitur donationem fuisse in fraudem factam. Bart. in l. Sicut. §. Superuacuum ff. Quib. mod. pig. sol. & in l. Post contractum ff. de donat. Bald. in l. Illud C de sacr. ecc. Bart. Cepola in tract. de contract. simul. 24. præsumpt.

16 Donatio etiam omnium bonorum præsumitur fraudulenta l. Omnes §. Lucius, & ibi Doct. ff. Quæ in fraud. credit. Et idem esse in donatione multarum rerum tradit Bald. in addit. ad Specul. de allegat. & disp. Vers. Præsumitur fraus.

17 Et præsertim si fiat coniunctæ personæ, alia non extante causa. l. Data C. de donat. l. penult. de bon. lib.

18 Ex donatione quoque clam, & occultè facta arguitur fraus not. in l. fin. ff. de ritu nupt. l. Non existimo de admin. tut. Bart. in l. Post contractum ff. de donat.

19 Et generatim quando donatio præsumatur facta in fraudem, & quando non tradit Bart. copiosè in d. l. Post contractum, & in l. omnes § Lucius ff. Quę in fraud. cred. Bald. in Auth. Sed iam necesse C. de don. ante nupt. & in addit. Specul. tit. de donat. Vers. penult. Cæpola de contract. simul. præsumpt. 24.

20 Animaduertendumque est ne quos offendamus, cùm alios adiuuare velimus, vt nos docet Cic. lib. 2. officiorum.

21 Quid autem iuris sit, si fur dicat accepisse animo restituendi, tractat Cœpol. consil. 40.

22 Cùm ergo furtum propter lucrum committatur, nulli dubium ex auaritiæ fonte emanare, quæ omnium malorum radix meritò appel-

appellatur, c. Bonorum, 47. dist. §. Confideraulmus, & §. Cogitandum, Authen. Vt iud. sine quoquo suffr. Boss. in rit. de furt. num. 1. gl. in proœm. Decret. in verbo, Cupiditas.

23 In dubio autem contrectantem rem alienam habuisse animum lucrandi, & furtum committendi præsumitur, cum enim quis facit, quod simpliciter prohibitum est, vt est rei alienæ ablatio, præsumitur esse in dolo, l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. l. Si non, C. de iniur. cap. 1. de præsumpt. no. in l. Dolum, C. de dolo malo. Sicuti è diuerso in re simpliciter permissa non præsumitur dolus, nisi perspicuis indicijs comprobetur, vt inquit d. l. Dolum, C. de dolo.

24 An verò sit necesse, vt dolus à principio fuerit, vel suffi:iat, si postea superueniat, habetur in l. Pomponius, in fine, ff. de acquirend. rerum dom.

25 Quid autem iuris sit si fur habuit animum lucrandi patrem, & non totum illud, quod abstulit? lector accedat ad Ang. de malef. in verbo, Et vestem cælestem, ver. Et aduertas, & ibi Aug. de Arim Bar. in § Si quis l. Vulgaris, ff. de furt. Cœpolla in rep. Authen. Sed nouo iure, C. de ser. fug. Ang. in §. Sed si damni, d. l. Vulgaris.

26 In praxi autem obseruatur, vt fur in tantum furti ad restitutionem teneatur in quantum abstulit, & asportauit. Criminaliter autem tenetur etiam pro illis rebus, quas non asportauit, si de facto fuit impeditus, & per eum non stetit quin reliqua asportasset. Mitiori tamen pœna delictum attentatum puniri, quam re ipsa consumatum, omnis æquitas suadet, & alibi diximus.

27 An verò dicatur furtum commissum in re quam quis fatebatur se furto subtraxisse, si postea appareat suam fuisse, tractat Roman. consil. 113. Multis modis furtum est impunitum, resque alienæ inuito domino surripi possunt, vt ex infra dicendis apparebit.

28 Primo necessitate cogēte; quod etiam in veteri lege permissum erat, legitur enim in cap. 23. Deuteron. Ingressus vineam proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non mete:, & cap. 24. præcipit Dominus messoribus vt non reuertantur ad accipiendum manipulum segetum in agro relictum: nec quod remansit ex frugibus oliuarum, nec remanentes racemos in vinea, sed hæc relinquantur aduenæ, pupillo, & viduæ. Et in Euangelio Lucæ c. 6. legitur: Cum transiret per sata vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus, concordat cap. 12. Matthæi, & cap. 2. Marci: & in cap. Discipulos de consecrat. dist. 5. habemus: Discipulos cum per segetes transeundo euellerent spicas, & ederent, ipsius Christi vox innocentes vocat, quia coacti fame hoc fecerunt. Et de consuetudine obseruari, vt, vrgente necessitate, quis possit vuas, & spicas colligere, & manducare tradit Cœpol. de

seruit.rust.praed.cap.20. De messe,& vindemia. De hac materia loquitur etiam Fel.in cap. Querelam in penult.& vlt. colum. de iureiur. & in c. Cum accessissent colum.9. de const. Ias.in l.Principalibus col.3.ff. Si cert.pet. Boss. in tit.de furt.num.52. & notat etiam Nic. Pignolat. ad Rom. sing.234. Dec.consil.555. nume.12.& consil.697.nume.15. Decian.in tract. crim.lib.6.cap.34.num.52. Et summus Pontif.in cap. Si quis propter necessitatem, de furtis inquit: Si quis propter necessitatem famis, aut nuditatem furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, poeniteat hebdomadas tres, & si reddiderit non cogatur ieiunare. Sed cum hoc casu etiam necessitate impellente furtum puniatur, dicendum videtur propter necessitatem furtum non excusari. glos.ibi respondendo huic obiecto ait, & pęnitentiam leuem,& necessitatem modicam fuisse: quia si magna extitisset necessitas, nulla fuisset pęnitentia iniuncta cum in necessitate omnia sint communia.c.1 42.dist. cap.Quod autem 23.quaest.7.& c. Sicut ij 47. dist. c. Duo 12.q.1. & eadem caus.quaest 2.cap. Aurum, c. Non satis 86. dist. notatur in c. Ius naturale dist.1. & Hostiens.in d.c. Si quis propter necessitatem inquit, vrgente magna necessitate, furem in totum excusari: sed si est modica,non omnino excusari, sed cogi reddere, vel tribus hebdomadibus ieiunare. Et ideo fur excusatur,quia ob vrgentem necessitatem verisimiliter credere potuit dominum fuisse permissurum. §. Placuit Inst. de oblig. quae ex del. nasc. & hoc verum esse etiam in foro conscientiae Abbas notat ibi num.6. Necessitas enim non modo non subiacet legi, sed ipsa sibi legem facit cap.2. in fine de obser. ieiun.& ibi glo.quae plura ad hanc materiam adducit. & quod non licet necessitas licitum facit. cap. Quod non est licitum de reg. iur. in 6.& cap.seq. glo.in l.1. in verbo Expedire, ff.de off.cons. Afflict. in §.2. numer.16. de iure prothomis. Card. Mantica de coniect. vlt. volunt.lib.8.tit.5. nume.10. & extat antiquum adagium: Viro exurienti necesse est furari.de quo author adagiorum. Quando autem delinquēs à delicto excusetur propter necessitatem tradunt Bart. Bald.& reliqui in l.2. §. Cum in eadem ff.ad l.Rhod de iactu,& ibi Bart.inquit expressè, tempore necessitatis homines posse impunè furari, idque verum esse de iure diuino, & humano. Et in d. §. dicitur, Si cibaria in nauigatione deficerent, quod quisque habet in commune conferat. Et de ista necessitate plura traduntur ibi à Ias.& à Firmano, & Petrus Gherar.in suo sing.100. non pauca recenset. Iul. Clarus quoque hanc quaestionem proponit in §. Furtum versic. Quandoque. Ratio etiam est cur hoc casu furtum sit impunitum,quia iustitia, ac naturalis ratio suadet,vt satius sit aliena furari, quàm permittere vt homo fame pereat: duobus enim propositis malis quod minus est eligi debet,& hinc est quod etiam laici possunt in maxima necessitate com-

te compelli per excommunicationem ad subueniendum indigentibus. cap. Pasce 86. dist. l. Necare, ff. de lib. agnosc. & hoc casu eleemosina est de præcepto. cap. Sicut 47. distinct. & cap. Inter opera de sponsal.

29 Et quamuis multæ sint species necessitatum apud Iurisconsultos, vt fatalis, naturalis, & data opera Bald. consil. 20. libr. 2. Symon de Prætis de interpret. vltim. volunt. lib. 1. dub. 1. fol. 12. num. 9. Famis autem necessitas crudelior, & potentior est alijs Dec. consil. 555. numer. 12. Alber. in l. 2. C. de patr. qui fil. distr. & faciunt ad hanc materiam tradita à Felyn. in cap. Omnes colum. fin. prima dist. Cagnol. in l. Quæ propter ff. de reg. iur. Ripa in l. tertia, columm. tertia, ff. de damno infect. Nouell. in pract. crimin. tit. de furto numero decimotertio. Qui etiam plura cupiunt videre de necessitate famis, & ad quæ mala fames ipsa impellat, legat Tiraquell. de retract. lignag. §. vigesimosexto, numero decimosexto, & sequent. vbi latissimè, & elegantissimè more suo hanc quæstionem examinat.

30 Si autem fur ad pinguiorem fortunam deuenerit, quod cogente necessitate abstulit restituere tenetur Abb. in d. cap. Si quis propter necessitatem nu. 5. arg. l. Ne sennius ff. de neg. gest.

31 Res sacræ quoque possunt piè à christianis surripi infidelibus, cadaueraque, & sanctorum reliquiæ auferri, facit cap. Corpora de consecr. dist. 1. & ibi glo. & Archid. vt de corpore sancti Marci Euangelistæ contigisse legitur, quod Christi fideles ex Ægypto anno 1377. Venetias detulerunt, vbi est Reip. protector, ac Tutelaris. Eodem metu perculsi Iudæi Pilato dixerunt, vt iuberet custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium, ne forte venirent discipuli eius, & furarentur eum. Absit autem, vt rerum sanctarum, & sacrarum fures, imo nefarios sacrilegos excusare velimus, quos seuerissima animaduersione esse dignos diximus in §. 5. Sunt tamen quidam, qui Deo obsequium præstare existimãtes bona, & spolia clericorum, & prælatorum potissimum libentissimè surripiunt: de quibus Ioannes Segura in suo Directorio Iudicum parte prima cap. 14. nu. 4. inquit: obsecro vidimus vnquam Præsulem aliquem ab humanis decessisse, in cuius spolijs iurgia, & litium anfractus, latrocinia, aut furta desint?

32 Furtum etiam permittitur, imò fur præmio afficitur cùm singulare bonum ex eo resultat, eaque mente factum est. Exemplum est singulare in Cneo Flauio scriba Appij Claudij, qui libro formularum Actionum eius domino surrepto, & populo tradito, adeò hoc munus ipsi populo placuit, vt fur, quamuis libertini filius, Tribunus plebis, Senator, & Ædilis Curulis factus fuerit: vt apparet ex l. 2. §. Postea cum Appius Claudius ff. de orig. iuris, & ita bellorum tempore licet vnicuique Christianos surripere e manibus infidelium, vt liberentur cap. Dominus 23. q. 2. & q. 8.

& q.8.cap.Vt pridem. Etiam tempore induciarum licet furari homines apud paganos in seruitutẽ detentos, si eorum animis periculum imminet, vt si ad idolatriam patrandam cogantur arg. c.Nulla officia 54. dist. sic Æneas dum Lauiniam Vrbem conderet, vt Dionys. Alicarnas. inquit lib.1. Excurrens incircumuicinia, & rapto quærens quicquid opus erat ad munienda, instruendaque noua ædificia, & non fine agrestium iniuria, ferrum, materiem, instrumentumque rusticum diripiens, &cæt.

33 Nemo tamen existimet sibi licere aliena surripere, vt in publicos, vel pios vsus conuertat, vel in pauperes eroget: est enim species furti de alieno largiri, & legitur cap.34. Ecclesiastici: Imolantis ex iniquo oblatio est maculata. & qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Et an de re furtiua, vel alio modo illicito quæsita possit fieri eleemosina habetur in 14. quæst. 5. per totum cap. Ex transmissa extr. de decimis Paul. Castr. consil.72. Abb. in cap.Olim innouamus de censibus, vbi dicit eleemosinam fieri non posse de extortis iniustè sub nomine tributorum, Fel. in c.Debitores circa finem de iureiur. Imol.consil.27.numer.9. Et eleemosina non dicitur quæ fit de rapinis 1.quæst.1. cap.Non est.gl.in clem 2.de cens. Non enim de male quæsitis est facienda eleemosina, sed de iustè quæsitis cap. Eleemosina 4 quæst. 5. Nec etiam licet furari auaro, vel vsurario, vt inde fiat eleemosina, cap. Neque enim decimaquarta quæst. 5. Cicer. libro quinto officiorum inquit: Qui alijs nocent, vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, vt si ipsi in suam rem aliena conuertant: sunt autem multi, & quidem cupidi splendoris, & gloriæ, qui eripiunt alijs, alijs quod largiantur, hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunque ratione, id autem tantum abest ab officio, vt nihil magis officio possit esse contrarium. Videndum est igitur, vt ea liberalitate vtamur, quæ prosit amicis, noceat nemini.

34 Albericus de Rosate in suo Dictionario in verbo Eleemosina agit de eleemosinis, quæ fiunt à monachis sine licentia Prælati, à filijs sine licentia parentum, & ab vxoribus sine licentia virorum. Et quamuis verum sit vxorem nõ posse de bonis viri sui eleemosinam facere sine eius licentia, dominium enim rei dotalis constante matrimonio ad maritum spectare non est dubium l.Doce C.de rei vend. Attamen, si maritus non contradicit, potest in hac re conformare conscientiam suam ad præsumptam mariti voluntatem, alioquin peccat.not. in cap.Non est putanda 1.quæst.1. cap. Quod Deo 33. quæst. 5. Abb. in clem.1. de cens. Potest ergo vxor moderatè de bonis viri dare pauperibus secundum cõsuetudinem domus. Bart. in l.1. ff.rer.amot. l. Vel vniuersorum ff. de pign. act. l. 1. ff. Quod cum eo. Huc spectant cap.

Non

Non sanè 24. quæst. 5. cum concordantibus. Vxor etiam non potest commodare res mariti sine eius licentia, nisi eas quas maritus commodare consueuerat. not. in l. si constante §. si maritus, & ibi Alex. ff. sol. matr.

35 Ob publicam etiam vtilitatem non punitur furtum, quando scilicet furis persona, & illius opera esset Reipubl. valde vtilis, per l. Ad bestias, ff. de pœnis. Id tamen semel tantùm est concedendum, ne eximia virtus delinquendi materiam præbeat. Nouell. in pract. crim. ad defens. tit. 1. num. 131. vbi plures allegat. Bar. in l. Sed & reprobari, §. 1. in princ. ff. de excusat. tut. inquit propter eminentem scientiam alicuius licitum esse iura transgredi, quem sequitur Marsil. in l. Vnius facinoris, §. Cogniturum, num. 71. ff. de quæst. vbi inquit audiuisse a Barbatia eius præceptore olim iuxta hanc theoricam Bartol. D. Ioann. de Imola obtinuisse Bononiæ munus manè profitendi, licèt tamquam aduena ex forma statuti Bononiensis illius muneris esset incapax, idq; ob eius summam scientiam. De hoc etiam copiosè tractat Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 60. versic. Pariter etiam, vbi plura habentur in hac materia. Specul. tit. de Arbitris §. secundo, vers. Primo, Alex. in l. Cum quid ff. si cert. pet. Idem est dicendum de eo, qui de suo Principe est benemeritus, & longè magis cum præstet beneficia remunerare, quàm noua expectare, de qua re ibi Nouell. num. 134. & Iul. Clar. in vers. Vtilis etiam est, eadem quæst. 60. Idque à Cicer. lib. 3. offic. confirmatur, dum sic scriptum reliquit: Nam si quid ab homine ad nullam partem vtili, tuæ vtilitatis causa detraxeris, inhumanè feceris, contraque naturæ legem: sin autem is tu sis, qui multam vtilitatem Reipub. atque hominum societati, si in vita remaneas, afferre possis, si quid ob eam causam alteri detraxeris, non sit reprehendendum. Et postea eodem in loco subdit idem Cicero: Ita lex ipsa naturæ, quæ vtilitatem hominum conseruat, & continet, decernit profectò, vt ab homine inerti, atque inutili ad sapientem, bonum fortemq; virum transferantur res ad viuendum necessariæ, qui si occiderit, multùm de communi vtilitate detraxerit. Et quomodo ob egregiè gesta pœna possit, vel remitti, vel temperari, docet Tiraq. in l. Si vnquam in verbo, Donatione largitus. num. 54. C. de reuoc. don. & in tract. de pœn. legum caus. 49. & Petr. Plaza, libr. 1. Epitom. delict. cap. 33. nume. 2. & 3. ac etiam Menoch. de arb. iudic. lib. 1. quæst. 92. & Iul. Clar. loco citato. Sic Principes ob publicam vtilitatem possunt vti nauibus, plaustris, equis, & alijs huiusmodi etiam inuitis dominis, debent tamen soluere iustam mercedem, vt tradit Peregr. in tract. de iure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 27.

36 **Et sic licet auferre gladium furioso, vel ei suum non reddere, ne se, vel alium occidat Di. Thom. in 4. dist 32. quæst. 2. & secunda secundæ quæst. 62. art. 6. Mart. Na-**

uarr.consil.31.lib.5. Sotus, libro 4. de iust.& iure, quæst.7.art.1. Non discordat à præmissis, l. Bona fides, ff. Depositi, vbi Iurisconf. concludit non summum ius, sed totius rei æquitatem, quæ ex omnibus personis, & circunstantijs resultat esse inspiciendam, & sequendam, cum in contractibus summa æquitas desideretur, Incidunt enim sæpe tempora, (vt Cicer. scribit lib. 1. officiorum) cùm ea, quæ maximè videntur digna esse iusto homine, eoque quem virum bonum dicimus, commutantur, fiûtque contraria, vt reddere depositum, promissis stare, quæque pertinent ad veritatem, & fidem, ea negare interdum, & non seruare fit iustum. Et libro 3. offic. simili modo docet, multa, quæ natura honesta esse videntur, temporibus fieri inhonesta, facere promissa, stare conuentis, reddere deposita, commutata vtilitate, fieri non honesta.

37 Pena etiam ob furtum commissum, aut remitti, aut saltem mitigari, & commutari potest propter honestatem familiæ ipsius furis, ne infamia deturpetur argum. l. Iubemus, vers. Et filios, & l. Petitiones C. de aduoc. diu. iudicum. Rom. consil.29. In causa maioris. Bald. consil.355. Præmittendum colum.2. volum.1. Socin. consf.84. Accuratissimè colum. 3. Panorm. in cap.2. de maledicis in 5. not. post Hostien. vbi dicit, Iudicem posse pœnam temperare, & commutare ne infametur familia delinquentis, etiamsi extaret statutum, vt Iudex illud crimen sine vlla misericordia vlcisceretur, quos sequitur Decian. in suo pulchro consil.16. num.7. vol.3.

38 Imo etiam propter bonam vitam, & famam ipsius rei, cum eo mitius, & clementius est agēdum. l. Non omnes in princ. ff. de re milit. vbi scriptum est, Non omnes in eodem genere peccati esse puniendos, sed habendam esse rationem ante actæ vitæ, & in vers. A barbaris in eadem lege his verbis: Si bonus miles anteà existimatus fuerit. quem text. ad hoc notat Alex. consil. 221. Viso processu, col.2. vers. Concurrit, & alia, volum.7. vbi plura in hanc sententiam adducit, & in l. Desertorem §. Is, qui, vers. Sed & si, ff. de re milit. in illis verbis: Inspecto eius vitæ præcedentis actu.

39 Non solùm, vt maius bonum sequatur, vt diximus, sed etiam vt maius malum euitetur, conceditur alienæ rei occupatio, vt accidit in depositario, qui rem depositam reddere non tenetur, cùm deponens effectus est furiosus, cap. Ne quis 22. quæst.2. de qua re agit etiam Cicero libro 1. offic. vbi inquit, sæpe incidere tempora, vt promissa seruari non debeant. Quattuorque esse casus in quibus res deposita non est reddenda, tradit Alberic. de Rosate, in suo Dictionario in verbo, Depositum. Pari modo in incendijs licet domum vicinam destruere, ne ignis alias ædes comburat cohærentes, nec enim, inquit l. 3. §. Quemadmodum, ff. de incend. ruin. & nauf. iniuria hoc facit, qui se tueri voluit, cùm alias non posset: Nam tua

tua res agitur paries dum proximus ardet. Et in l.Si alius, §. Est & alia, ff. Quod vi aut clam. dicitur, destructorem alienæ domus præ metu ignis imminentis non teneri, quoniam nullam iniuriam, aut damnum dare videtur æquè perituris ædibus. In re enim sine dubio illico peritura nisi rapiatur, impunitum est furtum, vt quando surripitur materia domus, quæ comburitur, l. 3. ff. ad legem Iuliam, de vi publ. illis verbis: Item tenetur, qui ex incendio rapuerit aliquid præter materiam, quod quidem damnum communibus expensis refici debet, l.1. ff. ad legem Rhod. de iactu. Bald. in l. 2. ff. eod. Hippol. de Marsil. in l. 1. in princ. ff. ad legem Cornel. de sicar. num. 116. 117.

40 Hinc est, vt ad tumultum euitandum non solùm liceat bona aliena surripere, sed etiam impunè occidere, l. penult. C. ad legem Iul. de sicar. cap. De his verò 50. dist. cap. Placuit, de consecr. dist. 1. faciunt tradita à Decian. in tract. crim. cap. 34. de excusat. reorum sacril. nume. 20. & 23. Hinc quoque infertur inuitum impunè posse ex domo etiam propria extrahi, si ipsa domus ruinam minatur, gl. in cap. Ipsa pietas, 23. quæst. 4. Fel. in cap. Contingit, colum. 2. de sent. excommun. Hippol. de Marsi. singul. 189. Tu audisti. Ex eadem causa, qui in suo fundo alienam plantam ponit, postquam radices egerit, suam facit, l. Adeo, §. fi. ff. de acqu. rerum dom. §. Si Titius, Inst. de rerum diu. & ratio in superioribus legibus redditur, quia esset absurdum arborem alterius esse, quàm illius in cuius fundum radices egit: sed huius rationis ratio illa est, quam suprà diximus, ne maius sequatur malum, prout sequeretur, si domino permitteretur, vt illam inde extirpare posset.

41 Ad maius ergo malum euitandum interdum minus toleratur, etiam aduersus naturale ius dist. 13. in princip. quod exemplo eius probatur, qui iurauit se aliquem interempturum, & iuramentum nō exequitur, cùm minus malum sit peierare, quàm hominem interficere; illinc enim duplici culparum gladio perimus, hinc tripliciter iugulamur, vt inquit text. in c. 1. dist. 13. vt accidit Herodi dum decolari iussit Io. Baptistam, ne iuramenti violaret Marci cap. 6. & sic Ecclesia tolerat publicas meretrices, vt maius scelus euitet: cap. Inter opera de sponsalibus, & ibi Doct. Anchar. consil. 243. nume. 3. & habetur in cap. Nerui §. Est tamen ead. dist. 13. Quod si omnino sine peccato euadendi nullus aditus patet, minora semper eligantur, quia qui murorum vndique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se precipitem dat, vbi breuior murus inuenitur. Sed in sequenti dist. 14. dicitur iam dicta in vna eademque persona intelligi, sed ibi quæritur quid sit faciendum in diuersis personis, an scilicet nos debeamus committere minora mala, ne ab alijs maiora committantur, quemadmodum Loth, qui pedicon ibus voluit filias suas committere, vt in hospites suos tale facinus non patrarent: & ibi concluditur

cluditur à nobis non esse aliqua delicta patranda, ne ab alijs grauiora committantur.

42 Non debet etiam fur puniri, si constet eum, cui res furto surripuit, fuisse eius debitorem, nec ab eo potuisse creditum suum consequi: hancque esse communem Doctorum sententiam testatur Didacus libro 1. resolut. cap. 2. poster. numerum 15. versic. Quarto eodem, quem Iul. Clar. refert, & sequitur in lib. 5. sentent. §. Furtum, versic. Excusatur, cap. Non sanè, 14. quæst. 5. Petr. Calæfatus, consil. suo, quod est 106. inter varia consil. crim. numero 3. Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. Constante, numero 36. 37. plura dicit, ad quem lector accedat. Et Decian. in tract. crim. cap. de excusat. reor. sacril. nume. 27. dicit creditorem laicum excusari, si debitorem suum clericum fugientem, vel de fuga suspectum detinet, vt sibi satisfaciat, iuxta tradita in l. Ait Prætor, §. Si debitorem, ff. Quæ in fraud. cred. allegat, cap. Vt famæ, de sentent. excommun. & Bernar. Lauren. in tract. de potest. secul. super ecclesi. num. 21.

43 Et si non possum rem meam à te possessam recuperare, possum æquiualentem à te surripere cap. Dominus noster 23. q. 2. Innoc. in cap. Cum olim, il primo de restit. spoliat. glo. in cap. Ius gentium 1. dist. quam habet pro singulari Felin. in cap. Quoniam in vlt. colum. de Symon. Innocent. in c. Qui plerumque, de immun. eccles. quem sequitur Bald. in l. 1. colum. 2. C. de testibus, Alex. consil. 135. Circa primum colum. 1. volum. 1. & in l. Si quis in tantam C. Vnde vi, & in consil. 476. Pulchrè respondit colum. penult. & consil. 474. Visa inquisitione in 3. colum. Bald. in l. 2. in 15. colum. C. de ser. & aqua, Felin. in cap. penult. de homic. Hippol. de Marsil. in sing. 177. Malitijs hominum obuiandum est. Nouell. in pract. crimin. in tit. vbi agit de furto num. 12. Plot. in tract. de in lit. iur. §. 52. num. 8. quem refert, & sequitur Scappius in tract. iuris non scripti lib. 5. cap. 155. nume. 5. dicit; Famulus, qui domino suo tantum aufert, quantum sibi debetur ex salario, non est puniẽdus: hacque ratione furtum hoc casu esse impunitum: quod verum non arbitror, nec in iudicijs admitteretur, nisi seruus, aut nullo modo, aut difficulter salarium consequi potuisset. Alex. consil. 135. col. 2. lib. 1. Cœpol. consil. 26. Magnificè, & generosè. Petr. Calæfat. in suo cons. quod est 106. inter varia consil. crimin. num. 3. An liceat authoritate propria sibi ius dicere l. Deuotum C. de metatis libr. 12. Salic. in l. Item nulla communitas C. de Episc. & cler. in l. Nullus C. de Iudæis, & in l. 1. C. Quan. lic. sine iud. se vind. Aluar. in cap. 1. in verbo Depredare, De mil. vasall. qui cont. est Alex. in l. 1. §. Nunciatio ff. de no. op. nunc. Et quando Iudicis copia haberi non potest, & periculum est in mora, quis potest sibi ius dicere l. Ait Prætor §. Si debitorem ff. Quæ in fraud. cred. Bald. consil. 452. vol. 4. Quod præsertim vsurpatur tempore belli, Paul. Castr. consil. 391. col. 1. & 2.

& con-

& consil.423. col. 3. dub. 4. vol. 1. Aym. Crauet. cons. 5. nu. 12. vol. 1. Et, quod grauius est, pro suis bonis recuperandis licet in continenti bellum gerere, l. 3. §. Eum igitur. ff. de vi, & vi arm. & si non daretur copia iudicis, ad quem posset haberi perfugium, etiam ex interuallo liceret bellum indicere, l. Nullus C. de Iud. & cœlic. l. Si alius, §. Bellissimè ff. Quod vi, aut clam.

44 An vero ille, qui pecuniam sibi debitam à debitore fugiente abstulit, teneatur illam communicare cùm alijs creditoribus habetur in l. Ait Prætor, §. Si debitorem, ff. Quæ in fraud. credit. Ias. in princ. Inst. de act. numer. 72. Socin. reg. 78. Bald. in l. 1. numer. 2. C. Locati, & in l. Si vt allegas C. ad leg. Corn. de sicar.

45 Illum etiam qui exigit, quod sibi non debetur, furtum facere non est ambigendum. Et ideò qui per errorem non debitum soluit, illud per condictionem indebiti repetere potest. Cùm tamen ex quibusdam causis per errorem non debitum solutum repeti non possit, tūc dici potest furtum permitti, quod accidit in illis causis, in quibus inficiando lis crescit: veluti quandò sacrosanctis Ecclesijs, alijs ve locis venerabilibus, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur, fuerunt non debita soluta, tunc enim non repetuntur. §. Ex quibusdam Inst. de oblig. quæ ex quas. contr. nasc. l. Eleganter §. fin. ff. de cond. indeb. & l. Ea quæ C. eod. Et in casu l. 1. ff. de cond. indeb. quandò scilicet indebitum fuit solutum scienter, non autem ignoranter. Et quando ob sententiam latam indebitum soluitur l. 1. C. eod. Ac etiam solutum propter transactionem licet indebitum non repetitur, l. In summa §. Et quidem ff. de cond. indeb. & l. 2. C. eod. Et quotiescumque quis iurauit sibi deberi, etiam iuramentum deferente aduersario, non datur repetitio. l. Nam postea §. 1. ff. de iureiur. Item quando indebitum solutum fuit causâ pietatis, non est repetitioni locus l. Cum is, §. Si mulier, ff. de cond. indeb. Et quando quoque quis soluit quod ab alio debetur l. Hæreditate C. de pet. hæred. dum tamen nomine debitoris soluisset l. Si plenè §. 1. ff. de cond. indeb. gl. magistralis in §. Ex quibusdam Inst. de oblig. quæ ex quas. contr. nasç. in verbo, Quod per errorem.

46 Licet etiam domino, qui rem suam alicui commodauit, illam contrectare, & surripere, nec furti tenetur; quia illius, cui aufertur, non interest: nisi fortè ob impensas in re commodata factas commodatarius eiusdem rei retentionem haberet; hoc enim casu quasi loco pignoris est res commodata, & ideo tunc dominus furti teneb-tur, l. Creditoris, §. Dominus ff. de furt. l. Rem mihi in princ. ff. Commod.

47 Pari modo licere domino rem suam penes alium depositam surripere tradit Hippol. de Marsil. in sua pract. crimin. in §. Constante nume. 35. Idque verum est etiam è manibus clerici, vel si illum expellat de domo sua, in qua inuito domino morari volebat, nec expellens

pellens incurrit in excommunicationem, vt tradit Card. in clem. 1. de pœnis. quæst. 6. quem refert, & sequitur Decian. in tract. crimin. cap. de excusat. reorum sacrilegij num. 19.

48 Non tamen domino licet precium suæ rei furtiuæ à fure venditæ ipsi furi surripere, & si hoc facit, furti tenetur; quia quod ex re furtiua redigitur furtiuum non est. l. Qui vas, § fin. ff. de furt.

49 Et similiter debitor rem suam creditori pignoratam surripiens, furtum facit, §. Aliquando Inst. de oblig. quæ ex delic. nasc. cum concordantibus.

50 Rei communis etiam impunitum est furtum, quia sicuti socio non competit actio, l. Merito, ff. pro soc. sic in priuatis delictis non oritur actio Reip. Hippol. de Marsil. in sua pract. crimin. §. Constante numero 35. Et meum dicitur, quod commune est. Dec. in l. Id quod nostrum nume. 4. cum sequ. ff. de regul. iur. & in cap. Ratio numero 9 de præben. Socin. in l. Serui electione §. 1. num. 8. & ibi Ripa num. 10. ff. de legat. primo. Et hoc verum est in dubio, quia præsumitur accepisse partem suam, sed si constat de contrario, est furtum. l. Si socius communis rei ff. de furt. & ibi Bart. Alexan. consil. 17. colum. vltim. volum. 4. & consil. 104. volum. 1. Angel. de malefic. in verbo, Et vestem cælestem, colum. 14. & in §. 1. colum. 2. Inst. de obligat. quæ ex del. nascun. l. Rei communis, & l. sequen. ff. Pro socio. l. Sabinus, ff. commun. diuidun. not. in l. Duo fratres, ff. de acq. hæred. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. & Iurisconf. in l. Merito, ff. Pro socio, inquit: Plerumque credendum est, eum qui partis dominus est, iure potiùs suo vti quàm furti consilium inire. Bar. in d. l. Merito, & ibi in suis addit. Card. Alban. Cœpol. consil. 4. colum. 3. numer. 10. Mascard. de probat. conclus. 224. num. 1. vbi plura adducit, ad quem lectorem remitto. Et quando socius abscondit rem communem penes amicum suum, si hoc non dolo facit, sed ex alia causa rationi consentanea, nec ipse potest de furto accusari, nec ille apud quem fuit res communis abscondita. gl. in l. Qui vas §. Qui ex voluntate ff. de furt. l. Quis sit fugitiuus §. Idem ait ff. de ædilit. edicto. Et hæc erit limitatio l. Rei communis ff. pro socio. Et hoc procedere etiam in foro poli inquit Innoc. in cap. Quia plerique de immunit. eccles. Bald. consil. 410. col. 2.

51 Ille etiam qui habet animalia ad societatem, vendendo illorum fœtus, non committit furtum, vt scribit Iacob. de Belu. in sua pract. crim. in rubr. de furt. numero vigesimo primo, quem sequitur Scappius in tract. iuris non scripti, libro quinto, cap. 145. de furt. numero 8.

52 Tanto magis impunè possunt illa auferri, quæ naturali iure omnibus communia sunt, vt est aer, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris, vt inquit Iustin. in §. Et quidem. Inst. de rerum diu. l. 2. & l. Nemo, ff. eod. l. Si apes ff. de furt.

Idem

53 Idem est de ijs, quæ in littore maris inueniuntur, vt sunt lapilli, gemmæ, & cętera huiusmodi, quę inuentoris fiunt, nec in illis furtum committitur §. Item lapilli Inst. de rerum diuisione, l. Item lapilli, ff. eodem titulo. Et prouerbio dicitur furari littoris harenas, de eo qui rem ab omnibus neglectam tollit, quod ad furtiuum amorem Ouid. traduxit, dum de vxore incustodita à viro stulto inquit:

Ille potest vacuo furari littore harenas,
Vxorem stulti quisquis amare potest.

54 De feris bestijs, volucribus, ac piscibus idem esse docet Iustin. in §. Feræ, Inst. de rerum diuisione. Hæc enim cum in bonis nullius sint, occupantium fiunt, vt latius sup. in §. 6. differuimus.

55 Eripi etiam impunè possunt res non solum furibus in actu furandi, sed postea etiam ijs, qui nihil furati sunt, quando represaliæ sunt concessæ.

56 Represalia est facultas à Principe, superiorem non habente, subditis, causa cognita, concessa, aduersus exteros quosdam, ad magnas res repetendas, quæ tempore pacis, vi publica, ab exteris illis ablatæ fuerunt, nec principis prædatoris, superiorem non habentis, iustitia suffragante, res suas consequi possunt.

57 Represaliam diximus vulgare vocabulum secuti: verùm cùm represaliarum vsus minimè nouus sit, vt Bartolus credidit, nouo hoc, nec latino vocabulo exprimi non debuit: sed cùm à vetustissimis legibus Romanis originem traxerit, vt etiam Zasius in l. 2. ff. de orig. iuris tradit, eleganti proprioque nomine significari potuit: cumq; latinè pignorationes vocentur, perperam Doctores nostri represalias dixerunt. Cuius quidem verbi improprietatem etiam Gregorius Summus Pontifex animaduertit, dum enim cap. primo, de iniur. & damno dato represalias contra ecclesiasticas personas prohibet, inquit: Et si pignorationes, quas vulgaris elocutio represalias nominat, in quibus alius pro alio prægrauatur, tamquam graues legibus, & æquitati naturali contrariæ, ciuili sunt constitutione prohibitæ, & quæ sequuntur. Demosthenes autem Androlepsiam videtur represaliam dixisse, dum in hanc sententiam scripsit: Si quis violenta morte obierit, pro hoc gentilibus, & cognatis androlepsiæ sunto, quo ad iudicium cædis, pœnasque subierint, vel necis auctores dediderint. Et quamuis Demosthenes hoc loco androlepsiam dicat permissam non contra illos, qui profugos receptassent, sed aduersus illos, apud quos cædes facta fuisset, id fortasse Orator dixit, quia sic causæ suæ expediebat: licebat ergo priuato consilio androlepsiam exercere, qui autem eam, vel non iure postulassent, vel perperam exercuissent, mulctabantur. Hermolaus Barbarus hāc rem clarigationem appellari posse existimauit, cùm aliud verbum Græcum, vel Latinum non adinuenerit, quo res omni tempore vsurpata significari posset, & non

ab re;

abre: clarigatio enim apud Romanos fiebat per Patrem patratum cùm ad hostium exercitum missus, præfatis quibusdam verbis solemnibus, clara voce dicebat, se rem aliquam ab hostibus abductã, vel vsurpatam repetere, ideoque bellum denunciare, qua clarigatione facta, licebat res hostium repetere, atque impunè contrectare. Liuius lib. 8. In Veliternos veteres Ciues Romanos, quod toties rebellassent, grauiter sæuitum, & muri deiecti, & Senatus inde abductus, iussitque trans Tyberim habitare, & eius, qui trans Tyberim deprehensus esset, vsque ad mille passus, ducentum pondo clarigatio esset. Has represalias Iodochus repredationes non ineptè appellauit. Diximus in definitione facultas, quia est ius, auctoritas, & potestas à Principe superiore attributa.

58 Diximus à Principe superiorẽ non habente, quia Reguli, & Feudatarij, & alij dominantes, qui superiorem habent, quamuis olim haberent ius concedendi litteras represaliarum, hodie tamen non habent, & tamquam de regalibus Principis hoc reseruatum intelligitur illis Principibus, qui superiorem non recognoscunt.

59 Diximus subditis concessa, quia represaliæ illis non conceduntur, qui eo tempore, quo damnum passi sunt, subditi non fuerunt, vt fraudes, & confusiones tollantur. Qui ergo petunt sibi represalias concedi debent, vt subditi vectigalia, & reliqua patriæ onera persoluere, nisi fortè aliqua immunitate iuuentur, & ab ipsa vectigalium solutione aliquo priuilegio liberati sint. Auth. Habita. C. Ne filius pro patre, vt sunt stipendiarij, l. Municipes, ff. ad mun. & de incol. l. Hæres absens, & ibi gloss. ff. de iud. & Principum Consiliarij, l. Ciues, & ibi glo. not. C. de incol. lib. 10.

60 Debeo ergo proprium Principem adire, eique exponere mea bona mihi vi publica fuisse ablata, mihique à Principe prædatoris mea bona reposcenti iustitiam, vel expressè fuisse negatam, vel differendo tacitè dissimulatam, ideoq; eius fauorẽ implorare, vt mihi litteras commendatitias cõcedat ad prædatoris Principẽ me summisse rogare, quibus eum ad ius dicendum ita hortetur vt res meas consequi valeam. Hanc restitutionem si iterum recusauerit, redeo secundò ad proprium Principem, eumque obsecro, vt, cùm iustitia mihi denegetur, velit suam authoritatem interponere, & represalias litteras mihi concedere, ac facultatẽ largiri dignetur, vt a quocunque subdito eiusdem exteri Principis, in eius iurisdictione commorante bona apprehendere, eaque vendere, vel quemcunque illius subditum etiam comprehendere, donec fuerit mihi integrè satisfactum, cùm alio æquiori modo non possim mea bona mihi iniustè ablata repetere, hocque pacto Diploma concedi solet.

61 Causa cognita dictum fuit, quia non debet iustus Princeps facile represalias concedere, nisi prius eidem legitimè constet de violenta re-

ta rerum subditi sui ablatione, & de iure eidem denegato.

62 Aduersus exteros additum fuit in definitione, quia represaliæ non conceduntur contra subditos, quos Princeps potest via ordinaria sententia condemnare, & ad bonorum ablatorum restitutionem compellere.

63 Non tamen omnibus exteris represaliæ conceduntur, sed quibusdam, & ideo in definitione dictum fuit: Quosdam: nam contra Legatos, seu Nuntios, qui iure gentium tuti sunt, l.Sancitum, ff. de rerum diu. l.2. §.Legatis, ff.de iud.& ibi gloss. in verbo, Destinati, represaliæ non habent locum, nec contra eorum familiares, seu seruos, eorumve bona. l.Si quis legatum, & ibi Bart. ff de legationibus. Alex in l.2. §.Legatis, & ibi Bart. in primo notab. ff. de Iudic. Bald.in l. Administrantes §.eorum ff.de excus.tut. vbi limitat hoc verum esse in familiaribus, seu socijs Legatorum legitimè datis, non in superfluis, & non necessarijs, & similiter hoc locum habet in bonis tantummodo necessarijs ad legationem Io.de Ligna in tract.de represalijs secunda part. secundæ princip. quæst. 1. in fine vide Bart. in l.1 ff ad l.Iul. maiest. & Bald. in l. Quæ à latronibus in fine ff. de testam. Idem dicendum est de clericis, Iudicibus, studentibus, & eorum bonis, ac famulis, contra ipsos enim non conceduntur represaliæ, Doctor. in Authen. Habita, C.Ne fil. pro patre. Eadem ratione excipiuntur, qui inuiti ad aliquem locum se conferunt, vt illi, qui personaliter in ius vocantur, vel ad testimonium perhibendum sunt citati, vt no. in l.2. ff.de iud. vel qui ventorum, ac procellarum vi aliquò impelluntur, vt nauigantibus interdum accidit. Authen. Nauigia, C.de furt. Immunes quoque à represalijs sunt peregrini, qui loca sacra, religionis gratia petunt, Authen. Omnes peregrini, C.commu.de success. gloss. in l. 2. §.Idem Claudio, ff.de iud. Et illi, qui ad publicas, & priuilegiatas nundinas se conferunt represaliarum periculo tuti sunt in loco nũdinarum, vbi capi, vel detineri non possunt, l.Vnica, C.de nund.

64 Ad magnas res repetendas dicitur, quia remedia subsidiaria, vti odiosa, pro modica re concedi non solent, vt in restitut. in integrum, l.Scio, ff.de rest.in integrum, multò minus pro re parua sunt represaliæ concedendæ.

65 Quæ tempore pacis ablatæ fuerunt dicitur, quia ea quę bellorum tempore auferuntur, legitimè ablata censentur, tunc enim omnia delicta, & cædes ipsæ vtrinque permissæ sunt, l.Naturalem, §.fin. ff. de acqu.rerum dom. & pace sequuta de offensis, & damnis, vigente bello, illatis amplius non agitur, cum omnia per pacem hincinde remissa intelligantur, vt habetur in extrauagan. De pace constantiæ.

66 Vi publica additum fuit, quia ob furta generaliter concedi non solent, sed conceduntur vt vis publica puniatur, aut inferenda inhibeatur, aut damnum passo hoc remedio succurratur, & ideò cùm

hoc

hoc sit remedium aduersus prędationes, non impropriè, vt diximus, represaliæ repredationes quoque dictæ fuerunt.

67 Ab exteris dicitur, quia si bona nostra à nostri Principis subditis auferantur alia via ordinaria nobis succurritur.

68 Nec Principis prædatoris iustitia suffragante res suas consequi possunt, etiam legitur in definitione, quia non conceduntur represaliæ nisi post denegatum, vel dissimulatum ius à Principe prædatoris.

69 Superiorem non habentis postremò dictum fuit, nam si Iudex superiorem recognoscēs ius mihi deneget, possum prouocare, & ad illius superiorem magistratum recursum habere, si vero iste quoque iudex appellationis pari iniquitate mihi ius, aut denegaret, aut dissimularet, tunc ad meum Principem recurrere possum ad represalias litteras impetrandas.

70 Non enim represaliæ sunt concedendæ, quando alia via possum a prædatore res meas repetere, & consequi. Verùm cùm id mihi exteri Principis iniustitia non conceditur, sed patitur subditum suum mea substantia iniustè ditari, subsidiarium hoc remedium à legibus subministratur, vt alterius subditi iactura meum damnum resarciatur idque permissum videtur ad par pari referendum, quemadmodū enim exterus Princeps patitur alterius subditi iactura suum subditum locupletari, sic alterius incōmodo resarciri æquū videtur. hocque remedio Principes promptiores reddantur ad ius exteris dicendum, & subditis non permittendum, vt exterorum bona inuadant, atque vsurpent. Omni autem iure represalias concedi testatur Iacob. a Canibus, in tract. represal. & Bar. in suo tract. represal arum, de quibus habetur etiam apud D. Thomam, 2. 2. quæst. 40. ad quos breuitatis gratia lectorem remitto.

71 Illud tandem non est prætermittendum, captum pro represalijs posse, quod soluit, repetere ab eo, cuius causa concessæ fuerunt represaliæ. Bar. & Ludou. Rom. in l. 2. §. Item in facto, ff. de verborum obl. Fel. in cap. De cætero, in fine, de hom. Paul. de Castr. Alexand. & Ias. in l. 2. § fin. ff. de cond. caus. dat. Ioann. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de iniur. §. 1.

72 Fructus quoque vicini in proprio agro iacentes quisque pascere potest l. Qui seruandarum § fin. ff. de præscr. verb.

73 Conceditur etiam iter facienti equum suum pascere ex alienis frugibus natis penes viam in vicinis agris inuito domino, potestq; vti herba, ac viridi sylua pro vsu, & commoditate sua, § fin. de pace tenenda, & eius viol. in vsibus feudorum. Quod tamquam singulare notatur à Ludou. Roman. in suo sing. 234. Quod etiam Plato in suis legibus concessit, sic enim libro octauo scriptum legimus: Peregrinus in ipso itinere, si transeat solus, aut cum vno tantummodo, fructus non reponendos, si velit, hospitali cum venia, gustet.

Mili-

74 Militibus quoque, qui iusto bello militant, conceditur, vt si indigeant, victum prædando sibi parare possint, Ang. in l. 2. §. Cum in eadem, ff. ad leg. Rhod. de iactu. Apud Romanos tamen nec in exercitu, nec in locis vicinis militibus furari permittebatur: imò milites iurare cogebantur à Tribuno militari in hæc verba: In exercitu propè decem millia passuum furtum non facies, quicquid inueneris, sustuleris ve dolo malo domino suo cuium id censebis esse reddes &c.

75 Et quæ in iusto bello capiuntur, iure gentium nostra fiunt, nec furtiua dicuntur, §. Item ea, Inst. de rerum diuis. l. Naturalem, §. fin. & l. Adeò, & l. Transfugam, ff. de acquirendo rerum dom. & l. prima, ff. de acquirenda possessione, & ibi Ripa nume. 3. & seq. Ias. in §. Rursus, Inst. de act. & legitur in capit. trigesimo primo Numeri: Vnusquisque enim, quod in præda rapuerat, suum erat.

76 Barth. Cæpola in l. Marcellus col. 3 ff. de verb. sign. dicit de consuetudine rei militaris seruari, vt rapiantur pueri, & in exercitum ducantur, vt raptoribus tanquam famuli inseruiant, etiam parentibus inuitis, & se ita iudicari vidisse Bononiæ à Nicolao Picinino Illustri exercitus Imperatore, quod quidem ius militare seruari debere habetur in cap. Ius militare dist. 1. isti hominum, & bestiarum raptores tempore bellorum Saccomani vulgò appellantur.

77 Hostibus etiam perpetuis, ac infidelibus furari permissum est, l. Non solum, C. de commert. & merc. §. Item ea, Inst. de rerum diu. l. Nauigia, C. de furt. & facit illud quod habetur in diuinis literis: Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti iustitiam. Et labores impiorum pij edent. Nec a præmissis abhorret illud Virgilianum lib. 10. Æneid.

Adueniet iustum pugnæ, ne accersite, tempus
Cum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atque alpes immittet apertas.
Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit.

78 Et hostium sepulchra possumus diruere, & eorum lapides in quemlibet vsum conuertere l. 4. ff de sepul. viol.

79 Pyratas quoque posse impune spoliari scribit Bald. in Authent. Nauigia, C. de furt. & propria authoritate diripi posse, inquit Angel. cons. 290. Thema tale est, &c. quem refert, & sequitur Straccha in tract. de nautis, par. 3. nume. 31. Cæpol. in Authent. Sed nouo iure, C. de seru. fug. & non solum pyratas diripi, sed etiam capi, & capientium fieri tradit etiã Cæphal. cons. 186. vbi super pulchro facto consultus: an pyratæ, qui ad Corsicam insulam impulsi, relictis biremibus se in vrbem Bonifacium receperant, à militibus capti restituendi essent Tribuno religionis Hierosolymitanæ, qui eos fugauerat, eorumque biremes ceperat, an militum essent, & respondit eos Tribuno deberi, qui illos adeo profligauerat, vt ab eius manibus euadeer

dere non possent. per text. in §.Illud. Inst.de rer.diuis. & l.Naturalem §. Illud quæsitum ff. de acq. rer.domin.

80 Et quia,vt in § 4. diximus, fœneratores inter fures connumerantur,ideò etiam illis conceditur, vt ab hostibus, quibus furari licet, vsuras exigere possint, ex Di. Ambrosij doctrina relata in cap. fin. 14.quæst.quarta, sic dicentis: Ab illo exige vsuram, cui meritò nocere desideras, cui iure inferuntur arma, huic legitimè auferuntur vsuræ, quem bello vincere non potes, ab hoc vsuram exige, quem non sit crimen occidere: sine ferro dimicat qui vsuras flagitat sine gladio se de hoste vlciscitur, qui fuerit vsurarius exactor inimici: ergò vbi ius est belli,ibi ius vsuræ, faciunt tradita à Ludou. Roman. in l.Si vero, §. De viro, ff. soluto matrimon. in decima quinta fallent. Ioann.de Anan.in cap.primo, in penult.colum. de vsur. Hippol. de Marsil.in l.1.§.Præterea,numero trigesimo quarto, ff. de quæst. Contrarium tamen videntur sensisse, Ioann.de Anan.& ibi latè August Bero.num.114.in cap.primo, de vsur. Hostien.in summa,eodem titulo,§.An aliquo, octaua fallent. Doctor.in d.cap.Ab illo,Socin. in tract.fallent.reg.3 casu 29.

81 Hostes autem sunt illi, quibus populus Roman.vel Imp. seu Summus Pontifex bellum indixerunt. Item contrà illi hostes dicuntur, qui Christianis bellum indicunt. siue sint fideles,siue pagani, l.Hostes,ff.de capt.& postlimin.reuers. l.Quos nos, ff.de verborum signification. Quomodo autem Fœcialis populi Roman.hostibus bellum indiceret, scribit Aulus Gellius, libro decimo sexto, capitulo quarto,noct.attic.

82 Qui autem in alijs bellis capiuntur,quæ inter alios Principes inferiores geruntur, quamuis serui nõ efficiantur,vt tradit Innoc.in cap. Olim causam, de rest.spol. quem sequitur Bart. in d.l.Hostes: Res tamen captæ in huiusmodi bellis efficiuntur capientium, vt Inn.& Bart. tradiderunt in locis supradictis. Quando res quæ capiuntur in bello fiant capientium tradit Innoc.in cap. Sicut de iureiur. Card.in clem.2.§.3.quæst. de re.iu. & in clem. Dudum §.1. in fin. de sepult. Alex. in l.Si quid in bello, de capt. & postl. reuer. cap. Dicat 13.quæst 5.& ibi gl.

83 Non tamen licet militibus inter se furari, immo hoc expressè prohibitum est, inquit enim l. 3. ff.de re mil. Qui aliena arma surripuit,gradu militiæ pellẽdus est, l.Nam omnes versicul. Qui desertioni, ff.de re milit. Et de hac re tractat Aulus Gellius in cap. 4. libro 16 noct attic.

84 Cum suprà dixerimus, quędam furta in bello iusto facta esse licita, clarè deprehenditur non omne bellum esse iustum, nec omne iniustum: falsa est enim opinio Manichæorum existimantium, omne bellum esse iniustum, & Erasmi, qui in hoc illos sequutus est: si enim bellum, & maximè defensiuum,esset iniquum,nec alicui priuato homini liceret suum corpus tueri, & vim sibi illatam vi repellere,

lere, quod non solum omnia iura suadent, sed ipsa natura docet. Et in diuinis litteris multa iusta bella recensentur, multique homines bello clari celebrantur Ecclesiastici, cap. quadragesimo quarto, & ad Hæbreos cap. vndecimo, inter cæterosque in veteri testamento Dauid refulget, & in nouo Centurio. Et cùm Ioannes à militibus interrogaretur, quid facerent, vt salui fierent, eidem cap. tertio, Lucæ respondit: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris, ex quo loco intelligitur bellum non prohibuisse.

85 Tria autem potissimum sunt bellorum genera: quædam offensiua sunt, quædam defensiua, quædam autem punitiua, quæ suscipiuntur ad subditos rebelles, vel aliorum scelerum reos plectēdos.

86 Vt autem bellum iustum sit; illud in primis animaduertendum est, vt à Principe auctoritatem habente suscipiatur, & sic ab eo, cui belligerare fas est, cap. Militare, & cap. Dominus noster vigesimatertia quæst. secunda. Et regulariter, qui superiorem Principem recognoscit, non potest bellum offensiuum, seu punitiuum gerere eo irrequisito, qui iura Imperij habet, vt docet Bartol. in l. Hostes, in fine, ff. de capt. & postlim. reuers. Oldrad. consil. 70. Iul. Ferretus in tract. de iusto, & iniusto bello, numero 8. Didac. Couarr. in c. Peccatum par. 2 §. 9. num. 12. de reg. iur. in 6. Ang. consil. 367. In quæstione vertente colum. 3. versic. 3. In defensiuo autem non est opus hac licentia. Peregrinus de iure fisci lib. 1. tit. 1. num. 15. Debet etiam ex iusta causa suscipi, de qua re tractat Di. Thomas secunda secundæ. quæst. 40. artic. 1. Debet quoque indici: nam cùm bellum sit vltimum remedium exequendæ iustitiæ, ideò antequam ad hoc violentum remedium deueniatur, exemplo bonorum medicorum, faciliora remedia sunt tentanda: & sic mittendi sunt Legati pro componenda dissensione belli. Desideratur etiam, vt, qui suscipit bellum ad illud iusta causa adducatur; ideò scriptum est: Militare non est peccatum, sed propter prędam militare peccatum est, c. 5. 23. q. 1. Postremò debent etiam iura belli seruari in ipso belli progressu: vt stare promissis; & fidem datam, etiam hosti seruare: Legatos iure gentium tutos non lædere, stratagemata autem, & insidias adhibere licet d. c. Dominus noster 23. quæst. 2. & docet Di. Thomas loco citato: & quando bellum dicatur iustum tradit etiā gl. in cap. 1. 23. q. 2. Nostri autem Doctores dicunt duo saltem requiri, vt bellum iustum dicatur, causam iustam, & consensum Imperatoris, illius scilicet Principis, qui superiorem non recognoscit, & habet ius belli indicendi Doct. in l. 1. in prin. & ibi Ripa num. 69. ff. de acquir. possess.

87 Cùm etiam exules censeantur hostes Principis, & ideo ex forma Statutorum, etiam possint impunè offendi, & occidi, quæritur an quis impunè possit etiam illis eorum res auferre? Absque dubita-

tione non potest aliquis ea bona, quæ exul secum non habet arripere: nam aut fuerunt in fiscum delata, & ad Principem pertinent; aut non fuerunt fisco applicata, & eidem auferri non debent, cùm illa iure possideat. l. Papinianus exuli ff. de minor. Doct. in l. 1. C. de hæredibus instit. Peregr. in tract. de iure fisci lib. 3. tit. 7. de bannitis num. 3. Non enim exul sub pœna capitali amittit bona sua, nisi id expresse lege caueatur, vel in sententia exprimatur: quia sententia, quæ est (vt aiunt) stricti iuris, non recipit aliquam extensionem, sed strictam interpretationem Bald. in l. Data opera numer. 84. C. Qui accus. non poss. Alex. Corn. & reliqui scribentes in d. l. 1. C. de hæred. instit. Decian. consil. 64 nume. 44. vol. 3. Nec in his fit extensio de casu ad casum, etiam ex maioritate rationis. notat. in Authent. Quas actiones C. de sacr. Eccl. Salyc. in l. fin. C. de per. & commod. rei vend. Peregr. de iure fisci lib. 3.

88 Imò nec etiam dominus rerum furtiuarum habet actionem contra ea arma, ac instrumenta, quibus fur furatus est, si apud extraneum emptorem reperiuntur, ac singularem successorem, quamuis omnia bona furis sint pro rebus subtractis hypothecæ supposita; secus tamen est si ipsa bona reperiantur penes furis hæredem, ac vniuersalem successorem Ias. consil. 170. Nomine magnifici vol. 2. relatus à Beneuen. Straccha in tract. de nauibus par. 2. numer. 17. quem sequutus est in quæstione: An illi quorum bona fuerunt à pyrata direpta habeant actionem contra pyratæ triremem à tertio emptore possessam.

89 Dubium autem est quoad bona, quæ secum exul habet, an eo viuente illi auferri possint in eo loco, in quo offendi potest: & videtur posse; quia si licet eum offendere, & necare, multò magis spoliare, quod etiam videtur Cic. sensisse, dum lib. 3. officiorum scriptũ reliquit: Non esse contra naturam spoliare eum si possis, quem honestum est necare, tradit Hyppol. de Marsil. in l. Vnica, C. de rapt. virg. num. 36. Cui enim conceditur quod est plus, videtur etiã concessum, quod est minus, l. Cum furti ff. de in lit. iur. l. In eo quod plus ff. de reg. iur. & ibi Dec. cap. Plus semper de reg. iur. in 6 Hoc tamẽ verum non est, quia furtum est delictum diuersæ speciei, & ideò, quamuis sit leuius, non continetur sub maiori crimine diuerso, vt tradunt Doct. post Dec. in l. Non debet, ff de reg. iur.

90 Et idem est in adulterio: nam licèt adulterium minus crimen sit homicidio, tamen mulier bannita, quæ potest occidi non potest adulterari, vt asserunt Doct. & præsertim Dec. in cap. Quæ in Ecclesiarum col. 7. de constit. Bald. in l. Fideicommissum C. de fidei comm. & in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. Alex. in l. Non solet §. Quamquam ff. de iniur. Quamuis Nellus in tract. bannit. contrarium scripserit, & ma è, quem reprobat etiam Iul. Clar. lib. 5. sent. §. Homicidium vers. Sed an stante huiusmodi statuto.

An

91 An vero exul, qui impunè potest occidi, possit veneno necari, tractat Hyppol. de Marsil. in rubr. ff. ad l. Corn. de sicar. in fine.

92 Post necem autem banniti, ex interuallo, nec illius cadauer offendi, nec eius vestes, & alia, quæ secum habuisset, abripi impunè possunt l. 3. §. Aduersus eos, qui cadauera spoliant ff. de sepulc. viol. l. Qui sepulchra C. de sepulc. viol. Calder. in tract. Syndicatus quęst. 147. Nellus in tract. bannitorum in secunda part. vltimi temporis quæst. 3. Bald. in l. Sororem, C. de his quibus, vt indig. & in l. Ex hoc iure colum. 4. ff. de iust. & iur. Salyc. in d. l. Qui sepulchra C. de sepul viol. Ang. in tract. malefic. in verbo, vestem cœlestem colum. 1. & ibi Aug. de Arim. in add. t. latè, & Bald. in l. de his C. de furt. dicit talem mortui spoliatorem furca esse suspendendum, & Lud. Rom. in l. Gerit ff. de acquir. hæred. dicit interdum opinionem Baldi fuisse in facto seruatam, eam tamen reprobat, vt facit etiam Salyc. in d. l. De his. De hac materia tractat Marsil. in l. fin. ff. de quæst. nu. 49. Bald. in cap. In litteris colum. 1. de rest. spol. & in l. fin. circa medium C. si contra ius, vel vtil. pub. & in l. 3. C. Si pend. appellat. mors inter. Bart. in l. Nec in ea, ff. ad l. Iul. de adult. Castren. in l. In suis ff. de lib. & posth. Pel. in cap. Quæ in Ecclesiarum column. 5. de const. Curt. consil. 60. Marsil. in l. Vnica numero 36. C. de rapt. virg. & in sua pract. crim. in §. Aggredior nu. 83. Cùm enim morte omnia soluantur, eiusque nece exilium expiret, eo extincto, non potest amplius nec in bonis, nec in persona offendi, perinde ac si exilium fuisset lapsu temporis sublatum l. Si pœna, ff. de pœnis, l. Diuus Hadrianus, ff. de bon. damn. Hippol. de Marsil. in l. fin. num. 28. ff. de quæst.

93 Et per hæc reprobari potest opinio existimãtium creditorem, qui ex pacto potest iubere debitorem suum comprehendi, posse etiam illius cadaueris sepulturam, cum licentia Iudicis sequestro impedire, de qua re agit Marsil. in suo sing. 199. In iure expressum, & c. in fine.

94 Et an cadauer banniti possit in eam ciuitatem portari, & ibidem inhumari, in qua viuens morari non poterat. Bart. in l. Si quis Insulam ff. de cadauer. punit.

95 Maior dubitatio est an tempore quo exul iure necatur, tunc eidem vestes, ac reliqua, quæ secum habet, possint ei impunè auferri, idque fieri posse Salyc. Sentit in l. De his C. de furt. Lud. Rom. in l. Gerit ff. de acquir. hæredit. Paul. Castren. in l. Imperium, nume. 38. ff. de iurisd. omn. iud. & in consil. 33. incip. Super primo quæsito, in fine, quem sequitur Pelin. in d. c. Quæ in Ecclesiarum in 5. colum. de cõst. Curt. iun. in d. l. Imperium num. 35. & idem dicit Nellus in tract. bannit. in secunda parte tertij temp. in 3. quæst. Alber. de Ros. in 4. part. stat. quæst 92. incip. Si statuto cauetur, vbi sententiæ suæ hanc reddit rationem, quia scilicet tunc dici non potest commissum furtum, nec crimen expilatæ hæreditatis, cùm hæreditas illius

exulis tunc non fit ab aliquo adita, nec possessio in hæredes transeat sine apprehensione, l. Cum hæredes in princ.& l.Qui vniuersas, §. Quod per colonum ff. de acquir.possess.& Bald.in cap. in litteris, vers. Prædo de rest.spol. cum qui potest in corpore plecti multo magis in bonis posse offendi dicit Hyppol. de Marsil. in pract. crim. in §.Aggredior,numer.83. & Cæphal.consil.57.num.12.

96 In hoc Dominio Veneto lege Illustrissimi Cons. X. Virum anni 1560. diei 16. Decembris cautum est, vt occidentes, seu capientes in flagranti crimine delinquentes in delictis atrocioribus consequantur arma,equos, pecuniam, & bona, quæ ipsi delinquentes viui detenti,aut mortui tunc penes se habebant. Et alia lege eiusdem Consilij anni 1578. 26.Septembris Villarum vniuersitatibus capientibus, seu occidentibus exules,inter cætera, conceduntur etiam beneficia,& omne id,quod occisoribus, & captoribus delinquentium in flagranti crimine attributum est, & sic obseruatur.

97 In quibusdam tamen casibus exceptis exul potest etiam de iure communi in bonis impunè deprædari, vt in crimine perduellionis, l.Transfuga, ff. de acquirendo rerum dominio. Quod crimen, vt primùm committitur, statim delinquens intelligitur rebellis, vt in extrauagan. Qui sint rebelles, dum tamen hoc fiat ante sententiam infiscatoriam, vt latè scribit Bartol. in d. extrauagan. in gloss. Rebellando, columna tertia, & tradit Peregrin. in suo tract. de iure fisci, libro tertio, titulo octauo,de rebellibus,num.4. post alios ibi per eum relatos.

98 Transfugæ etiam possunt in bonis depredari, l.Postliminium, ff.de capt.& postl.reuer.l.Item ei, ff. Ex quib.caus.maior.

99 Exul quoque ab Imper.vel Pontific. in exilium missus in casibus expressis in iure poterit, sic iure concedente, impunè rebus suis exui Bal.in cap.1. in tit. Hic finitur lex in vsibus feud. & alij a Peregr.relati in tract.de iure fisci lib. 3.tit.7.num.43.

100 Bona quoque hæreticorum rapere licet, vt ad vnitatem ecclesiæ redire cogantur, vt habetur in cap. 1. & in cap. Apud veros, 23. quæst.1.

101 Furari etiam quisque potest impunè meretricibus, vt tradit Hippol. de Marsil. in l. Vnica, C. de rapt.virg.nume.34. nam,vt ipse, inquit, si impunè earum personæ rapi possunt, l.Quæ adulterium, C.ad legem Iul. de adult. l.Verum est, ff. de furt. l.1. in princ. C. de rapt. virg. & ibi glo.in verbo, Virginum honestarum, quæ sunt bonis suis digniores, tanto magis ipsa bona, l.In pecudum, ff. de vsur. & in §.In pecudum,Inst.de rerum diu. Ias.in l.Si quando, C.vnde vi, column.10. vbi habetur leges violentiæ mentionem facientes habere locum in furto. In vsu tamen non est, nec in iudicijs permittitur,vt meretrices possint rapi, nec earum bona auferri, & maximè Venetijs. Expediret tamen vt earum bona possent rapi: hoc enim modo,

modo, aut ab incontinentia abstinerent, aut adeò rapaces non essent, vt sunt maxima hominum iactura.

102 Meretricem autem non posse testari de acquisitis ex stupro, vel adulterio, sed huiusmodi bona ad fiscum spectare tradit Natta consil.560. Ari. Pinell. in l. vlt. nu. 20. de bon. mater. Symon de Prætis, lib. 2. de interpret. vlt. volunt. dub. 1. fol. 4. num. 36. Sed nec hoc in Veneto Dominio obseruatur. Vide tamen quæ scripsit Ludou. Carbo de rest. quæst. 48.

103 Furtum etiam impunitum sit ei, qui aleatores in domum suam recipit, illisque ludendi commoditatem præbet, dummodo furtum fiat dum ludunt, tunc enim fur non potest de furto accusari, l. 1. §. 1. ff. de aleæ lus. & aleat. Iodoch. in pract. crimin. cap. de fals. aleis, num. 8. Et quid iuris sit de astantibus, & colludentibus idem Iodoch. ibi tradit num. 11. Anton. Corsett. in singul. in verbo, Furtum, nume. 1. Paris in tract. de Ludo, numer. 46. Cœpol. caut. 55. Si aliquis, Ias. in l. Si ita stipulatus fuero hanc summam, nume. 4. de verb. obl. Caccialup. in tract. de Ludo, num. 65.

104 Domus autem vbi publicè lusores alearum ludunt, in fiscum defertur. Authent. alearum lusus, C. de relig. & sumpt. funer. & qui domum, vel alia necessaria ad ludendum præbent, publici hostes appellantur, & magis delinquunt, quàm lusores ipsi, vt tradit Carbo de restitutione, quæst. 39.

105 Mutuans in ludo de iure repetere non potest, d. l. Alearum vsus, sed contrarium obseruatur, August. de Arimino ad Angel. de malefic. in verbo, Metitor di mali dadi, nume. 15. & seq. Didacus in repetit. cap. Peccatum, fol. 124. Iul. Clar. lib. 5. sent. in §. Ludus, versic. Item mutuans.

106 Occasione ludi lis esse non potest, l. fin. §. Si in alea, ff. Quar. rerum act. non dat. Doct. in l. Si quis cum sciret, ff. de vsuc. Iul. Clar. in d. §. Ludus, in fine, & in legibus municipalibus Vrbis Venetiarum sic legitur: Veruntamen rationem non faciam alicui personæ de ludo, nec de aliquibus ad ludum pertinentibus, nec de denarijs datis, & mutuatis causa fornicationis, ac promissionibus factis pro prædictis modo aliquo.

107 Et propterea occasione ludi prohibita est transactio, quæ, vt lis dirimatur, fit. Doct. in c. Clerici, il 2. de vita, & hon. cler. Costa de ludo, art. 5. num. 1.

108 Lusor vendens in ludo non tenetur de euictione, §. Si in alea, l. fin. ff. Quarum rerum act. non datur, Iodochus, c. de Falsis aleis, num. 7.

109 Vtrum autem vincens in ludo teneatur ad restitutionem, & de licitis, ac illicitis ludis tractat Iul. Clar. in d. §. Ludus, versic. Item vincens. Caccialup. de Ludo. Iodoch. in tit. de falsis aleis. Quosdam autem ludos esse diuinos, quosdam humanos, & quosdam diabolicos tradit Carbo, de restitutione, q. 38.

110 Lusorem publicum esse flagitiosum, ac vitam turpem ducere

constat in cap. Inter dilectos, & c. Clerici officia, de excess. prælator. c. Episcopus, 35. dist. & ideò à testimonio repelli tradit Mascard. de probat. conclus. 995. vbi plures adducit auctoritates, & Arist. c. 1. libr. 4. Ethic. æquiparat aleatores latronibus, & tamquam prodigi ab eodem Philosopho vituperantur, quod bona sua indignè profundant, & fortunæ committant. Et lusori sicut prodigo, & furioso bonorum administrationem interdici posse scribit Bald. in l. Ea lege, col. vlt. C. de cond. ob causam.

111 Et qui res suas sorti, vel fortunę committunt grauiter peccant, vt habetur in cap. Sortes, & sequ. 26. quæstio. 5. Quamuis non semper sors prohibita sit, vt ex Diui August. sententia docet D. Thomas, secunda secundæ, q. 95. art. 8.

112 Nec alearum ludus est sua natura malus, quamuis ex casu fortuito pendeat, sed indifferens, vt tradit Sotus, lib. 4. de iust. & iure, Didac. part. 2. §. 4. numer. 2. in sua relect. Lud. Carb. de restitut. quæst. 38. Fit autem malus ex diuersis accidentibus, & quando non delectationis causa exercetur, vt animus relaxetur, sed ad malum finem, vnde multa mala proueniunt, quæ recensentur ab Host. in tit. de excess. prælatorum, Furta scilicet falsitates, sacrilegia, patrimoniorum dilapidationes, & alia crimina, vt confirmat etiam Paris de Puteo, in tract. de Ludo, & præsertim lusores blasphemi efficiuntur l. vltima, C. de religios. & sumpt. funer.

113 Nec est prætermittenda illa ludorum distinctio, in aliquibus scilicet solummodò sortem, vt multi dicunt, dominari, vt in aleis, in aliquibus solum ingenium, vt in schaccorum (quamuis alioquin iste latrunculorum ludus sit perniciosissimus, cùm ad iram excitet lusores, quia perdentes non possunt in fortunam culpam reijcere, & quia in eo, non relaxatur animus ludentis, quod est ludorum speciale munus, sed imò defatigatur, & angustiatur) & in aliquibus ludis vtrumque dominatur fortuna, vt dicitur vulgo, & ingenium, vt in tesserarum ludo. De pœnis autem lusorum videndus est Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 399. & 400.

114 Et meritò ab antiquis, & noua Romanorum lege, & à Pōtificum Decretis lusus fuit prohibitus, vt etiam factum fuit in toto hoc Serenissimo Dominio, in quo anno 1457. 5. Augusti lege Consilij X. Virum ludus cartarum, & taxillorum prohibitus fuit etiam in triremibus, & alijs nauigijs qua lege lusores damnantur ad lucri restitutionem, & tamquam infames ad carceres per sex menses, iussitque tamquam impostores publicari; & puniri etiam illos, qui permittunt vt in suis ædibus ludatur alia lege eiusdem consilij diei 27. Februarij 1567.

115 Ille autem tenetur furti, qui in ludo vincit pecuniam, quam sciebat non esse perdentis, vt accidit in filijs familias, vel seruis ludentibus pecunias patribus, & dominis subtractas, nec vincentes faciunt istam pecuniam victam suam,

suam, Bald. in rubr. C. de cond. ob turpem causam, Ias. in l. Cum seruus, in fine, ff. de cond. indeb. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 24. num. 6. Roland. à Valle, cons. 45. volum. 1. num 4. & Bald. in d. l. Cum seruus dicit illam legẽ esse memoriæ commendandam, in proposito scholarium, quorum libri pignori dantur ab ipsorum famulis fœneratoribus scientibus libros non esse famulorum, quo casu fures sunt, & tenentur libros scholaribus sine nummis restituere.

116 Qui autẽ ludit cum falsis aleis, aut falsis taxillis tanquam fur debet puniri, quia de furto tenetur. arg. l. Falsus ff. de furt. vel saltem extra ordinem punitur, & condemnatur ad restitutionem pecuniæ, Bald. in rubr. C. de cond. ob turp. caus. Io. Andr. & Imol. in cap. Clerici de vita, & honest. cler. Di. Th. 2. 2. q. 22. dicit hos teneri non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro iudiciali. Et idem iuris est si quacunque alia fraude ludens à socio cum quo ludit decipiatur. Ang. Ferrar. in add. ad Ang. Aret. in tract. de malef. Vers. Metitor di mali dadi, circa finem.

117 Per iocum etiam res alienæ impunè surripiuntur, nec est hoc furtum punibile, quia non animo lucri faciendi contrectantur, l. Illud relatum, §. Sanè, in fine, ff. de iniur. & fam. libell. l. Si ex plagis, §. fin. & l. Item Mela, in princ. ff. ad leg. Aquil. De hoc furti genere sic Horat. ait Ode 10. lib. 1. carm. dum de Mercurio loquitur.

Te canam magni Iouis, & Deorum
Nuncium, curuæque lyræ parentem,
Callidum quicquid placuit iocoso
Condere furto.
Te, boues olim nisi reddidisses
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.

Mercurius enim clàm abegerat pecus Admeti Regis negligenter ab Apolline seruatum: quam ob rem cum vellet vulnus Mercurio inferre, non inuenta sagitta, quam ei Mercurius præstigio prẽripuerat, risit Apollo iocosum furtum, vnde Tibullus libr. 3. Mercurium sic inducit loquentem.

Me quondam Admeti niueam pauisse iuuencam,
Non est in vanum fabula ficta iocum.

Et simili quoque ioco legitur Mercurium matri, & sorori vestes, dũ se lauarent, surripuisse, spectatoribusque risum excitasse. Et profectò verum est Stobæi dictum: vitam humanam sine iocis esse tãquam iter sine diuersorio, vnde Di. Hieronymus scribens ad Lætam dixit: Experimento se didicisse asellum in via cùm lassus fuerit, diuerticula quærere, sed ne quid nimis, vt nos quoque Cicer. admonet libr. 1. officiorum, dum inquit, ludendi modum esse retinendum, ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquem turpitudinem delabamur, & distinguendo ludos noxios ab ijs, qui iure concessi sunt, inquit: Nos ita à natura non esse generatos, vt ad ludum, & iocum facti esse videamur: sed ad seueritatem potius, & ad quædam grauiora studia: nosque admonet, vt ludo, & ioco,

& ioco, ita vtamur, sicut somno, & quietibus cæteris, postquam grauibus, serijsque rebus satisfecerimus. Sed ad rem nostram etiam pertinet, quod scripsit Decianus præceptor meus Eruditissimus, ac Iurisconsultissimus vir in tract. crim. lib. 6. cap. 34. Illum scilicet, qui iocosè clericum offenderit excusari, allegat gloss. in cap. Si quis suadente diabolo, decima septima quæst. quarta, & cap. Cum voluntate, de sententia excommunicatión. Qui autem dat operam rei illicitę, ludoque noxio, si damnum inferat, non excusatur si dicat ludendo fecisse, l. Nam lusus, ff. ad legem Aquiliam, cap. primo, de præsumpt. cap. Clerico, & cap. Si quis voluntate, quinquagesima dist. tunc enim omne maleficium præsumitur praue actum, l. prima, C. ad legem Cornel. de sicar. l. Si non conuiciј, C. de iniur. & not. in dicto cap. primo, de præsumpt. Nec ille lusus debet appellari, ex quo crimina oriuntur, inquit Iurisconsult. in §. penult. Proęmij Digestorum, & inquit Salomon, cap. vigesimo sexto, Prouerb. Sicut noxius est, qui mittit sagittas, & lanceas in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus, dicit; Ludens feci. Nec illud abhorret, quod legitur, cap. decimo, Prouerbior. Quasi per risum stultus operatur scelus. Et de ludo habetur in cap. Recurrat, trigesima secunda, q. 4. & in cap Ne quis, vigesima secunda quæst. 2. Et ioci gratia facta obligatio non valet. l. Obligationũ substantia ff. de act. & obligat.

118 Fit & furtum impunitum in illis rebus, quæ leuandæ nauis gratia in mare, ita ab illarum dominis proijciuntur, vt eas pro derelictis habeant, l. Falsus, §. Si iactum, ff. de furt. quia inuito domino non contrectantur, cùm domino careant, & ideò occupantis fiunt. An autem in dubio præsumatur dominum res suas in mare deijcientem illas habere pro derelictis gloss. in dicto §. Si iactum, in verbo, Plerunque dicit in dubio non præsumi, & allegat §. fin. ff. de rerum diuisione, l. Qua ratione, §. fin. ff de acquirendo rerum dom. & l. Qui leuandæ, & l. secunda, §. fin. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Verùm quoniam in d. §. Si iactum contrarium est decisum his verbis. Et si quidem derelinquentis animo iactauerit (quod plerunque credendum est, cum sciat periturum) qui inuenit suum facit, nec furti tenetur. Accursius ibi, & in d. §. fin. Inst. de rerum diu. conciliando has leges inquit, animum proijcientis argui ex modo proijciẽdi, si enim, inquit, liber apertus proijciatur, habetur pro derelicto: si autem merces benè compositæ sint eiectæ, ita, vt proijciens sperare potuerit, etiam si non caperentur, eas non fuisse perituras, illas animo non dereliquisse de hac materia tractant Doct. in l. Falsos in §. si iactum ff de furt. Quando autem quis has res fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus animo lucrandi abstulerit furtum committit, si eo animo non fuerunt eiectæ, vt pro derelictis haberentur d. §. fin. Inst. de rerum diuis.

119 Ex identitate rationis cautum est, illas quoque res iure abripi posse, quæ in incendio erant perituræ l.3. §.Item tenetur, ff.ad leg. Iul.de vi publ. & licet etiam impunè ædes ipsas alienas diruere ad ignem impediendum, ne in alias vicinas ædes irruat, l.3. §.Quemadmodum ff.de incē.ruin. & nauf. l. Si quis fumo in fine, ff.ad leg. Aquil. Ang.de malef.in verbo, Incendiario, Hippol. de Marsil. in l.prima, ff.ad legem Corn.de ficar. num.116.117. & sic domus destructa debet refici sumptibus viciniæ de consuetudine, non de iure. Bart. in l. Si alius. §. Est, & alia ff. Quod vi, aut clam.& in l.1.in prin. ff.ad l.Rhod. de iactu. Bald. in l.Si laborante.ff.eod. Specul.in tit.de Actore. Versic. Item quod vidit Papa. Et si licet destruere, tantò magis licebit subtrahere, cùm hoc subtrahentis commodo, illud autem destruentis incommodo fiat. Hoc tamen pendet ab animo, & voluntate domini, an scilicet res ipsas deseruisset, nec ne, d.l.Falsus creditor, ff.de furt. qui quidem animus ex circumstantijs, (vt diximus) deprehenditur. Verùm in hoc casu non facile est aperienda via furtis, sed potiùs arctanda, cùm passim nequissimi homines ad incendia aduolent, non vt illa extinguant, sed vt res diripiant, existimantes se hoc modo obsequium præstare Deo: & ita plerunque maiora adferentes damna, quàm incendium ipsum, pharmacum morbo perniciosius adhibent.

120 Illæ quoque res, quæ à Principibus proijciuntur, in vulgus, ab Imp.in §.Hoc amplius, Inst.de rer. diuis. missilia vocatæ, quando pro derelictis habentur, similiter occupanti conceduntur: ijsdem enim modis res desinunt esse nostræ, quibus etiam acquiruntur, l. 1. ff. Pro derelicto, Rom.cons.360. Nemo tamen potest rem quam in solidum possidet pro parte habere pro derelicta, & pro parte non. l.3. ff.eod. nisi prius fuisset diuisa, quo casu alter potest partem derelinquere, quia duæ res tunc esse censentur gl. in d. l.3. An autem alimentorum denegatio faciat haberi pro derelicto tradit Iurisc. in l.fin.ff.eod.& ibi gl.& Doct. & facit 83.dist.in princ.

121 Excusatur etiam furtum rei minimæ propter illius modicitatem: & licèt actio furti detur pro gallina, & ansere, l.Naturalem, §.Gallinarum, ff.de acquiren. rer. dom.§.Gallinarum Inst. de rer.diuis. & ibi glo. dicat hoc verificari etiam in ouo, quam omnes scribentes sequuntur, quia magis attendatur animus furantis, quàm rei furtiuæ magnitudo, c. vlt. 14 quæst.6. cap. Vulgaris de pœnit. dist.1. Et magis fur ille dicatur, qui modica furatur, quàm qui magna; quia, vt inquit Tiraqu. in l.2. connub. numero 12. qui maxima diripit, minima fortasse contemnet, qui autem parua subtrahit maiora non despiciet, & Aristotel. libro primo, cap. decimo quarto, Rethor. leuia furta vt i alijs grauiora consideret: dum enim illas esse maiores iniurias inquit, quæ à maiore iniustitia proueniunt, dicit interdum mini-

minimas iniurias maximas esse, vt in Melanopo accidit à Calistrato accusato: quòd tribus dimidiatis obolis suo Deo dicatis templi ędificatores fraudasset, quia, inquit, qui tres dimidiatos obolos furatur facilius maiura surriperet. Et Cic. pro Flacco dat hoc vitio maximo Heraclidi, quòd multos Romæ paruis in rebus fraudasset. Pro modica tamen re licet furti agatur non tamen datur actio de dolo, l. Si oleum, §. fin. & l. seq. ff. de dolo, & faciunt notata in d. §. Gallinarum, & ibi Io. Faber Instit. de rer. diuis. & tradita per Io. de Turrecrem. in cap. Si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. post glo. dum inquit, ob leuem iniuriam clerico illatam iniuriantem ab excommunicatione excusari, & tradit Iul. Clar. lib. 5. sent. in §. Furtum, vers. Pariter etiam, & in §. Iniuria, vers. Item condemnatus, ad quem lectorem remitto, & latius Tiraq. in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo num. 10. vbi disputat de casibus, in quibus rei minimæ habetur, vel non habetur ratio. Huic rei Plato quoque assensit dum lib. 8. Reip. ita scriptum reliquit. Pyra vero, & mala, tum allia, tum punica, cœteraque huiusmodi clam auferre turpe non sit. Et quando minimæ rei ratio habeatur tradit Dec. in cap. de appellationibus in 2. notab. de appellat. Et Alciat. lib. 1. de verb. sign. Hinc Doct. in cap. Accedens 11 2. Vt lite non contestata dicunt, quamuis generaliter inimicitia oriatur ob rem ablatam, id tamen non obtinere quando res ablata est minima.

idque notat etiam Blanc. de indic. num. 97. & minima non esse consideranda, multis auctoritatibus, multisque exemplis docet Hippol. de Marsil. in l. Furem nume. 9. & sequen. ff. ad legem Cornel. de sicar. & in l. Si vt allegas, C. eodem tit. num. 6. & seq. & in singul. 276. Parum, tractat quomodo parum, & nihil æquiparentur. Legimus tamen Solonem legem tulisse, quę pœnam infligebat, etiam ijs, qui bubulū stercus furto sustulissent, & cum hoc stercus à Græcis bolitus appelletur, hinc deductum fuit adagium: Boliti pœnam, quando quis ob rem minimam punitur.

122 In Thesaurario, fuit ærarij publici Præfecto, secus est; ille enim si tantillum quidem ex ærario surripuerit, incidit in pœnam statuti punientis furem publicæ pecunię, Doct. in l. Si seruum, §. Prætor in fine, ff. de acquiren. hæred. Ias. in Authen. Qui rem, C. de sac. eccles. Nisi ex honestate personæ contrarium esset præsumendum. Fran. Aret. in l. Quamuis, & ibi etiam Bar. ff. de cond. & demon.

123 Si autem furta minima essent geminata, quid statuendum dicemus infrà in §. vlt. vbi de pœnis furtorum agemus.

124 Qui autem minutatim sæpius subtrahit plura minima, licèt hæc coniuncta non paruam summam auri constituant, in foro conscientiæ nulla vice peccat, nisi venialiter, vt Nauarrus affirmat in Manual. Confess. cap. 17. numero decimoquarto, idque etiam asseruit Sotus libro quarto, quæst. 7. art. 3.

de

de iust. & iure, & libr. 5. quæst. 3. art. 3. dummodo, dum singula minima subtrahit, non fit ei in animo plura capiendi. Nec fur tenetur ad restitutionem minutorum furtorum sub pœna mortalis peccati, modicitas enim rei excusat, non solùm à culpa lethalis peccati: sed etiam à rei subtractæ restitutione. Quæ autem sit ista minima quãtitas, quæ à peccato mortali excusat, quidam dicunt esse decimam partem vnius aurei: sed verius est hoc arbitrarium esse, habita ratione non tum ipsius rei, quam personarum, locorum, ac temporum. Quid enim si subtrahatur instrumentum vile ei, qui illo sibi victum compararet? aut si in naui, vel in obsidione panis, sine quo quis esset fame periturus? Quando igitur ex ablatione rei paruæ illius dominus grauatur, tũc fur tenetur ad restitutionem, & mortaliter peccat, secundùm Diuum Thomam, secunda secundæ, quæst. septuagesima sexta, dum modo fur habeat animum furandi, & damnum inferendi.

125 Furta etiam propter minorem ætatem furum impunita sunt, quod vt meliùs intelligatur, præmitto sex esse hominum ætates. Prima est infantia vsque ad septimum annum tam in mare, quam in fœmina l. si infanti, & ibi gloss. C. de iur. delib. & ibi Alex. & in cap. 1. de desp. impub. libr. 6. Secunda est pueritia, siue ætas pupillaris vsq; ad annum duodecimum in fœminis, & ad decimum quartum in masculis l. fin. c. Quando tut. vel cur. gl. in c. si pater de test. in 6. & in c. pueri 12. quæst. 5. 10. Andr. in rubr. extr. de delict. puer. Tertia est adolescentia vsque ad vigesimum quintum annum l. 1. in fine ff. de minor. Quarta est iuuentus vsq; ad quinquagesimum annum in cap. Iuuenis de sponsal. in l. Non aliter ff. de leg. iij. Quinta est senectus vsque ad septuagesimum annum §. Item maior Inst. de excus. tut. Sexta est decrepitas l. fin. C. de sacr. eccles. vsque ad annum centesimum vltra quod tempus viuere nemo præsumitur. l. si vsusfructus municipibus ff. de vsufr. leg. Sunt autem homines infantes vsque ad annum septimum, quia vsque ad hanc ætatem non commodè fari possunt, & hinc est, quòd etiam adulti, qui rectè loqui nesciunt, infantes appellantur, & ieiunitas, ac inopia orationis infantia dicitur, & ideò Iurisconsultus dum loquitur de pupillo maiori infante, in l. Pupillus, ff. de acquirenda hæred. inquit: Pupillus si fari possit, &c. Cic. in Bruto ait: Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse, & ad Q. fratrem scripsit: Gabinius absolutus est omnino, nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusq; infantius, & lib. 3. de Orat. inquit. Infantiam eius, qui rem nouit, quamuis eam explicare nõ queat, laudandam esse, & in Orat. inquit. Qui audiunt summissum, & humilem Oratorem, quamuis infantes sint, illo modo confidunt se posse dicere. Auctor ad Herenn. libro secundo, ait; Et dum cautè, expeditèque loqui volunt, infantissimi reperiuntur. Hinc Hor-

rat.

rat.Sat.5.lib.2.statuas infantes appellat

——seu rubra Canicula findet
Infantes statuas.

Et quod inenarrabile est, verbisq; explicari, aut non potest, aut non debet, infandum appellatur. Virg. secundo Æneid.

Infandum Regina iubes renouare dolorem.

Et 4.Æneid.

Infandum si fallere posset amorem.

Per translationem autem apud Hispanos ille Principis filius Infans dicitur, cuius pater, & frater maior natu viuit, quòd fandi non habeat facultatem in Reipublicæ, ac Principatus administratione. Et pari modo Cardinales dum os habent a Summo Pontifice clausum, antequam illis aperiatur, fandique facultas concedatur, infantes dici possunt. Infans ergo cum nullum habeat intellectum, & non multum a furioso distet, vt ait Iustin. in §.Pupillus, Inst. de inutilibus stipul. nullius delicti culpam admittit, l. Infans, ff. ad legem Cornel. de sicar. & quia est doli incapax, nec etiam naturaliter obligatur, l.1.in fine, ff. de act. & oblig. & ideo in l. Impuberem, ff. de furt. dicitur, infantem furtum non facere, nec in eum culpam cadere posse, & concordat clem.1.de hom.

126 Pupillus autem dicitur paruus puer; pupus enim puerum significat, & ideo Varr. inquit: Mammam lactantis sugentem pascere pupum, & sic pupa est puella paruula Mart.lib.4.

Pupam se dicit Gellia quum sit anus.

Et hinc nequaquam illepidè pupę dictæ fuerunt imagunculæ illæ, quas puellæ lusus gratia conficiebant, vt grandiusculæ, ac pubertati proximæ Veneri offerrent Pers. Sat.2.

Dicite Pontifices, in sacris quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatæ à virgine pupæ.

Pupillus cum nec velle, nec nolle in ea ætate credatur, l.Pupillus, ff. de reg.iur.& omnia ignoret, l.fin. ff.rem pupill. sal. for. eius crimina solent impunita pertransire: nam vt legitur in cap.secundo, de delict.puerorum. In pueris relinqui solet inultum, quod in alijs prouectioris ætatis humanæ leges dicunt seueriùs corrigendum. Bald. in c.1.§.1. Quo temp.mil.glo. in l.In negotijs ff.de reg.iur.

127 Isti pupilli etiam impuberes dicuntur, & pueri etiam, qui sunt, donec puberes fiant l. Mela in princ.& ibi Bart.in 1 notab. ff.de alim. & cib.leg. l.Pueri ff. de verb. sign.& ibi gloss. Abb. in rubr. de delic.puer. & in tit. de frig. & malef.cap.Pueri 32.quæst.5.pubertas enim pariter in maribus anno decimoquarto, & in fœminis duodecimo expletur, & postea puberes appellantur, dictęque fuerunt ab ipsa pube, & lanugine, quæ maribus decimo quarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri solet, cap. primo, de delict. puerorum, cum ergo ante decimumquartum annum inuestes, & imberbes sint, meritò impuberes dicuntur. Modestinus in l.Arrogato, §.Non tantum, ff.de adopt. ple-

nam

nam pubertatem appellat decem, & octo annorum Imper. in l. 1. C. de fals. mon. dicit Impuberes etiã si sceleris conscij fuerint nullum sustinere detrimentum, quia ætas eorum, quid videat ignorat, & consilij incapax impubes dicitur, in l. More, ff. de acquirenda hæred. & sine tutore impuberes agentes nihil posse, & nihil scire intelligũtur, vt inquit l. fin. ff. de iur. & fact. ignorant. l. 1. §. Impuberes, ff. commod. & in l. Pupillus, ff. de acquir. hæred. dicitur pupillum, neque scire, neque discernere posse, non magis, quàm furiosum, & ideo crimen ingratitudinis committere non posse, inquit, l. Si quis in suo, in fine, C. de inoffic. testamento. Sed quamuis impubes non possit ea crimina, quæ membris genitalibus committuntur, patrare, non caret tamen illa ætas alijs criminibus, furtis enim, mendacijs, & periurijs abundat, vt inquit Summus Pontifex, in capit. primo, de delictis puerorum. Pupillus autem ille dicitur, qui morte patris, vel emancipatione sui iuris effectus est, non qui habet patrem l. Pupillus in princ. ff. de verb. sign. gl. in fin. ff. Vbi pup. educ. d: b. & in l. fin. §. Pupillus de verb. oblig. & ibi Io. de Imola, gl. & Ang. in l. Peculium §. Pupillum ff. de pecul.

128 Impubes ergo, cum pubertati est proximus, & doli capax furti tenetur, l. Impuberem, ff. de furt. d. cap. primo, de delict. pueror. illumque esse fraudis capacem habetur expressè in l. Pupillum, ff. de reg. iur. l. Excipiuntur, ff. ad Senatusconsultum Syllan. gloss. & Bartol. in l. Si quis in tantam, C. Vnde vi, & in §. In summa, Inst. de oblig. quæ ex delic. nascun. clarè dicitur impuberem alienam rem amouendo furtum facere, & furti obligari si proximus sit pubertati, & ob id se delinquere intelligat, l. 3. ff. ad legem Iul. de vi publ. De hac materia agit etiam Menoch. de arbit. iud. libro secundo, casu 67. per totum. Decian. in tract. crim. libr. 6. cap. trigesimo quarto, numero 46. Si ergo minor proximus pubertati, & doli capax deliquerit non in omittendo, sed aliquod crimen committendo, punitur, sed mitiùs ex arbitrio, ob ætatem imperfectam, vt etiam docet Iul. Clar. in pract. crim. q. 60. in princ.

129 Præsumimus autem pupillum esse doli capacem, quando est pubertati proximus, l. Apud Celsum, §. Si quis non tutor, ff. de dol. mal. except.

130 In aliquibus tamen, in quibus præcox est ingenium, malitia supplet ætatem, cap. fin. iuncta gloss. in verbo, Prudentia de desp. impub. Ias. in l. Properandum, §. 1. numero 2. C. de iud. Marsil. in l. Si quis te, num. 4. C. ad leg. Corn. de sicar.

131 Est tamen iste pupillus delinquens mitiùs puniendus, in omnibus enim ferè pœnalibus iudicijs ætati, & imprudentiæ succurritur, inquit l. Ferè in omnibus, ff. de regul. iur. concordat d. cap. primũ, de delict. puerorum, in fine, Sal. in l. Administrantes, §. Qui corporalis, in fine, de excusat. tutorum, Bald. in l. Seuerior, colum. 2. versic. Ex prædictis, C. Ex quibus caus. infam.

infam.irrog. dicit pupillum homicidam etiam doli capacem non esse ad mortem puniendum, Cepol. in authent. Sed nouo iure, numero octuagesimo octauo, in fin. C. de seru. fug. quem refert, & sequitur Menoch. de arbit. iud. casu 329. numero 11. libro secundo. Pubes autem, minor tamen viginti quinque annis, quamuis excusetur à tanto, non tamen excusatur à toto, sed debet arbitrio iud. mitiùs puniri, vt Iurisconsultus tradit in l. Auxilium §. In delictis, ff. de minoribus, vbi dicitur, minorem viginti quinque annis non meteri in integrum rest. nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit, & in l. Si adulterium §. 1. vers. Fratres ff. ad leg. Iul. de adult. legitur fratres Imperatores Claudiæ crimen incesti propter ætatem remisisse gl. in l. si ex causa §. Nunc videndum ff. de minoribus in l. Si fratres C. ex quib. caus. inf. irrog. cap. 2. de Apost. & ibi gl. & Abb. Panor. & al ij, & Doct. in cap. 1. & vlt. de sentent. excomm. cap. Hoc fit 26. quæst. 7. & cap. In adolescentia 33. quæst. 2. facit lex. Clarum, C. de author. præst. vbi cauetur minorem non posse stare in iudicio criminali sine tutoris auctoritate, ne, inquit, ex sua imperitia, vel iuuenili calore aliquid sibi præiudiciale, dicat, vel taceat, & hanc esse communem opinionē testatur Grammat. decis. 25. num. 12. & ita Consilium Neapolitanū obseruasse, hancque esse communem Doct. opinionem affirmat Plaza lib. 1. epit. delict. cap. 32. numero 11. Iul. Clar. in pract. crim in. quæst 60. in princ & Hyppol. de Marf. sing. 378. Geminatio actus & cæt. inuehitur in quendam Iudicem, qui ob leue crimen laqueo necandum iussit adolescentulum, illumque brutum animal appellat, nihilque ei defuisse dicit vt asinus euaderet, nisi vt fœnum comederet, & ipsum laqueo illo fuisse digniorem: & in l. De minore in princ. num. 35. & seq. tractat quomodo minor in delictis puniatur, & in l. Si quis te in princ. C. ad leg. Corn. de sicar. & Bald. consil. 59. Licet eleganter vol. 1. dicit laudandos, & extollendos esse illos Iudices, qui ætatis delinquentium miserentur. Alexan. in l. Si Seuerior C. de infam. ait debere iudicem ob minorem ætatem pœnam minuere, etiam si non petatur. Pet. de Anchar. consil. 287. Iure scripto, in fin. Cuman. consil. 95. Christophorus circa finem. Bologn. consil. 37. Licet alias col. 6. Tiraq. in tract. de pęn. leg. caus. 7. Menoch. de arbitr iud. lib. 2 cas. 329. Fulg. consil. 124 & consil. 157. colum. 2. vbi loquitur de duobus adolescentibus minoribus viginti quinque annis, qui plura furta noctu commiserant, cui consilio subscripsit Cuman. & inquit quendam Vitalem Bononiensem famulum ob plura furta ab eo commissa fuisse in exilium missum. Et Caccialup. consil. 92. inter varia consil. crim. lib. 1. redarguit imperitos iudices, qui sæuiunt in fures minores viginti quinque annis. & testatur se vidisse obseruari apud graues, doctosque Iudices, vt minoribus quam-

quamuis multorum furtorū reis pœna minueretur, eosque vltimo supplicio non fuisse affectos. Et quod minoribus viginti quinque annis in delictis sit parcendum, eorumque pœnam temperandam esse præclarè docet Rolan. à Valle consil. 77. volum. 3. Decian. consil. 16. & consil. 24. volum. 3. Et non solum leges Ciuiles, & Canonicæ, & Iurisperitorum placita, ac Responsa præcipiunt, vt ratione ætatis pœna minuatur, sed etiā diuina ipsa lex hoc iubet, inquit enim Deus per os Hieremiæ Prophetæ: Recordabor tui: quia miseratus sum adolescentiam tuam. Et in Psal. 24. inquit Dauid. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Et grauissimi etiam philosophi hoc censuerunt. Plato enim lib. 4. de legibus mandat vt delicta ætatis fragilitate commissa, vel remittantur, vel leuius vindicentur. Et alibi eodem libro ait: Peccata etiam iuniorum, ac seniorum legislator legibus coerceat, dum tamen mitissimus sit animus, plurimaque venia, & indulgentia plenus. Et Seneca in lib. 3. de ira inquit: Iuuenem ætas, fœminam sexus excusat. Et adolescentis vita est omni re incertior. c. Omnis ætas. 12. quæst. 1.

132 Cognoscere, an pupillus sit doli capax iudicis arbitrio relinquitur. l. 1. ff. de iur. delib. Dec. in d. l. Pupillum, ff. de reg. iur. cum ibi not. & pari modo legibus XII. tabular. hoc iudicis arbitrio committebatur, dum pueros impuberes Prætoris arbitrio verberari iubebant, & Hippol. de Marsil. in l. Si quis te, C. ad l. Corn. de sicar. numero 5. dicit his temporibus infantes esse doli capaces, & maioribus perspicaciores in vitiorum cognitione.

133 Dicitur tamen generatim (mediam viam eligendo iuxta textum in §. fin. Inst. Quib. ex caus. man. nō lic.) pupillum esse pubertati proximum ab anno decimo, cum dimidio supra: pupillam autem ab anno nono cum dimidio vltra, gl. in verbo, Infantiæ proximus, §. Pupillus, Inst. de inutil. stipul. glo. fin. in l. 1. ff. de nouat. & Ang. in d. §. Pupillus testatur hanc esse communem Doctorum opinionem glo. in §. In summa, in vers. Proximus, & ibi Ang. Inst. de oblig. quæ ex delic. nascun. Bald. in l. Si quis in tantam, C. Vnde vi. Hoc tamen in ciuilibus est intelligendum: in criminalibus enim nemo dicitur pubertati proximus, nisi quum sex tantum mensibus à pubertate distat, vt notat Ias. in Authen. sacramenta puberum, num 15. C. Si aduersus venditorem, & in l. Prop randum, §. 1. nume. 2. C. de iud. si quis autem exactius vult intelligere, quæ differentia sit inter infantem, puerum, pupillum, adolescentem, puberem, iuuenem, senem, & similes videat Doct. in l. Si infanti, C. de iur. delib. Io. Andr. in rub. de delict. pueror. & gl. ordinariam in prohem. sexti, in verbo, Perfectus, & glo. ac Doct. in l. prima, §. Pueritiam ff. de postul. & de ætatum gradibus tractat etiam Alc. in l. Pueri, ff. de verborum signific. & lib. 10. parerg. cap. 10. Coras. in l. Precibus, vers. Ætatis suæ, C. de

C.de impub.& alijs subst. Et quomodo infans, & pupillus puniantur, tradit Nouell.in tract.crim.ad defens.cap.1.num.34 & seq.

134 Minoribus quoque in tormentis parcitur, nam, vt inquit Vlpianus in l.1.§. Impubes, ff. ad Senatusconsul.Syllan.magis est, vt de impubere nec quæstio habeatur, & vsus est, vt impuberes non torqueantur, terreri tamen solent, & habena, vel ferula cædi, & hoc verum esse de tormentis, quæ maioribus inferuntur: leuiori autem quæstioni esse minores subijciendos tradit Bartol.in l. De minore, ff. de quæst. quem sequitur Scappius, in tractatu iur. non scripti, lib.5.cap.115.

135 Ob furtum à minore factum quæritur, an dominus rei furtiuæ debeat resarciri Vlpianus in l. Sed & si quemcunque, §.Sed si infans, ff. ad legem Aquil. inquit infantem nō teneri, impuberem autem pubertati proximum, ac proinde doli capacem teneri, l.Si ex causa, §.Nunc videndum, ff.de minoribus, l.Pupillum, ff.de reg.iur.l.Impuberem, ff.de furt.§.In summa, Inst.de obl. quæ ex del.nascun. & idem voluit lex XII. tabularum, dum ait: Pueros impuberes Prætoris arbitrio verberato, noxamque ab his factam sarciri facito, & alibi in dictis legibus scriptum est: Impuberes arbitratu Prætoris verberanto, ac noxam, duplionemve decernunto. Quod etiam voluit Plato lib.9.de legibus.

136 Quid autem de senibus erit dicendum? ipsi meritò iuuenibus prudentiores existimantur propter multarum rerum experientiam, l. Si vt certo loco, §. Custodiam, & ibi gloss. in verbo Commendatus est, ff. Commod. §. Cogitandum, Authent. de Monach. & in §. Nisi cum pridem, versic. Alia vero causa dicitur, moralem maturitatem in senibus reperiri, cap.Cum in iuuentute, & ibi glo. in verbo, Ad senilem de præsumpt. Archid.in cap. Domino Sancto, & in cap. Definimus, 18. quæst.2. Ioann. Andr. in d.cap. Cum in iuuentute, Luc.de Penna, in l.1. colum.1.C.de consul.lib.10. Tiraqu. in præfat. de iure primigen. numero 153.

137 Et quamuis dicatur corporis infirmitatem non arguere animi imbecillitatem, nec impedire contractum, vt de transactione habetur in l. Sanum mente, C.de transact.& de donationibus, in l.Senectus, C.de donat. & de testamento habetur in l. Senium quidem ætatis, C. qui testamentum facere possunt, & Cardinal.Mantica, de coniect. vlt.volunt.lib.2. tit.quinto, numero tertio, per textum, in d. l.Senium, Sal. & Castren. secutus, dicit, testatorem mente sanum præsumi, quamuis senio confectum.

138 Decrepiti tamen cum pupillis similes dicantur, circa furtorum pœnam, seu impunitatem idem est statuendum, quod de pupillis diximus: quia, vt ille inquit:

Ætas cana nimis pueriles induit annos.

Et Plato libro nono de legib. comparat senes delinquentes pueris insanis, & ægris inquiens: Horum

rum aliquid quis forte committet propter insaniam, vel morbo, vel senio pressus, vel in ætate puerili constitutus, ita vt ab istis nihil differat, & quæ sequuntur, & concludit hos delinquentes ad nihilum teneri præter damni emendationem. Decrepiti enim præ nimio senio, vt plurimum repuerascunt, & ad pueriles nugas redeunt, & potissimum vltra septuagesimum annum:

339 Et dicti sunt senes à sensus diminutione, vel potius qui se nesciunt ob eorum deliramenta. Senectus incipit ab anno quinquagesimo gl. in proemio VI. Propriè tamen senex dicitur sexagenarius, & aliquando septuagenarius, glo. not. in l. Inuiti testimonium dicere, ff. de testibus, & ibi gloss & in l. 1. C. qui ætat. vel profess. se excus. lib. 10. l. Maiores septuaginta annis, ff. de iure immun. Corn. consil. 249. in 3. volum. Cyn. in l. Si infanti, C. de iure del. Bar. in l. Excusatur, ff. de excus. tut. Spec. in tit. de testibus, § Nunc tractandum, cuius quidem senis naturam, ita elegantissimè Horat. in Poet. descripsit:

Multa senem circunueniunt incommoda, vel quod
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet vti;
Vel quod res omnes timidè, gelidèque ministrat,
Dilator, spe longus, iners, auidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti.

Verum Horatius de sene, nos de decrepito loquimur, qui meritò pupillo similis esse dicitur, vt notat etiam Casonus, in titul. de tormentis, cap. 10. num. 12. quia contrariorum eadem est natura.

140 Ideo sicut pupillus propter minimam ętatem non est doli capax, sic decrepitus propter nimiam, & à Physicis quoque parificantur dicentes eorum ætates in hoc conuenire, quia sicut in pueris sanguis nondum est calidus, sic in senibus est frigidus, & sicut iuuentus virili ætate firmatur, sic virilis ætas senectute infirmatur, nam vt idem Horat. ait in Poet.

Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt.

Et vt inquit Terent. senectus ipsa est morbus. c. Magnæ, de voto. Et ideo statutum disponens de infirmo verificatur in sene Abb. in d. cap. Magnæ.

141 Et senex impotens ad coeundum, matrimonium contrahere non poterat de iure ciuili, quia sobolis procreandæ causa contrahebatur: idque præfinitum erat in masculo vsque ad sexagesimum annum, & in fœmina ad quinquagesimum. l. Sancimus, & ibi glo. & Doct. C. de nupt. Card. Paris. consil. 29. num. 1. volum. 1. Hodie tamen tam de iure canonico, quam ciuili etiam inter senes impotētes matrimonium contrahitur Bald. in d. l. Sancimus Alber. in l. Sed est quæsitum, & alij Doct. ff. de lib. & posth. Doct. in l. si minor C. de legit. hæred. cap. In præsentiarum, vbi glo. & Doct. 7. quæst. 1. Bald. in cap. Quemadmodum in extr. de iureiur. Card. Paris. consil. 29. nu-

mero secundo, & tertio, volumine secundo.

142 Sed quemadmodum quidam pupilli, in quibus præcox est ingenium celerius adolescunt, sic aliqui viri robustiores tardius senescunt, quorum senectus ad lógius tempus iudicis arbitrio protrahitur. Barb. consil. 25. colum. penult. volum. 2. & consil. 22. colum. 3. volum. 3. Ioann. Andr. in c. Quoniam frequenter, vt lite non contestata, & ibi Marian. Soc. & Felin. etiam ibidem, colum. 6. Menoch. de arbitr. iud. casu 59. lib. 2. Claud. Bertra. in addit. ad consilium patris sui, 102. volum. 1. crim. in fine. Iudicis ergo arbitrio relinquitur statuendum quis senex dicatur gl. in cap. fin. §. 1. Vt lite non contest. Innoc. & Io. Andr. loco citato. Quod verum est vsque ad annum septuagesimum quem pauci excedunt, & adeo in septuagenarijs, quamuis robustis non habet locum iudicis arbitrium, sed semper de eorum morte dubitatur. Abb. in d. cap. fi. §. 1. Probatur ergo senectus ex corporis aspectu Bart. in l. 1. vers. Nota etiam quod sicut minor C. de mend. valid lib. 11. Ang. in Authent. de quæst. circa finem col. 6. vbi dicit senectutem probari ex canitie.

143 Nonnulli tamen reperiuntur senes, in quibus intellectus viget vltra octogesimum annum, vt domestico exemplo viri optimi, ac honestissimi Sebastiani Bonifacij genitoris mei comprobare possum nonagesimum annum agentis, adeo robusto corpore, & mente integra vt sperandum sit eum vltra centesimum annum esse victurum, quod Deus omnipotens faxit. Si ergo nostris temporibus ad hanc vsque ætatem viuunt homines, à Dauidis tempore hominum ætates non videntur contractæ, cum & tunc homines vsque ad septuagesimum annum viuerent, & robustiores ad octogesimum, sic enim legitur Psalmo 89. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus (quod de potentioribus, & robustioribus intelligitur) octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor. Quomodo ergo est credibile primis temporibus, tam prolixas ætates vixisse mortales, cum per tot secula videamus nihil fuisse diminutum? omissis enim illis, qui memorantur ante diluuium noningentos, & vltra annos vixisse, post diluuiũ etiam legitur Genes. cap. 11. Sem sexcentos annos vixisse, Arphaxatem 338 Salen 433 Heberen 464. si quanto vlterius processit tempus ætates breuiores factæ fuissent, nunc non eandem ætatem annorum septuaginta, & octoginta, sed breuissimam vitam viuerent, & si nihil tandiu de ætate est diminutum, qua ratione anterioribus seculis fuisse diminutas dicemus? & scribunt Doct. Vitam hominum non excedere centesimum annum l. fi. C. de sacr. eccles. Card. in clem. 1. de reb. eccl. non alien. Specul. de probat. §. 1. versic. Quid si testes l. An vsusfructus in fine de vsufructu. Et legitur Abbatem Cosmam centum, & viginti annos vixisse Auth. de monac.

§. fi.

§. si verò intra 48. dist. cap. fin. De hac re agit etiam Plin. c. 48. libr. 7. Sed ad nostram senectutem reuertamur, illiusque non incommoda, sed priuilegia recenseamus, non omnia, illa enim apud Ciceronem in libro de senectute leguntur, & apud Tiraquell. in præfat. de iure primigen. sed ea, quæ ad rem nostram spectant.

144 Cum ergo senectus fuerit semper veneranda, l. Semper, ff. de iure immun. Romani penè eundem honorem senibus, quem Magistratibus tribuebant, & neque generi, neque pecuniæ præstantior honos concedebatur, quam ætati: maioribus enim natu à minoribus cultus propè Deis, & parentibus par tribuebatur, vt A. Gellius testatur libr. secundo, cap 15. noct. attic. à legibusque multa conceduntur in senectutis gratiam, quæ cùm à Tiraquel. loco citato copiosissimè fuerint relata, ad eum lector accedat. de qua re agit etiam Decian. consil. 8. num. 62. vol. 3.

145 Senem de furto suspectum non posse torqueri, sicut nec pupillum habetur l. 3 §. Ignoscitur, & l. 1. §. Impubes, ff. ad Senatusconf. Syllan. facit l. fin. C. Qui ætate, vel profes. se excus. libro decimo, Cason. tit. de tormentis, cap. 10. numero 12. Gand. in tract. de quæst. & tort. columna secunda, Paris de Puteo, in tract. de sind. in cap. De tortura, §. Officialis, num. 11. Abb. in cap. Cum in contemplatione, colum. fin. de regul. iur. Marsil. in l. Edictum, nume. 14. versic. Item nec etiam decrepiti, ff de quæst. & in pract. crim. §. Expedita, nu 41. Franc. Viuius commun. opin. in dict. Senex, Bertaz. consil. crimin. 102. volum. primo, Paul. Ghirlád. de quæst. & tort. §. Sexto quæro, nume. 5. Franc. Brun. de indic. & tort. quæst. 2. primæ partis, nu. 16. versic. Item senes. Interdum tamen etiam senes robustiores, vsque ad sexagesimum annum fuisse tormentis suppositos, tradit Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 64. versic. Non etiam.

146 Senibus etiam propter ætatem, aut remittuntur, aut minuuntur furtorum, aliorumque criminum pœnæ, gloss. in l. Ferè in omnibus, ff. de regul. iur. & ibi Dec. nume. 5. Gand. in rubr. de pœnis, columna tertia. Carrer. in pract. crim. §. Circa, numero duodecimo, l. Si quis, §. Ignoscitur, & §. Impubes, & l. 1. ff. ad Senatusconsult. Syllan. c. Tanto, & ibi Archid. dist. 86. cap. Tanta 1. quæst. 7. cap. Tempora 26 q. 7. gl. in cap. Pœnitentes dist. 1. Bald. in cap. 1. de maior. & obed. gloss. in c. 1. in verbo Necessitate vbi Abb. de priuileg. in clem. Roman. in l. Si vero, §. De viro, num. 54 ff soluto matrimon. l. 2 ff. de term. mot. vbi dicitur, terminorum transpositores posse ad tempus, vt cuiusque patietur ætas, relegari, si iuuenis in longius, si senior in breuius. Cępola in Authent. Sed nouo iure, num. 88. in fine, C. de seru. fug. & cautela secunda, numero decimo quinto, Osaschus decis. 123. Tiraquell. de pœnis legum, causa 8. Iul. Clar. libro quinto, sentent. §. fin. quæst. sexagesima, versic. Successiuè quæro, qui allegat Plazam affirmantem hoc de communi opi-

nione in cap. 32. num. 13. libr. primo, epit. delict.

147 Furiosi similiter, & insani, ac dementes excusantur si furati fuerint, l. Illud §. Sanè, ff de iniur. fati enim infœlicitas furiosum excusat, l. Infans, ff ad legem Cornel. de sicar. l. Congruit, & l. Diuus Marcus, ff de off. Præs. quia furiosus loco absentis in omnibus, & per omnia habetur l. 2. § Furiosus, ff. de iure codicill. l. 1. §. Adipiscuntur, ff. de acquir. possess. l. Vbi non voce, §. Furiosus, ff. de reg. iur. l. 2. §. Furiosus, ff. de procurator. & de hac quæst latè tractat Iul. Clar. in sua pract. crimin. quæst. sexagesima, versic. Item quæro. Menoch. de arbitr. iud. libro secundo, casu 325.

148 Furiosi æquiparantur absentibus, l. secunda, ff de procurat. l. Sed si vnius, §. Filiofamilias, ff. de iniur. l. 2. §. fin ff. soluto matrimon. & ibi gloss. in verbo, sed si absens Bald. in l. Furiosum in fin. C. Qui testam. fac. poss. Franc. Aret. in l. Pantonius in princ. colum. 4 ff. de acquir. hæred. Cur autem hoc accidat accipe lector veram, ni fallor rationem a verbi proprietate desumptam, verbum absens est compositum, (vt doctissimus Varro docet) ex ab, & sensu, quia ille, qui est absens, omni corporeo sensu est remotus ab illis rebus, a quibus abest, sicuti, est furiosus, qui à sensu est destitutus, &, vt nostri Doctores dicunt, mentis exilium patitur: quamuis enim corpore sit præsens, mente ipsa abest, quales sunt stolidi, & non animaduertentes ea, quæ aguntur d. gloss. in l. 2. §. fin. ff. soluto matrimon. in quos dici solet adagium illud: Præsens peregrinatur, & Stolidi cum audierint, surdis sunt ad similes. Aristophanes in Equitibus in hunc sensum inquit. Tu semper inhias ad loquentes, cæterum animus peregrè est, mensque tua præsens abest. Terentius in Eunucho ait; Cum isto milite præsens absens vt fies: hoc est licet præsens fueris corpore, animo ab eo semoto eris; quales sunt, qui non amant. Et ideo Pomponius in l. fin. ff. de verbor. sign. inquit: Nec tamen eum exhibet qui mutũ, aut furiosum, aut infantem exhibet; non enim potest videri eius præstare præsentiam: nemo enim ex eo genere præsens satis aptè appellari potest. Contra autem quoniam amantes quamuis absentes semper cogitatione amatæ rei adsunt, & adhærent, ideo Virgil. lib. 4. Æneid. de Didone, & Ænea inquit:

Sola domo mæret vacua, stratisque relictis
Incubat: illum absens absentem auditque, videtque.

Furiosus æquiparatur etiam mortuo Bald. in l. Humanitatis col. 4. ff de Imp. & alijs subst. per l. si quis alicui, de acquirend. hæred. Franc. Aret. in l. Ex facto ff. de vulg. & pupill. in penult. colum. Furiosus etiam dicitur carere voce, quia non intelligit quid loquatur, sicut dormiens. Bal. d. in l. Sancimus in princip. C. ad Trebell. Et gaudet omnibus priuilegijs pupilli & minoris glo. ordin. in l. 2. C. de curat. fur. Bald. in l Secunda, C. Qui admitti, & in cap. primo colum. 2. de benef.

benef.pa.in vsib.feud.Ioann.And. in addit.Spec.in rubr.de præscript. Cæpol. in l. Eum qui vectigal. colum.7. de verb.sign. Fel.in c.Cum non liceat de præscript.

149 Si ergo furiosus rem alterius contrectauit excusatur, nec de furto punitur, sicuti nec de alijs criminibus, vt tradit Hippol.de Marsil. in sua pract. crim. §. Opportunè, num.6.& 7. Nouell.in sua prac. crim.ad defens.in tract.primo, numero quadragesimo, Grammat. consilio decimo sexto.

150 Imò etiam si furor post patratũ crimen superueniat, furiosus non castigatur, saltem pœna ordinaria, sed arbitrariè extra ordinem, Bal. & Alexand.in l.Furiosum, in fine, C. Qui testamentum facere possunt, Ias.in l.Patre furioso, nu.39. ff.de his, qui sunt sui, vel alien.iur. Tiraq.in tract. de pœn.leg. caus.3. Didacus in Clement. Si furiosus parte 3. in princ. nume.2. de hom. Iul.Clarus in pract.crim.quęst.60. versic.Sed quæro, Menoch.de arb. iud.lib.2.cas.325. Nouell. loco citato, num.41.

151 Insanis quoque delinquentibus parcitur.Insania autem est vitium perpetuum, furor autem ad tempus, Corn.consil.22.volum.4. quia præter voluntatem delinquunt ob naturale vitium, quo eorum mentes perturbantur. Bald. consil.22. volum.3.& habetur in cap.15.quęstio.1.Bartol.in l.Aut facta, §.Euẽtus, in princ.ff.de pœn. De fatuo, phrenetico, & iracundo tractat Soc. consil.42. volum. 1. Bonifac. de Vitell. in tit. de homicidio in fine, & in tit.de insultu, & percuss. nume.39. Beneuent. Straccha in tract.de mercat.parte 3.num.18.& seq. Quod tamen debet intelligi cum distinctione Bartol. in l. penult.ff.de parric. De fatuis autem, dementibus, & furiosis tractat Cępol.in l.Idem Viuianus, nume.51. ff. de ædil. edic. Bald. in l. Diuus, ff.de offic. præsid. & quomodo furiosus distet a demente, & mentecapto tradit Alexand. in l. Si cum dotem, §.Sed maritus, num.8. ff.soluto matrimon. Bald.in l.2. C.de cur.fur. Imola in l. Si vero, §. De viro, ff.sol.matr.col.4.

152 Et quomodo cognoscatur, & probetur fatuitas tradit Corn.consil.251. De duobus, &c.volum.4. numero quinto, Mascard.de probat.conclus.502. enumerat plures modos, & actus ex quibus dementia arguitur, & comprobatur. Primo si quis fatuè loquatur. Secundò si vagatur per vicos deridendo. Tertiò si proijcit lapides. Quartò, si habet memoriam inordinatam. Quintò, si publicè ostendat pudenda. Sextò, si quis non intelligit ea, quæ dicit. Septimò, si à propinquis, amicis, & vicinis habetur pro demente. Octauò si omnia bona sua donauit. Et plura alia in hac materia ab eodem Mascard. traduntur in verbo, Furiosus. Et Alex.cons.54.vol.1.

153 Cùm autem amor sit furoris species, iuxta illud Virg.4.Æneid.
Vritur infælix Dido, totaque vagatur
Vrbe furens.
quod etiam Plato in Phædro testatur, & Iul.Clar. refert in pract. crim. quæst. 60. versic. Est, & amor, gloss.in §.1.vers. Bacchata

Inst.de succeff.sublatis, & gloff.in Auth. Quib.mod.nat. effic. leg. §. Illud quoque Bald.in l.Et poft de transact. in 2. colum. Salic. in l. 1. C. de Sena. cland. tol. vbi dicitur nihil effe amore vehementius. excufandi funt amentes illi amantes, qui cœco amore perciti res amafiarum fuarum furantur, veluti quidam amicus nofter, qui noctu fuæ dilectæ effigiem non fine euidenti periculo fubtraxit, in quam femper ferè oculos habebat coniectos, & huiufmodi furtis eft parcendum, cum maximè ex qualitate rei furtiuæ facilè deprehendatur, ea non auaritiæ, fed amoris im pulfu fuiffe facta. Et Chaffan.fuper confuetud. Burgund. fol. 39. nume.13. dicit, vidiffe in facto excufari quandam mulierem, quòd res ab amafio fuo fubtractas receptaffet. & amans etiam comparatur ebrio dicta gl.in §.1.verf. Bacchata Inft.de fuceeff.fublat.

154 Sed quoniam furiofo æquiparatur ebrius, cap. A crapula, de vita & honeft.clericorum, cap. Venter, 35.dift. Alber.in l.1 ff.Si quis Imp. maled.ideò de ebrijs dicamus. Ob ebritatem ergo qua mens ab alienatur poffunt quoque homines delinquere, & eft ebrietas fpecies furoris; eft, inquam, furor Dionyfij, ideft, Bacchi, vnde Bacchanalia, vbi enim ebrietas, ibi libido dominatur & furor inquit d. cap. Venter. Quod quidem vitium omni tempore vfitatiffimum, & pernitiofiffimum fuit, & noftris temporibus non folùm in Germania, fed in Gallia, in Italia quoque, & vbique ferè locorum adeo hæc peftis percrebuit, vt bibaciores beatiores exiftimentur non folum in cauponis, fed etiam in Regum aulis.

155 Peffimum hoc eft libidinis incitamentum, & ad omnia fcelera vrgentiffimum irritamentum, quia enim, fine Cerere, & Baccho, friget Venus, ad ipfam Venerem excitandam hunc ftimulum adhibent homines incontinentes, quia vt inquit Poeta.

Et Venus in vinis ignis in igne fuit.

Salomon in cap. 23. Prouerb. inquit: Ne intuearis vinum, quando flauefcit, cum fplenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, fed in nouiffimo mordebit, vt coluber, & ficut regulus venena diffundet. & Ecclefiaftici cap.19. Vinum, & mulieres apoftatare facient fapientes. Luxuriofa res eft vinum, & contumeliofa ebrietas omnis, qui cum his mifcetur non erit fapiens, inquit Summus Pontifex in cap.3. dift.35. Et ebrietatem fuiffe originem incefti concubitus habetur in cap. Sexto die 35. dift. & Virg. in hanc fententiam ait:

Nec Veneris, nec tu vini tenearis amore,
Vno nanque modo vina Venufque nocent.

Paul. Ghirlandus in tract. de fortilegijs, cap 13. num.3. referendo ad hoc gloff.in cap. Moyfes, 32. quęft. 2. dicit fecundum quorundam opinionem animam habitare in fanguine, & propterea Normanos, Anglos, & Polonos ftrenuè bibere, ne contingat eorum animas habitare in ficco.

Sed

156 Sed isti vinolenti, ac temulenti suæ irritatæ procacitatis pœnam facilè luunt, dum in grauissimos morbos incidunt, & citò moriuntur. Libidinosa etenim,& intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti, inquit Cicer. in libro de senectute, & Virgil. ait:

Vt Venus eneruat vires, sic copia Bacchi
Et tentat gressus, debilitatque pedes.

Et illud.

Quisquis ad infernas properas accedere sedes:
Huc iter accelerant Balnea, Vina, Venus.

157 Non sum tamen adeò seuerus, vt prorsus conuiuia, & compotationes vituperem: nam sicuti laudo illos, qui modico salubri, ac generoso vino delectantur, sic eos non damno, qui interdum hilariter bibunt, excitatur enim virtus, & liberaliter bibendo spiritus fiũt solertiores ad res grandes perficiendas: nam, vt inquit Horat. carm. lib.3. Ode 21.

Narratur & prisci Catonis
Sæpe mero caluisse virtus.

Et bonis Poetis esse liberalius bibendum idem Poeta suadet dum in Ep.19. lib.1. inquit:

Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Et postea subdit.

Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda.

158 Et militibus quoque prodesse idem Poeta testatur dum lib. primo, Epist.5. ait:

Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem,
Solicitis animis onus eximit, adocet artes.

159 Abstineant autem à compotationibus illi, qui Regibus sunt a secretis, quia vt inquit Horat.

Operta recludit.

Et, vt Virg. ait.

Arcanum demens detegit ebrietas.

160 Principesq; bibendo experiuntur quibus arcana sua committere possint: Et ideò Horat. Epistola 18. lib.1. ait:

Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam:
Commissumque teges, & vino tortus, & ira.

Nullum enim secretum est, vbi regnat ebrietas, inquit Salomon, cap.31. prouerb. & aulicorum suorum naturam, intimasque cogitationes perscrutantur, vt bonos amare, ac prauos contemnere valeant. Cum enim quis est bene potus, licet prorsus ebrius non sit, liberius, & sine aliqua simulatione agens, facilè abdita animi sui arcana pandit, veramque suam naturam patefacit, quod non præterijt Horat. cum in Poetica scripserit;

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem prospexisse laborent.
An sit amicitia dignus.

161 Quis autem dicatur ebrius, & quod peccatum sit ebrietas tradit Cœpol. in l. Idem Viuianus, numero trigesimo sexto, & trigesimo octauo, ff. de ædil. edicto.

162 Et est ebrietas crimen tanto deterius furto, quanto est peius peccare sua iactura, quàm suo commodo:

modo: ebrij enim bibendo pauperiores fiunt, fures aliena contrectando ditiores.

163 Et duplici pœna interdum in ebrios fuisse animaduersum legimus ob geminatum delictum, ebrietatis scilicet, & subsecuti criminis, & in praxi numquã ebrios, veluti dementes excusatione dignos iudicaui, isti enim inuiti in dementiam, illi voluntariè bibentes in ebrietatem incidunt, sed extra ordinem esse puniendos, cap. Inebriarunt, 15. quæst. 1. Quod etiam placuit Menoch. de arbitr. iud. libro secundo, cas. 326. numero sexto, & cas. 376. & Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 60. versic. Præterea quæro, dicit ebrios excusari à dolo, sed non à culpa, nisi in casu, quod sine aliqua sua culpa in ebrietatem incidissent, vt, inquit, si socij, ijs inscijs, sal in vinum coniecissent. Plura in hanc sententiam scripsit Tiraquell. in tract. de pœnis legum, caus. 6. nume. 5. & 6. Gigas in tract. de crim. læsæ maiest. sub tit. Qualiter, & a quibus crim. læsæ maiest. committ. quæstio. 40.

164 Et quemadmodum abstemij nõ possunt ad sacros ordines promoueri, gloss. in cap. Ipsi Apostoli, 2. quæst. 7. sic ebriosi sunt irregulares ad sacros ordines suscipiendos, trigesima quinta distinct. in princ. cap. A crapula, & ebrietate, de vita, & honest. clericorum, Ioan. Plot. de irregul. num. 2.

165 Qui vero in prandio vltra trinam vicem bibit, sine mensura bibere dicitur, c. Quando 44. dist.

166 Ex ebrietate autem seruitutem ortam esse habetur in cap. Sexto die, trigesima quinta dist. gloss. in l. prima, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

167 Et ebrietatem esse omnium malorum fontem tradit Ripa in l. Generaliter, C. de reuocand. donat. num. 77. vbi plura, & Di. August. ad sacr. virg. inquit ebrietatem esse blandum dæmonem, dulce venenum, suaue peccatum, quod qui facit, peccatum non facit, sed ipse totus est peccatum.

168 Ebrium quoque testari non posse tradit Fel. in rubr. de testamen. circa finem, dummodo per maximam ebrietatem, quod agit ignoret: secus tamen esse si eius mens non est adeo ab eo abalienata, vt bonum à malo discernere possit, tunc enim testari posse tradit Dec. consil. 112. columna 1. Simon de Prætis, libr. 2. dub 1. fol. 4. nume. 23. de interpret. vlt. volunt.

169 Ebrietatem autem à delicto excusare delinquentem habetur in l. Omne delictum, §. Per vinum, ff. de re mil. l. Respiciendum, §. Delinquunt, ff. de pœnis, cap. Inebriarunt, & cap. Sanè 15. quæst. 1. Marsil. in l. prima, num. 63. ff. ad legem Corneliam de sicar. Bald. in l. Data opera, versic. Nunc de tertio, C. Qui accusare non possunt, & in l. 1. C. Vnde vi, Sal. in l. prima, in fine, C. de sicar. Bonifac. de Vitell. in tit. de hom. in fine, & in titu. de insultu, & percuss. Alexand. in l. Dolum, C. de dolo, Bartol. & Alexand. in apostill. in d. l. Respiciendum, §. Delinquunt Panorm. in cap. Si constiterit, de accusat. Roman. in l. 1. ff. de verborum oblig.

Paris

Paris de Puteo, in tract. de synd. in verbo, Licet, num. 2. fol. 81. & Soc. in cap. Ad audientiam, num. 15. de hom. vbi tradit quandam distinctionem, quæ ibi videri potest. Memorabilis est Pyrrhi Epirotarum Regis factum, qui (vt Plutarch. in eius vita scribit) cùm intellexisset se in conuiuio ab adolescẽtibus fuisse conuicijs, & maledictis affectum, ad se illis vocatis, nõ solum alter eorum delictum confessus est, sed etiam addidit, quòd plura dixissent, si vinum non defuisset, qua facetia Rex commotus ridens illos impunitos dimisit, Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 60. versic. Præterea quæro, dicit ebrios mitius esse puniendos, hácque esse communem opinionem, testari Plazam, libro primo epit. delict. cap. 30. num. 1. & alios ab eo relatos.

170 Blasphemans per ebrietatem de iure ciuili non punitur, de iure tamen canonico secus est, cap. Ante omnia, 35. quæst. 1. Abb. & Fel. in cap. Si constiterit, de accusat. Flor. in l. Sed & si, §. Iniuriam, numero quinto, ff. ad legem Aquil. gloss. notabilis in verbo, Temulentia in l. 1. C. Si quis Imper. maled. Ripa in d. l. Generaliter, C. de reuoc. donat. num. 78.

171 Si quis igitur ebrius furtum commiserit excusatur, quia ex proposito mentis suæ non deliquit, sed alia impulsus vi, qua cum fiat rationis expers, & præter voluntatem suam peccet, non debet puniri, quia ille, qui per vinum delinquit, apud sapientes iudices venia donatur, c. Sanè 15. q. 1.

172 Verumtamen sicut quidam dementes non adeò ratione carent, vt omnino excusari possint: stolidi enim, inepti, & fatui quemadmodum testari possunt, vt tradunt Faber, Angel. & Aret. Inst. Quibus non est permiss. fac. testam. Dec. in l. Furiosum, C. Qui testamenta facere poss. latè Symon de Prætis, de interpretat. vlt. voluntat. libro 2. dub. 1. fol. 4. sic in delictis penitus non excusantur: ita in ebrijs accidit, quidam enim quamuis liberiori potu hilariores reddantur; & mentis acies aliquantulum eis obtundatur, non tamen sunt adeo ratione destituti, vt bonum a malo non discernant, & ij quemadmodum testari possunt, vt Dec. tradit in consil. 112. columna prima, & Symon de Prætis, de interpretat. vlt. voluntat. libro 2. dub. 1. fol. 4. num. 23. sic furtum, vel aliud crimen committentes in totum excusandi non sunt, sed iudicis arbitrio puniendi, habita ratione qualitatis ebrietatis, quemadmodum enim plures dantur gradus furoris, & dementiæ; sic etiam ebrietatis. Ille ergo, qui leui ebrietate affectus erit, non euitabit pœnam ordinariam, vt tradit Bartol. in l. Data opera, columna secunda, versic. Nunc de tertio, C. de his qui accusare non possunt. Angel. de malefic. in verbo, Scienter, & dolosè, numero decimo septimo, Tiraq. de pœnis legum caus. 6. numero vndecimo, Ripa in l. Generaliter, C. de reuocand. donat. numero 79. Menoch. de arbitr. iudic. libro secundo, casu 326. numero septimo.

173 Qui autem furatus est per ebrietatem, vt primùm factus est mentis compos, si rem furtiuam non restituit domino suo, & errorem non excusat, quia re ipsa furtum ratum habet, est puniendus, faciunt tradita a Ripa in d. l. vlt. C. de reuocan. don. num. 79. & a Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 326. num. 10. Diuina scriptura hortatur illos, qui aliqua afflictione sunt oppressi, vt hilariter bibant, & sic suam calamitatem obliuioni tradant, his verbis. Prouerb. cap. 31. Date siceram mærentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.

174 Sed quoniam ebrietas somnum parit, vt de Noe legitur in Genes. cap. 9. & in cap. Sexto die, 35. dist. oportet enim vt ebrij vinum edormiant, ideò de illis, qui dormientes aliena bona auferrent, nunc est dicendum, & præsertim sermone de furiosis habito, quibus dormiẽtes æquiparantur, cap. Maiores, in fine, de baptism. gloss. & ibi Card. in 6. quæst. in clement. Vnica, de hom. not. in l. 1. §. Furiosus, ff. de acquirenda possess. l. j. in fine, ff. de author. tut. Angel. de malefic. in verbo, Comparent dicti inquisiti, num. 16. Alexand. consil. 170. volum. 2. Marsil. in l. Vnius facinoris, §. Cogniturum, num. 38. ff. de quæst. Dormientes autem ambulare, & alia facere, & sic posse etiã aliena auferre experientia comprobatur, & testatur Summus Pontif. in d. clemen. de hom. vbi dicit dormiẽtem, qui aliquem mutilet, aut occidat non incurrere aliquam irregularitatem, & gloss. ibi dicit, quod sicut aliqui dormiendo loquuntur, ita esse qui agant dormiẽtes, & Cæl. Rhod. antiq. lect. libro 30. cap. nono, inquit melancholicos iccirco dormientes crebro excitari, quod calore tunc largiore bilis atræ vrgente, animus moueri æquo amplius cogatur, vnde sæpe exiliunt, surguntque, & ambulant, & ideo quosdam interdum dormientes inambulare, in quibus multus est motus, & multa perturbatio, quamuis non adeò valida, vt penitus somnum expellatur. Nellus in tract. bannit. in secunda parte, secundi tempor. quæst. 33. proponit quæstionem de dormiente prope iurisdictionem a qua esset bannitus, & dormiendo caderet, vel perueniret in locum vetitum, quo casu inquit illum non posse capi, nisi experrectus ibi permansisset, argumen. l. Si seruus seruum, §. Si fornicarius, ff. ad legem Aquiliam. Sed cum verum sit, vt diximus, etiam dormientes ambulare, casus facilius occurrere posset, si quis ita somno oppressus trãsiret fines suos, & in territorium, a quo exulat perueniret, nam cum hoc præter voluntatem suam faceret, nullam pœnam mereretur: delicta enim a dormientibus commissa punibilia non sunt, d. clement. Vnica, de hom. Bartol. in l. penult. ff. de parric. D. Flor. in l. Qui occidit, §. In hac, & in l. Si seruus seruum, §. Si fornicarius, ff. ad legem Aquil. Didacus in repet. clement. Si furiosus, fol. 316. numero 6. Plaza, lib. 1. delict. cap. 31. num. 3.

nume.3. Iul.Clarus in pract. crim. quæst.60. versic. Quæro etiam. Imò nec etiam iste dormiens dicitur peccare, gloss. in cap. Testamentum 6. dist. Si tamen sciebat se in somno ita agitari, & interdum etiam delinquere, & non adhibuit cautelam, cum præuidere potuerit, vt solus dormiendo, & in cubiculo adeo clauso, vt dormiens inde exire non potuisset, de iniuria, & negligentia arbitrio iudicis esset puniendus. Nellus in loco citato, vbi allegat l. Si quis domum, §. 1. ff. locati, & in l. Item Mela, in princ. ff. ad legem Aquil. Hippol. de Marsil. in l. 1. in princ. ff. ad legem Cornel. de sicar. numero 64. postquam aliqua de dormiente delinquente dixit, format regulam è conuerso, vt sicut dormiens delinquens non puniatur, sic ille puniri non debeat, qui dormienti iniuriam infert, quod vt comprobet sic argumentatur. Qui facit violentiam, & læsionem etiam in vestibus clerici, incidit in canonem. Si quis suadente diabolo, 17. quæst. 4. per gloss. in cap. Si quis pulsat, de pœn. dist. 1. & gloss. in d. cap. Si quis suadente, in verbo, Manus. Innocent. in cap. Nuper, de sentent. excommun. Bartol. in l. 1. §. Hoc autem interdictum, ff. de oper. noui nunc. & in l. Locatio, §. Quod illicite, ff. de publ. & vect. Bald. in l. 1. §. Hæc verba, ff. de his, qui deiec. vel effud. idem Marsil. in suo sing. 188. At qui lacerat vestem clerici dormientis, vel aliam violentiam facit in illius vestibus nõ est excõmunicatus, vt dixit Card. in clement. 1. in princ. in 6. quæst. de pœn. quem sequitur Fel. in d. cap. Nuper, de senten. excommun. ergo concludit Marsil. non punitur vigilans faciens iniuriam dormienti, quod nequaquam sequitur, imò tenetur de iniuria illata non solum dormienti, sed ebrio, furioso, absenti, & mortuo etiam, l. Ossa, ff. de relig. & sumpt. funerum, Authent. Vt defuncti, seu funera eorum, colum. 5. & vt a vestibus non recedamus, etiam illi, qui auferunt vestes mortuis puniuntur, gloss. in l. Pergit audacia, C. de sepul. viol. meliusque loquutus est Marsil. in d. suo singul. 188. vbi nõ tradit regulam generalem, sed tantummodo dicit lædentem vestes clerici dormientis non incidere, in d. canonem, Si quis suadente diabolo. Quod licet concederetur, non propterea sequeretur, vigilantem non esse puniendum, qui dormienti iniuriam inferret. Hoc autem in memoriam reuocat ridiculam cautelam Turcharum Regis, qui vt iuramentum suum non violaret, quo se obligarat nunquã cuidam suo Duci necem esse allaturum, postea iussit illum dormientem necari. Licet tamen ad necessariam corporis sui tutelam non modò dormientem, sed ebriũ, ac furiosum impunè occidere, vt post alios testatur idem Marsil. in suo sing. trecentesimo septuagesimo quinto, Stulti non debent, &c. De septem dormiẽtibus, qui quingentis annis dormierunt legimus in vitis sanctorum: ii enim sub Decio Imp. in spelunca inclusi, postea sub Theodosio à Deo excitati sunt, vt mortuorum resurrectionem.

nem.

nem testarentur, quo facto è vita excesserunt. Et de puero, qui æstu, & itinere fesso septem, & quinquaginta annis dormiuit scribit Plin. lib.7.cap.52.

175 Cum ergo ex iam dictis constet tunc furtum non esse puniendum, cum aliquis præter intentionem suam aliena aufert, nec Sacerdos ille puniendus, nec fur appellãdus est, qui nouissimè imprudenter alterius pecuniam abstulit, illum enim vaferrimus quidam adiuit, vt eidem peccata sua, de more, confiteretur, seque alium esse simulans, nomen diuitis cuiusdam viri mentitus, dixit inter cætera peccata vno maxime angi, & excruciari, cupereque pro viribus huic graui animæ suæ morbo mederi, defloraße scilicet adolescentulam probis parẽtibus ortam; quamobrem a Confessario suasus est, vt cõgrua tercentorum aureorum dote eam in matrimonium collocaret: Sacerdos ab impostore rogatus, cum illius schedula ad campsorem accedit, & nomine illius, cuius fur personam finxerat, cuiusque manum in scribendo optimè imitatus fuerat, pecunias accipit, easque ad furem defert, quo illinc profecto, & re propalata coactus fuit Confessarius suo ære damnum resarcire.

176 Furta quoque domestica impunita sunt, l. Respiciendum, §. Furta domestica, ff. de pœn. vbi dicitur domestica furta vocari, quæ faciunt serui dominis, liberti patronis, vel mercenarij illis apud quos degunt. Vt autem, fur hoc casu dicatur domesticus, debet talis esse, vt à domino rei furtiuæ possit domi castigari, gloss. in d. §. Furta domestica, & requiritur etiam cohabitatio, Soc. consil. 17. Supradicta, &c. colum. 1. lib. 1. & præstatio expensarum, Alexand. consil. 135. lib. 1. Petr. Calefatus, in suo consilio, quod est 106. inter varia consil. crim. num. 4. Multò magis ergo impunita sunt furta illa, quæ faciunt filij quando parentum bona subtrahunt: quamuis peccent; scriptum est enim cap. 28. Prouerb. Salom. Qui subtrahit aliquid a patre suo, & a matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.

177 Non ergo datur actio furti parentibus aduersus filios, cum natura rei impediat, ex quo vna, eademque persona cum parentibus suis censentur: & quemadmodum nemo potest aduersus se ipsum actionem furti proponere, sic non potest contra filium suum, l. Ne cum filio familias, ff. de furt. Inst. de obl. quæ ex del. nascun. §. Ij qui, quando enim filius est in patris potestate nullum iudicium inter patrem, & filium esse potest, l. Lis nulla, ff. de iud. l. Qui in potestate, C. de in ius voc. Inst. de inut. stip. §. Et vero, qui, vbi patris, & filij vna vox esse dicitur.

178 Quod tamen limitatur locum non habere in castrensi, vel quasi castrensi peculio d. l. Lis nulla. l. Si quis vxori §. Sed si filius ff. de furt. gloss. in l. Ne cum filio, ff. eod. Et contra patrem teneri de furto cõmisso in bonis filij castrensibus, vel quasi sancitum est in d. §. Sed si filius.

179 Quando autem pater furatur bona filij castrensia, vel quasi, contra eum non agit filius famosa furti actione, ob paternam reuerentiam, sed actione in factum. l. Non debet. ff. de dolo malo. l. si superstite patre. C. de dolo. & ita intelligendus est textus in d. §. Sed si filius, vt ibi etiam Accurs. interpretatur.

180 Imo nec etiam susceptor potest conueniri actione furti ab eo quem suscepit de sacro fonte. Bald. in cap. fin. colum. 4. versic. Et idem dico si quis agat, in tit. de prohib. feud. alien. per Federic. in vsibus feud. Fel. in cap. cæterum de iud. colum. 5.

181 Nec vasallus agit actione furti contra dominum. Bald. in d. c. fin. de prohib. feud. alien. & Fel. in d. cap. Cæterum, colum. 4. Nec parochianus contra suum sacerdotem Bald. in cap. 1. §. Præterea col. 3. de prohib. feud. alien. per Frider. in vsib. feud.

182 Quamuis generatim pater contra filium agere non possit, potest tamen agere actione furti contra illum, qui opem, vel consilium præstaret filio, vt furtum patri faceret d. §. 1j qui, vers. Si vero ope, Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. Ratio autem cur pater contra filium agere non possit ob furtum in rebus suis commissum est, quia cum pro furto contra extraneum detur vel condictio furtiua ad rei ablatæ persecutionem, vel actio furti ad pœnam, non dupli, vel quadrupli (illæ enim pœnæ, vt alibi diximus, in desuetudinem abierunt) sed vt luat pœnam in corpore: cunque filius in potestate patris constitutus bona propria non habeat, patris enim sunt, (excipio castrensia, vel quasi castrensia) nec possit filium hoc casu criminaliter accusare, ideò ob furtum aduersus illum agere non potest.

183 Qui ergò scienter emunt à filijs familias bona ab eis furto subtracta eorum parentibus tenentur pœna furt. l. Eos C. de furt. cum gl. & idem est in emente ab vxore res furto subtractas eius viro. vt Castr. ait in d. l. Eos. Aret. in tract. malef. in verbo, Vestem cælestem nume. 21. Hoc tamen intelligendum est si huiusmodi furta facta fuerunt patri, & marito contra eorum voluntatem, nam si sciuissent sua bona surripi, & dissimulassent, & (vt aiunt) conniuentibus oculis tacitè permisissent, ementes non possent hoc casu de furto accusari. Bald. in l. Cum oporteat colum. 3. ff. de bonis quæ lib. Taciturnitas enim in sanguine coniuncto arguit consensum Rim. n. consil. 106. quod legitur inter consilia criminalia plurium vol. 1.

184 Filium autẽ corrigere, & castigare potest, & debet pater, qui n. parcit virgæ, odit filiũ, inquit Salomon cap. 13. Prouerbiorum, C. de emend. propinq. l. Vnica, l. 3. C. de patr. potest. Bartol. Dec. & Ias. in l. Vt vim, ff. de iust. & iure, Fel. in c. Dilecti, de except. & ibi Ioann. de Anan. Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. Aggredior, nu. 79. Nouell. in pract. crim. ad defens. tit. 1. num. 73. Alc. tract. præsump. reg. 1. præsumpt 3.

185 Verum quoniam patria potestas in pietate non in atrocitate

consi-

constituit l. Diuus Adrianus, ff. ad l. Pomp. de parr. ideo parentes in corrigendis filijs modum excedere non debent, alioquin coguntur illos emancipare, l. fin. ff. Si a par. quis fu. man. Et si grauius in filios animaduertant, parricidij etiā pœna plectuntur, l. prima, & l. Diuus Adrianus, ff. de parricid. non enim nobis placent illa Manliana imperia: sed potius illud Terentianum sequimur consilium in Adelphis:

Pudore, & liberalitate liberos
Retinere, satius esse credo quàm metu.
Et postea subiungit.
Et errat longe, mea quidem sententia.
Qui imperium credet grauius esse, aut stabilius
Vi quod fit, quàm illud, quòd amicitia adiungitur.

Et Di. Paulus, cap. 6. ad Ephes. ait: Et vos patres nolite ad iracūdiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini. Et in corripiendo filium, quantumlibet asperè, nūquam profectò paternus amor debet amitti, cap. Paratus 32. quæstione 1. Qui quidem amor tantus est, vt tamquam per adagium vsurpatum sit, patrem magis filiū, quàm se ipsum amare: vnde Arist. lib. 8. Ethic. cap. 12. inquit: Æquè parentibus vitam liberorum caram esse atque suam: de qua materia elegantissimè scripsit Tiraqu. in præfat. l. Si vnquam C. de reuocand. donat. num 7. & 8. Idemque esse in fratre maiore, qui potest fratrem minorem castigare, Tiraquell. in tract. de iure primig. in præfat. nume. 141. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 364. nume. 6. Quod strictè esse intelligendum, & permittendum censeo: hoc est si frater saltem XIV. annis minorem excedat, ita vt potentia eius pater esse possit: & quando frater minor non excedit decimumquartum annum, & simul viuunt, & cum paterna moderatione fratrem corripiat.

186 De facultate autem Magistris concessa corrigendi discipulos, & quomodo teneantur de nimia sæuitia, docet Mascard. de probat. concl. 996. & probat l. Sed si quemcunque §. vlt. cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. & ibi Bart. & Bald. c. Nullus 17. quæst 4. not. ind. Aut facta § 1. ff. de pœnis, & in l. prima, C. de emend. ser. & in l. 1. C. de emend. prop. l. Item quæritur §. Item Iulianus ff. locati. Et magistrum posse magis corrigere discipulum, quàm patrem filium glo. in c. Circumcelliones. vigesima tertia, quæst. quinta, in verbo Magistris. Et quomodo Abbas debeat in Monachos animaduertere habetur in cap. Cum voluntate §. vlt. & cap. Vniuersitatis de sentent. excomm. Curt. sen. consil. 80. Super articulo.

187 Idem erat in seruis, in quos domini ob leuiora furta sibi facta non agebant, cùm bona non haberent, nec etiam posteà quàm manumissi fuerant l. Serui, & filij in princ. ff. de furt. l. Congruentius, C. de patr. pot. si vero serui alijs personis furabantur acerbissime puniebātur, id etiam iubente XII. tabul. lege, in qua sic scriptū erat: Seruos autem manifesto furto prehen-

prehensos verberibus adficito,& saxo præcipitato: ob leuia autem furta dominis facta, serui ab eisdē dominis castigabantur, iuxta illud Eccl. cap.33. Seruo maleuolo torturam, & compedes inijce. Alex. ab Alexandro lib.3.gen.dier.c.20. l.vnica, C. de emend. ser. l. Item apud Labeonem §.Cæterum, ff.de iniur.& fam.libell.

188 Id tamen cum moderamine fieri debebat: dominus enim non poterat seruum suum interficere, quia quamuis antiquitus domini haberent potestatem vitæ, & necis in seruos, postea ex constitutione Di. Antonini asperitas dominorum coarctata fuit, l.2. ff.de his qui sui, vel alien. iur.sunt: & cautum fuit, eum, qui sine causa legibus cognita, seruum suum occidisset, non minus puniri, quàm si alienum seruum interemisset. §. Sed hoc tempore Inst. de his qui sui, vel alien.iur.sunt. Cum enim serui durius, quàm æquum esset à dominis tractarentur, ad statuam Cæsaris cōfugientes, super eorum querelis cognoscebatur, & si iustam habuissent causam confugiēdi, domini cogebantur illos vendere, vt in eorum potestatem non reuerterētur, §.Sed,& maior.Inst. de his, qui sui, vel alien.iur. sunt. l.Si dominus, ff.eod.tit.& Di.Paulus cap.4.ad Colossenses ait: Domini, quod iustum est, & æquum seruis præstate, scientes, quod & vos dominum habetis in cœlo.

189 Si verò serui magna furta dominis suis faciunt, agitur contra illos criminaliter. l.Respiciēdum, §.Furta domestica, ff.de pœn. & furcis suspenduntur, vt Iul.Clar. testatur obseruari in § Furtum, vers. Posset etiam lib.5. sent.Cœpol. consil.26. & consil.vlt. Boss. tit.de furt.num.24.25.26.vbi plura adducit. Ang. de malef.in verbo, Et vestem cælestem vers.Quid si commodo.

190 Et an pro tribus furtis domesticis fur sit suspendendus tractat Bald.in l.penult.in fine, ff.de furt. Alex.consil.110.volum.2. in fine, Boss.tit.de furt.numer.25.inquit, Famulos ob fidem, quam dominis suis præstare debent, interdum seuerissimè à Mediolanensi Senatu castigatos fuisse. Durum enim omnino est, vt quos magna impensa domi alimus, vt bona nostra custodiant, ipsi illa diripiant: Et verissimum tamen est, nos tot habere hostes, quot famulos habemus: & adeo seruos furaces esse, vt appellatione furum ipsi intelligantur, iuxta illud Virgilij in Bucolicis.

Quid domini facient, audent cum talia fures.

Et naturam famulorum esse furacem, inquit Bald.per text.iuncta glo.in l.fin.nume 4. C. Quibus ad libert.procl. non lic. Blanc. de indicijs nume 424. Mascard.de probat.concl 831.num.7. Et de auctoritate dominorum in seruos, & an,& quando illos interficere possint traditur à Gand. in tit. de homicid. in penult. column. in tract. malef. & in l. Qui seruum ff. de verb.oblig. Bald. in Marg. in vers. Impunè permissum, Iaf.in d.l.Qui seruum in princ.Bonif.de Vital.in tract.malef.in tit. Quibus conceditur

ditur correctio, Bart. in l. Et si certus § 2. ff. ad S. C. Syllan. Hippol. de Marsil. in l. 1. limit. 25. & in l. Circumcidere §. Seruo, ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in l. Si certus sit percussor, §. fin. ff. ad S.C. Syllan. Ang & moder. in §. penult. Inst. de his, qui sui, vel alieni iur. sunt.

191 Serui etiam ingenuitatem furabantur, quando cum illis eorum domini, ob nimiam indulgentiam, colludentes, permittebant illos iniustè ingenuos pronũciari; quod cum ordinem senatorium deturpare existimaretur, Senatus consultum Domitiani temporibus factum est, vt qui hanc collusionem comprobasset, ipsius serui dominium consequeretur. l. 1. ff. de colluf. deteg. Et si libertinus esset, & non seruus, is libertinus efficeretur illius, qui collusionem detegisset. l. Si libertinus, ff. eodem titulo.

192 Interdum etiam serui conabantur se liberos esse probare, subtrahendo domino instrumentum emptionis, cuius editione libertas non probatur: imo resultat probatio seruitutis contra producẽtem. l. Si de possessione C. de probat. & ibi Bart. Bald. Paul. Castr. Quod in tantum verum est, vt si dominus velit in seruitutem vindicare subtrahentem, eidem sufficiat probare illum sibi instrumentum emptionis subtraxisse Bald. in d. l. Si de possessione, & ibi Castr. inquit, domino sat esse probare furtum ipsius instrumenti, licet plenè non probauerit quæ in eo continerentur: idque extendit etiam ad quæcunque alia instrumenta. Secus tamen esset si seruus fuisset in possessione libertatis: hoc enim casu, ob furtum instrumenti, non vindicaretur in seruitutem, sed deberet dominus alio genere probationum docere de seruitute, vt scribit Bart. in d. l. Si de possessione, & Mascard. de probat. concl 978. & conferunt etiam ea, quæ in materia lacerationis idem Mascard. scribit in concl. 959.

193 Quãdo autem furtum, vel aliud crimen est impunitum, quia alterius iussu, vel mandato committitur, prout varij casus contingere possunt, ita distinguendum est. Dei mandato, & iussu impunè Israelitæ furati sunt: dixit enim eis Dominus: cum egrediemini non exibitis vacui, sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea, & aurea, ac vestes: ponetisque eas super filios, & filias vestras, & spoliabitis Ægyptũ. Exodi cap. 3. Et sicut præcepit Dominus fecerunt filij Israel, & spoliauerunt Ægyptum cap. 11. & 12. Exodi, & cap. Gaudemus de diuortijs. Sed videamus quid in filio, quid in seruo, & quid in subdito sit statutum. In filio solet distingui: cum enim furtum, vel aliud crimen est leue filius excusatur, l. 1. in fine, l. Quid ergo, & l. Liberorum in fine, ff. de his, qui not. infam. secus autem est in grauibus, & atrocioribus, vt etiam notauit Iul. Clar. in pract. crim. quęst. 60. versic. Solet. Sed in hac re non potest certa regula tradi; aliud enim esset statuendum in patre crudeli, & solito sæuire in filium sua mandata negligentem, aliud in

miti,

miti, vel non seuero: aliud in filio timido, natura imbecillo, ac teneræ ætatis, quam excusandam censet etiam in graui delicto Dec. cõsil. 535. num. 3. & 4. ita vt ex qualitate patris, filij, & criminis pœna sit ad Iudicis arbitrium referẽda.

194 In seruo autem furtũ, vel quid simile committente, distinguendũ est, illum aut in officio publico, cui à domino præpositus fuit, surripuisse, & hoc casu dominum teneri tradit Bart. in l. 1. §. Familiæ, ff. de publ. & vect. aut extra officium, & dominum non teneri si exhibendo seruum, vult se liberare. Felin. in c. Petrus de homic. & in cap. Nulli, & in cap. penult. de accusat. agitur enim contra dominum, quia actio furti cum eo est, cuius potestati fur subiectus est: quia noxa caput sequitur. §. Omnis Inst. de noxal. act. l. Si cum quis in princ. ff. de furt. l. 1. ff. de priu. delic. Potest ergo dominus, aut litis æstimationem soluere, aut seruum date; hoc est aut damnum resarcire, aut noxam tradere: iniquum enim erat nequitiam seruorum vltra ipsorum corpora dominis esse damnosa Inst. de noxal. act. in princ. & l. 1. ff. de noxal. act. In officio autem priuato, vt in nautis, cauponibus, & stabularijs non liberatur dominus per exhibitionẽ serui: & ei cui furtum factum fuit permittitur experiri contra dominum, vel contra seruum Rom. con sil. 338. in 2. dubio, & in cons. 433. in fine, Imola consil. 51. in fine, Alex. in l. prima, ff. Ne quis eum qui Ang. consil. 2. column. 1. & 2. & consil. 218. in fine, & cons. 385. Socin. consil. 244. column. 2. Corn. consil. 40. col. 1 & 2. vol. 1.

195 Quid autem si seruus mandato domini furetur? Tres casus possunt considerari in hoc proposito. Primus est cum seruus rem facit, quæ de sui natura non est punibilis: verbi gratia, seruus iussu domini fruges ex agro colligit, vel ligna ex sylua; quib. casibus, quamuis reuera furtum committatur, quando ligna, vel fruges non sunt domini mandantis: tamen quia habuit seruus iustam ignorantiæ causam, & verisimiliter credere potuit dominum suum habuisse ius in agro, vel sylua. Seruus enim nescit, quid faciat dominus, vt in Euangelio Di. Ioannis cap. 15. scriptum est. ideò hoc casu excusatur, & puniri non debet glo. in l. In rem, §. Tignum, ff. de rei vẽd. & idem esse in simplici operario asserit ibi dicta gl. Dec. in l. Velle num. 8. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol. num. 11. Rolan. à Valle consil. 54. numero 6. lib. 1. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 60. vers. Solet dubitari. Bald. consil. 144. Præsupposito lib. 1. & consil. 463. lib. 3. & consil. 436. lib. 5. Socin. Senior consil. 54. nume. 23. lib. 3. Si autem non habuit iustam causam ignorantiæ, operarius non excusatur, & de seruo dicetur inferius, & tunc non potest iustam ignorantiam allegare, quando illi denuntiatum fuit, vt desisteret, & rem non auferret. Ang. in d. l. In rem §. Tignum ff. de rei vend. Imol. & Rom. in l. de pupillo, §. Nunciationem, ff. de oper. nou. nunc. & alij plures relati à Menochio de arbitrijs Iudic. lib. 2,

cas. 394. nume. 40. Aut dominus mandat seruo, vt committat delictum non atrox, vt mediocre furtum, & excusatur seruus in totum gl. in l. Seruus in fine, ff. de act. & obl. l. Liber homo, la seconda, ff. ad l. Aquil. & ibi gloss. hoc clarè affirmat, facit l. Si mulier cum §. 1. ff. de act. rer. amot. l. Ad ea, & ibi gl ff. de reg. iur. l. 2. C. de sepul. viol. & l. Seruos, C. ad l. Iul. de vi publ. Dec. in l. Is damnum dat, §. 1. num. 2. ff. de reg. iur. Cagnol. in l. Velle non creditur num. 6. ff. de reg. iur. Bart. in l. Seruus, ff. de noxal. Postremò aut dominus mandat magnum furtū fieri, vt rei sacræ, publicæ, vel magni precij, vel aliud insigne crimē patrari, & hoc casu non excusatur seruus in totum, sed extra ordinē punitur Iudicis arbitrio, prout crimen postulabit, consideratis accidentibus ipsius criminis, & præsertim præter enormitatem criminis, natura domini, & serui. l. Sed, & si vnius, §. Si iussu, ff. de iniur. facit l. Seruus non in omnibus, ff. de act. & oblig. Dec. consil. 555. num. 4. & in l. In personam, & in l. Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, & ibi gl. & gl. in l. Ad ea. ff. de reg. iur. text. in l. Liberorum, §. Excusatur ff. de his qui not. infam. Cyn. in l. 1. colum. penult. versic. Denuo quæro, C. Vnde vi, Io. de Anan. in c. 2. quæst. penult. de homic. Grami. consil. 36. num. 4. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 60. versic. solet dubitari, & ibi ab eo allata, & habetur in toto titulo ff. & C. Quod metus causa.

196 Subditus autē si mandato Principis furatur, aut aliud scelus committit, cum, nisi obedierit, periculum illi immineat, non punitur pœna ordinaria illius criminis, sed alia mitiori, consideratis accidentibus superius memoratis. l. Imo, ff. de liber. caus. c. 1. 2. & 3. 32 q. 5. cap. Sacris, & ibi Doct. de his, quæ vi met. ve caus. Tiraquell. in tract. de pœnis legum caus. 34. Straccha in tract. de nauigatione nume. 20. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 60. Menoch. de arbitr. iudic. libro secundo, cas. 344. numero 2. & alij à prædictis adducti.

197 Magistratus autem si præcipit ex suo munere, & ex sua auctoritate, qui illi parendo aliena contrectat, non debet puniri: nam qui iussu Iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere cogitur, inquit Iurisc. in § Qui iussu l. Non videntur, ff. de reg. iur. & ibi Dec. & Cagnol. & Crauett. consil. 319. num. 11. latè Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 354. nu. 22. & sequent.

198 In Tyranno tanto magis delinquens excusatur, quando illius Imperio aliena furatur, vel maius etiā scelus patrat, Bald. in l. Seruos, C. ad legem Iul. de vi publ. & ibi Salyc. idem affirmat, notab. 6. & in l. Non ideo minus, columna quarta, C. de accusat. Tiraq. de pœn. legum, causa 34. num. 3. & causa 36. num. 2. Didac. Epitom. de Sponsalibus, parte 2. cap. 3. §. 3. numero 7. Iul. Clar. in dicta quæst 60. versic. Solet. Menoch. de arb. iud. libro 2. casu 344. numero decimo quinto. Receptior tamen sententia videtur esse, in leuioribus criminibus, etiā

vt in simplici furto, penitus excusari illum, qui mandato Tyranni deliquit: in atrocioribus autem eidem pœnam minui, leuiusque ex arbitrio puniri, & verum potiùs arbitror in vtroque casu iudicium fore arbitrarium, cùm casus occurrere possint, vt delinquens omnino a pœna excusetur: cum præsertim ineuitabile eidem immineat mortis periculú, alioquin nec etiam ad tutelam proprij corporis, vllo casu quis aggressorem suum necare posset, si autem aut fugiendo, aut reuelando, aliove modo potest declinare imperium Tyranni, & atrox crimen non patrare, & id non faciat, puniri debet extra ordinem, prout quando sine moderamine tutelæ inculpatæ aggressorem interficit, quo casu de excessu punitur, vt alibi diximus.

199 Si verò intercedunt, non mandatum, sed preces, quid dicẽdum? in patre, vel in domino ob preces non excusatur delinquens. Sed in Principe seuero, & Tyranno preces sunt ad instar imperij; tyranni enim dum rogant, imperant, eorumque preces armatæ appellantur, quia iuxta illud: Cogit rogando, qui rogat potentior. Et Ouid. in Ioue inquit:

Precibusque minas regaliter addit.

Et Iurisconsultus dixit contrahi cum eo, qui iubet, in l. 1. in princ. ff. Quod iussu, & ibi glo. & quamplura in hanc sententiam congessit de more suo doctissimus Tiraq. in tract. de pœnis legum, causa 35. Afflict. decis. 69. nu. 5. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 344. numero 12. & 13.

200 An autem mandans furtum fieri, de furto eadem pœna qua fur ipse, afficiatur Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 89. & de mandante, ac mandatario tractant Doctor. in l. Non solum, §. Si mandato, ff. de iniur. & Clar. inquit loco citato doctrinam Bar. in d. §. Si mandato, vbique seruari, quæ est, vt indistinctè eadem pœna mandans, & mandatarius puniantur, reiecta distinctione, an mandatarius, absque mandato, esset facturus, nec ne.

201 Qui vẽdit seruum tenetur eum præstare furto noxaque solutum, l. 1. ff. de ædil. edict. Quid hoc sibi velit expedit, vt aperiamus, num scilicet venditor teneatur præstare seruum numquam furtum commisisse, aut numquam esse commissurum: an verò ob furtum nemini esse obstrictum. Verùm quoniam huiusmodi serui apud nos non sunt in vsu, sed liberi homines nobis ad eorum libitum inseruiunt, parum vtilitatis hæc disputatio cum ob id videatur adferre posse, ne inutiliter tempus pretiosissimũ conteramus, Vlpiani verbis breuiter propositam quæstionem absoluamus, qui in l. Aliud est, ff. de verborum signific. inquit; Aliud est promittere furem non esse, aliud furto noxaque solutum, qui eum dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur, qui furto noxaque solutum, nemini esse furti obligatum promittit. Venditor autem nequaquam tenetur præstare quod seruus venditus fur non sit futurus. l. Iulianus §. 1. ff. de act. empti, sed non esse obligatum pro

 furtis

furtis præteritis, l. Ex empto. §. Etiam si ff.eod tit.

202 Seruum autem fugitiuum sui ipsius furtum facere dicitur, in l. 1. C.de seru.fug.& in l. Ancilla, ff. de furt. Et furtum fui met fieri potest per hominem perscriptibilem, vt per statuliberum, adscriptitium, vel censitum, vt tradit Bald. in l. 1. §. ultim. C. de seru. fug.

203 Huc spectat Ædilium Curuliũ edictum de rebus, quæ venduntur, quod introductum fuit, vt emptoribus deceptis succurratur, & fallacijs vendentium occurratur, l. 1. ff.de ædil.edic. Qui ergo mancipium vendit, debet emptorem certiorem facere quid morbi, vel vitij mancipium habeat, alioquin erit locus redhibitoriæ actioni, d. l. 1. & in hanc sententiam Horat. loquitur Sat. 3. serm. lib. 2. & Ep. 2. lib. 2. inquit:

Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex:

Insequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua.

204 Nec etiam ob res ab vxore constante matrimonio viro suo subtractas, vxor, soluto matrimonio potest actione furti conueniri, sed contra eam agitur singulari iudicio rerum amotarum, l. 1. ff. de act. rerum amotarum, & l. 2. C. eodem. Non placuit enim legumlatoribus cum ea, quæ vxor fuit, furti actione agi posse, quia ob societatem vitæ quodammodo vxor domina dicitur matrimonio constante, l. 1. ff. de act. rerum amot. in honorem enim matrimonij turpis actio aduersus vxorem denegatur, l. 2. ff. eod. l. fin. §. fin. C. de furt. Spec. & Io. And. ibi in tit. de furtis, §. 1.

205 Et turpis quæstus suspicionis euitandæ causa, quicquid vxor acquirit constante matrimonio, præsumitur acquisiuisse de bonis mariti. l. Quintus, ff. de donat. inter virum, & vxorem, l. Etiam C. eod. cap. Significauit, eod. tit. Bald. in l. Cum oportet, columna 4. C. de bonis, quæ lib. in l. fi. C. de pignor. Alber. in d. l. Etiam, & Sal. in d. l. Quintus, & in d. l. Etiam, Bald. in l. Si vxorem, columna fin. C. de cond. inser. Alexand. in l. Qui iure, ff. de acquirenda possess. Mascard. de probat. concl. 1077. num. 42. Et quod ad rem nostram magis spectat in dubio potius præsumitur mulierem res viri sui furatam esse, quàm quod sit ab adulteris lucrata Alciat. de præsumpt. regula tertia, præsumpt. sexta, numero 3. Potest etiam vxor propria auctoritate apprehendere res proprias, quocumque titulo sibi quæsitas ab eius viro possessas, & sic præueniendo fiscum impedire dum vult illas occupare, l. Si quis, la secunda, in princ. C. de bon. proscr. & damnat. & Angel. ibi dicit, mulierem cautam esse debere cùm bona viri sui fisco applicari metuit, vel dùm videt ipsa bona in fiscum delata, vt non expectet auctoritatem Iudicis, sed in propria bona ab eius viro possessa manus injiciat, & propria auctoritate occupet, sibiq; ius dicat, quod sequitur etiam Ang. de Arimino, in addit. ad Angel. de malefic. in verbo, Et eius bona publicamus, in add. incipien te: Tu autem in hac materia adde

pul-

pulchra verba Angel. Hippol. de Marsil. in l. Si quis ne quęstio, ff. de quæst. & in sing. 405. Ius sibi dicere, &c.

206 Eadem ratione crimen expilatæ hæreditatis contra vxorem intentari non potest, l. Quamuis, C. de furt.

207 Si verò soluto matrimonio morte, vel diuortio vxor res mariti cōtrectat, hoc casu furti tenetur, l. 3. in princ. ff. de act. rerum amotar. August. de Arimino ad Angel. de malefic. in verbo. Et vestem cælestem in fine. Vt etiam furto teneri tradit Angel. loco citato, si marito defuncto, rem mariti contrectat, quam eo viuente amouerat.

208 Vt autem actio rerum amotarū locum habeat, octo requiruntur. Goffred. in summa in tit. rerum amotarum, Host. sub rubr. de dote post diuort. rest §. fin.

209 Et èconuerso maritus quoque hac actione vxori tenetur si res illius amouit, l. Marcellus, ff. eod. & si vterque inuicem agat, possunt compensare, l. Mulier, ff. eod. & l. prima, C. rerum amotarum, Ancharan. consil. 400.

210 Si vero res amotæ fuerint ab altero coniugum, constante matrimonio; hæc rerum amotarū actio non competit, sed condictio furtiua, l. Rerum, & l. Si concubina, §. Non solum, ff. rerum amot. Alexand. & Socin. in l. Certi conditio, in 3. gloss. ff. Si certum petatur, Doctor. in l. Scire debemus, in fine, ff. de verborum oblig. non autem actione furti agi potest, gloss. in d. l. Rerum, Roman. in sing. 168. Sed nunquid &c.

211 Si autem vxor rem marito commodatam subtrahit dominus rei furtiuæ potest contra virum agere, quo casu viro vxor tenetur actione in factum propter res amotas: contra vxorem autem dominus agere non potest, etiam hoc viro affectante, si ipse vir est soluendo, l. fin. §. fin. C. de furt.

212 Si mulier antequam nuberet, vel postquam nupsit furata est, & vir commodum, ac beneficium aliquod rei furtiuæ est consecutus, quæritur, an hoc casu liceat vxori, inuito viro de rebus cum illo communibus domino rei furtiuæ satisfacere? Doctores dicunt vxorem posse, etiam recusante viro, rem ipsam furtiuam restituere domino, si tamen consuetudine regionis iugales ipsi sibi ad inuicem debita, & credita communicant ex contractu, & ex maleficio. Si autem res furtiua non extat, sed fuit consumpta, posse vxorem de rebus communibus precium rei furtiuæ illius domino restituere, dummodo vir expresse non contradicat: prohibente autem viro rerum administrationem habente, non posse æstimationem rei ablatæ restituere, & ita summistas tradere refert Alber. de Rosate, in suo Dictionario, in verbo, Furtum. versic. Quid si mulier, qui etiam subdit non credere mortaliter peccare vxorem illam, quæ de rebus communibus bona fide restituit domino rei furtiuæ precium, per ea ibidem ab eo allegata.

213 Potest etiam vxor, quæ habet virum prodigum bona communia, etiam marito reclamante, sub-

trahere, & celare, vt illa sibi, atque viro suo in tempus opportunum reseruet, Alb. de Rosate, in suo Diction. in verbo, Eleemosina.

214 Vxor à viro omnium bonorum vsufructuaria testamento relicta, si aliquas res subtraxerit, aut suppresserit integrum vsumfructum amittit argumento l. Hæreditatũ §. fin. ff. ad l. falc. Bald. in l. Fraus ff. de legib. Ias. in l. sub prætextu la secunda, colum. 2. C. de transact. & in l. Non dubium col. 1. C. de legibus, & in l. Nemo potest ff. de leg. 1. Paul. Castr. in Auth. Qui rem, & ibi Ias. in 1. notab. C. de sacr. eccle. Crauetta consil. 300. num. 1.

215 Vsufructuaria tamen vxor potest authoritate propria fundos colere, dummodo ante protestetur se id facere sui iuris tuendi causa, non autem causa possessionis adipiscendæ. Bart. in l. 1. §. Excepto, in vers. Quæro numquid dictus legatarius C. de cad. tollen. l. Fundi Trebatiani ff. de vsufr. leg.

216 Licet autem viro corrigere, & ex causa leuiter vxorem verberare, l. Consensu, & Authen. ibi posita, C. de repud. Authent. Vt liceat matri, & auiæ, §. Si quis autem, cap. Duo ista, 23. quæst. 4. gloss. in cap. Sicut alterius, 7. quæst. prima, gloss. in cap. Quemadmodum, de iureiur. & in cap. Placuit, 23. quęs. 2. gloss. in l. Sed & si, §. fin. ff. ad legem Aquil. Bald. in l. Si filius, C. de patr. potes. & in l. Cum patronus, C. de oper. libert. Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. Aggredior, num. 81. & in §. Vlterius, nume. 7. 8. 9. Signorol. Homod. consil. 63. Titius calce, num. 1. ex l. Si Adulterium, §. Imperatores, ff. ad legem Iul. de adulter. Alexand. cons. 115. num 2. lib. 4. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt 3. in fine, Dec. in l. Vt vim, numero vigesimo secundo, ff. de iustit. & iure. Quomodo autem vxor sit in potestate viri, & eius legibus alligata, copiosè, & eleganter docet Tiraquel. in tract. de legibus connub. in 1. leg. numero duodecimo, & sequent. Alexand. & Ias. in l. Miles, §. Qui iudicati in fine, ff. de re iud. & Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. quinquagesima sexta, vbi de correctione patris, & magistri etiam facit mentionem.

217 Turpe tamen, & periculosum est vxores verberibus afficere, & qui sapiunt non nisi semel, & ex graui, ac turpi causa vxorem ita lædunt, vt vindictam sumere nequeat, improbamusque sententiam illorum, qui dicunt non minùs vxoribus, quàm iumentis verbera esse necessaria, illud iactantes:

Nux, asinus, mulier simili sunt lege ligati:
Hæc tria, si cessent verbera, nil faciunt.

Et qui facilè vxores verberant, experiuntur illud Iuuenalis esse verissimum:

Semper habet lites, alternaque iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.

218 Rara quidem res est vxor optima, & quibus obtigit, ij magnas Dijs gratias agere debent, vt plurimum enim pessimæ sunt, ita vt congruè, & rectè ille videatur respondisse interrogãti cur paruam

vxo-

vxorem duxisset, Ex malis minimum esse eligendum. Salomon autem cap. 21. prouerb. inquit, melius esse habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa, & iracunda.

219 Nec prorsus insulsum videtur illud remedium à circunspecto viro traditum, ad omnes coniugum discordias tollendas, vt vxori, scilicet, lingua præcidatur, viro autem oculi eruantur. Si enim vir nihil videret, & vxor nihil loqueretur, facilem, ac tranquillam vitam, & vt antiqui interdum in suis epitaphijs appositè apponebant, sine vlla querela traducerēt.

220 Mulierem autem in dubio malam præsumi tradit Bartol. in l. Pater Seuerinam, §. Socrus, ff. de condit. & demonstr. & quidam aiunt in toto corpore iuris non reperiri mulierem aliquam semel bonam appellatam, & plura contra ipsas fœminas leguntur in Sylua nuptiali, lib. 1. in princ. nu. 8. & seq.

221 Et fœminarum genus esse auarissimum, auaramque in dubio fœminam præsumi tradit gloss. in l. Nesennius, versic. Ex contrario, ff. de negot. gest. facit l. Sed si ego, & ibi gloss. ff. ad Senatusconsultum Velleian. l. Si stipulata, in fine, ff. de donat. inter virum, & vxorem, gloss. in l. Quæ dotis, ff. soluto matrimon. Socin. Sen. consil. 214. numero decimo, volum. 2. Roman. in l. De quæstione, numero trigesimo quinto, C. de pact. Decian. consil. 109. num 86. volum. 2. Tiraqu. de legibus connub. leg. 9. numero quadragesimotertio, Mascard. de probat. conclus. 1076. numero vigesimo nono, vbi plura concordantia adducit. & numero trigesimo, inquit, ob istam auaritiam in muliere donationem non præsumi, legibus, & auctoritatibus allegatis ibidem, & in conclus. centesima quinquagesima, num. 3.

222 Quam calumniam iniquissimā hoc loco dissimulare non possum, ac non vehementer mirari, cur isti mulieribus infensi eiusmodi maledictis eas insectentur. Falsa est enim illorum sententia, qui scripserunt in dubio mulierem malam præsumi: nam cùm in vniuersum fœminæ sint masculis meliores, non solùm, quia clementia, misericordia, pietate, sanctitate, alijsq; huiusmodi virtutibus præditę magis sunt, quàm viri, vt est notissimum, sed etiam quia nefanda scelera, ac crudelia crimina non committunt, quæ ab hominibus patrantur, cur quæso vir in dubio præsumendus est bonus, & mulier mala? cur si quotidie sua bona, & se ipsas viris tradunt, & subijciunt auaræ appellantur ab illis hominibus, qui auri cupidissimi, vt aliquid superlucrentur maxima crimina, & apertissima pericula non reformidant? & si accuratè leges inspiciamus, multas fœminis fauorabiles, & propitias inueniemus, & eorum liberalitatem concernentes, l. Liber captus, C. de capt. & postlim. reuers. inquit, matrem, quæ filium ab hostibus redemit, præsumi non animo repetendi, sed pietatis causa hoc fecisse, & l. 1. C. de negoc. gest. matrem expendentem in rebus concernen-

nentibus personam filij, censeri donasse, quod etiam notauit Bartol. in l. Nesennius, ff. eodem titulo. Mulierque diues, & consanguinea si pro amico soluit donare præsumitur, vt scripsit Bald. in l. prima, circa finem, C. ad Senatusconsultum Velleian. Alciat. de præsumpt. regula prima, præsumpt. 32.

223 Et quamuis Papinianus scriptū reliquerit, in multis nostri iuris articulis deteriorem esse conditionem fœminarum, quàm masculorum. l. In multis ff. de stat. hom. In multis tamen etiam earum conditionem esse meliorem constat.

224 Fæminas enim minus audaces esse quàm homines inquit Imp. in l. Quisquis C. ad l. Iul. maiest.

225 Item in muliere dolum non præsumi. gl. in l. Vbi, in princ. ff. de eden. Bald. in l. fin. quæst. 3. C. de iure delib.

226 Et mulier quæ non facit inuentariū de æquitate excusatur Bald. in d. l. fin. quæst. 3. C. de iure delib.

227 Et citius quàm masculi veniam ętatis impetrare possunt. l. Omnes §. Fæminas. C. de his qui ven. ætat. imp.

228 Et in l. si ita fuerit in fine ff. De rebus dubijs, dicitur in dubio pro libertate ancillæ esse iudicandum.

229 In dubioque mulierem honestam præsumi, argum. l. Merito, ff. Pro socio, Cœpol. consil. 158. iudicasset.

230 Item virginem existimari Doc. in l. 1. ff ad leg. Iul. de adult. Paris cons. 160. num. 28. volum. 4.

231 Testimoniumque mulieris nobilis præferri testimonio viri ignobilis, Gherard. de Petrasancta, singul. vndecimo. His casibus. Tiraquel. de nobil. cap vigesimo, numero 33. Petr. Roicius Decis. Lusitana tertia, num 44.

232 Et alia mulierum priuilegia lector videat, apud Neuizan. in sylua nupt. Hippol. de Marsil. singul. 248. Conditio mulierum. Tiraquell. de legibus connub. & de nobilitate. Specul. in tit. de procur. §. 1. vers. si regulariter.

233 Quando autem agitur de pœna iniungenda mitiùs punitur fęmina, quam masculus, cum fœminis enim delinquentibus ob sexus infirmitatem mitius est agendum, l. Quisquis, §. Ad filias autem, C. ad legem Iul. maiest. l. Sacrilegij pœnam, in princ. ff. ad legem Iul. peculat. l. Si adulterium, & §. Fratres, in fine, ff. ad legem Iul. de adulter. in cap. Indignantur, 23. quæst. 6. & tradit Nouell. in sua pract. crim. ad defens. in tit. Homic. quibus ex caus. a pœa. mort. excus. numero octuagesimosecundo, Tiraqu. de pœn. legum, caus. 9. gloss in cap. Si quis suadente diabolo 17. quæst. quarta, Boer. decis. 254. nume. vigesimo primo. Hocque potissimum in furto esse obseruandum censeo, vt etiam Longobardos obseruasse testatur, gloss. in verbo, Seu furtum, de pace tenenda. inter subd. in vsibus feudorum. Et ratio est, quia mulieres æquiparantur minoribus, quo ad earum ignorantiam tolerandam, vel præsumendam l. Regula in secundo responso ff. de iur. & fac. ignor. arg. l. 1 §. fin. ff. de eden. & notatur in

l.2. §.fin. ff.de iure fisci. Din. consil.5.num.8.

234 Verum quoniam interdum occurrunt etiam Hermaphroditi expedit de illis aliqua dicere, vt videamus, an inter mares, an vero inter fœminas habendi sint, vt subinde sit exploratum quomodo etiam in crimine furti cum illis sit agendum. Hermaphroditus ille est, qui ita masculinum, & fœmininum habet sexum, vt propriè nec homo, nec mulier dici possit, quod Ouid. lib. 4. Metamor. ita expressit.

Nec duo sunt, sed forma duplex, nec fœmina dici,

Nec puer, vt possit, neutrumque & vtrumque videtur.

235 Isti hermaphroditi non natura oriuntur, semper enim ad melius, hoc est ad marem generandum tendit, sed propter matricem male affectam, vel seminis inæqualitatem, cum masculum perficere non valeat, imperfectum hermaphroditi generat, quod non solum in hominibus, sed etiam in brutis euenire affirmat Plin. libr. 11. cap. 40. nat. histor. dum equas hermaphroditas sub Neronis principatu ortas memorat.

236 Ex hoc naturali effectu non modò Poetæ, sed etiam Philosophi interdum fabulati sunt, quemadmodum Plato, qui in Conuiuio primis temporibus tria hominum genera fuisse affirmat, marem, & fœminam, vt nunc extant, & tertium quoddam genus ex duobus commixtum, quod Androginum, idest, masculo fœminam vocat: masculinum sole genitum erat, fœmininum terra, promiscuum verò luna, quę cùm vtriusque particeps sit, tertium genus commixtum producebat, quattuor habens manus, brachia totidem, & crura, duas facies, & reliqua huiusmodi, erant enim duo corpora simul iuncta, ex qua coniunctione Androgyni dicebantur, qui corpore robusto, animoque elato cum Dijs pugnantes, in cœlumque ascendere tentantes, a Ioue, vt modestiores, & imbecilliores essent, in duas partes dissecti sunt, sed cum quisque dimidium sui agnosceret, eũque auidè appeteret, arctè inuicem se complectebantur, conflari rursus in vnum affectantes, & ex hac separatione, inquit Plato, mutuus hominibus innatus est amor, naturæ conciliator, annitens vnum ex duobus efficere, hominumque naturæ mederi, sic Plato philosophatus est, vt humanæ coniunctionis necessitatem, amorisque præstantiam celebraret.

237 Alio modo fabulati sunt Poetæ, inquiunt enim Hermaphroditum Mercurij, & Veneris fuisse filium, vt ex ipsa verbi significatione apparet: Mercurius enim ἑρμῆς, Venus autem ἀφροδίτη dicitur, & ideo Ouid. 4. Metamorph.

Mercurio puerum, diua & Cythereide natum

Naiades Ideis enutriuere sub antris.

Cuius erat facies, in qua materque, paterque

Cognosci possent, nomen quoque traxit ab illis.

Is cùm varias regiones peragrasset, in Cariamq; ad limpidissimum fontem peruenisset, in quo Salma-

cis nympha morabatur, illius singulari pulchritudine Salmacis accensa, cum ad mutuum amorem nulla arte eum excitare potuisset, simulato recessu post dumos latuit, ille vero nympham abijsse ratus, vestimentis exutus, vt in fontem se immergeret, circa illum gestiebat ludibundus, quem cum nudum Salmacis aspiceret, diuinamque intueretur pulchritudinem exarsit, subitoque accurrens in fontem prosiluit, atque illum arctissimè complexa est;

Vtque solent hederæ longos intexere truncos.

Et illico, vt Salmacis a Deis petijt, illorum corpora in vnum promiscuum coaluerunt, maris, & fœminæ genitalia gestans, ex hocque Hermaphrodito omnes Androgyni hermaphroditi appellati sūt. Sic fabulati sunt Poetæ, ex naturæ habitu, vt diximus, fabulam ducentes. Interdum autem hermaphroditos oriri in comperto est, & eorum quattuor esse species, tres hominum, & quartam fœminarum testatur Cœlius Rhodiginus, capit. decimo, libro quinto, antiquarum lectionum.

238 Huiusmodi ortus nescio quid portenti habere experientia obseruatum est. Quod Cicer. lib. 1. de diuin. confirmat. dum enim dicit auspicia, & reliqua diuinandi genera semper plurimum valuisse, & portenta memorat, quæ Romæ euenerunt, inquit ortus Androgyni fatale quoddam monstrum fuisse, & Liuius lib. 7. decad. 3. ab vrbe condita, dum quædam prodigia recenset, inquit, Sinuessæ ortum fuisse infantem inter marem, & fœminam ambiguo sexu, quem Androgynum vulgus appellat, & Plin. lib. 7. cap. 3. nat. hist. vbi de prodigiosis partubus loquitur ait, vtriusque sexus hermaphroditos gigni, olim Androgynos vocatos, & in prodigijs habitos, nunc verò in delitijs, & Diodorus, lib. 5. huiusmodi partus appellat naturæ monstra, quæ rarò fiant, atque aliquid tum bonum, tum malum portendant, & in nostris quoque legibus ostenta, seu portenta appellantur, l. Ostentum, ff. de verborum signification. Quamobrem scitè admodum Rhodiginus noster dicit Principem Heliogabalū hominem fuisse ingenij portentosissimi, cùm ingenti precio euocasset medicos ad illius pudenda adeò secāda, vt eum in muliebrem naturam conformarent. Coniectores autem si mulier, quæ maritum, & liberos habeat, se in marē commutari somniauerit, eam breui viduam futuram conijciunt. Principem verò, qui per nocturnam imaginem degenerare in fœminam arbitratus sit, futurum vt Principatu suo breui deijciatur.

239 Fœminas autem in mares mutari non est fabulosum, vt quidam existimant, sed verissimum, easque habere testiculos, & genitalia, ob idque castrari posse ex Hippocratis, Galeni, Rhodigini, & Alciati testimonio diximus, supra in §. 6. vbi de Eunuchis egimus, & Galen. libro secundo, de semine, inquit, si fœmina non haberet testes, & semen, nec coitum appeteret, quod porcarum exemplo confirmat,

mat, quæ castratæ venereum congressum negligunt. Et eodem in loco, vt probaret viros esse fœminis calidiores, inquit, eodem modo genitalia membra in fœminis gigni, ac in maribus, quamuis in maribus propter caliditatem expellantur, & in fœminis propter frigiditatem intus retineantur. In fęminarum autem genitalibus, quædam particula reperitur, quæ materia, ligamentis, neruis, venis, arterijs, musculis, præputio, & glande virili priapo respondet, à recentioribus anatomistis obseruata, & ab antiquis bene cognita, cum Auicenna eam sub nomine Albatharæ descripserit, quã Græci Mirton, Nimpham appellarunt, hinc Poetarum nimphæ, quas salaces Satyros per vmbrosa nemora insequi, & in abditis recessibus inuestigare cecinerunt. Hæc mollis carnis particula a quibusdam fœminis in progressu temporis valde incalescentibus foris expellitur, & maximè initio menstruæ purgationis, aut primo concubitu, cum feruet opus, & virtus magis incalescit, tunc enim ex idoneo, & prædisposito subiecto priapus omnibus numeris absolutus in lucem prodit, & propter menstruorum suppressionem, & virilis sexus successionem corpus etiam robustius, & hirsutius redditur, & hoc modo fœminas in mares verti dicimus. Hippocrates scribit Phętusam Pythæi vxorem in marem fuisse conuersam, barbam, hirsutum corpus, & vocem asperam habuisse, idemque Namysiæ Georgippi vxori in Thaso accidisse. Plin. cap. quarto, libro septimo, nat. hist. inquit Licinio Crasso, & C. Cassio Longino Coss ex virgine puerum effectum Cassinum appellatum, quod Gel. etiam confirmat, cap. 4. libro nono, noct. attic. Liuius lib. 4. secundi belli Punici Q. Fabio Maximo, & M. Claudio Marcello Coss. ait, Spoleti virum ex muliere factum fuisse. Licinius Mutianus prodit Argis vidisse Arescusam mulierem masculum Ariscontem appellatum euasisse, barbam emisisse, ac vxorem duxisse. Et Smyrnæ similem puerum agnouisse. Et in Africa nuptiarum die Lucium Cossutium Ciuem Tisdritanum ex fęmina in marem fuisse versum. Amatus Lusitanus medicus, censura secunda, curatione trigesima nona, scribit in Lusitania in oppido Esgueica Mariam Pacchecam primorum menstruorum loco priapum emisisse, & sic in marem versam virilem togam sumpsisse Emanuelem appellatũ, qui ad Indos profectus postea diues, & clarus in patriam reuersus vxorem duxit. Baptista Fulgosus in libro rerum memorabiliũ scribit Neapoli Ferdinandi Regis tẽpore Ludouicum Guarnam Ciuẽ Salernitanum quinque habuisse filias, quarum primas Franciscam, & Carolam cum ad decimumquintum annum peruenissent, virilia emisisse, vnde mutato habitu Franciscum, & Carolum fuisse appellatos, & pro maribus tractatos, & idem Fulgosus dicit sub eodem Rege puellam prima nocte qua cum viro suo concubuit genitalia membra protulisse, domumque

reuer-

reuersam in iudicio dotem suam repetijsse, & ex inde marem fuisse habitam. Et de alijs fœminis in mares hoc modo versis scripsit etiam Marcellus Donatus, lib.6. de medica historia mirabili,c.2.

240 Contra autem homines in fœminas verti, vt Ausonius Poeta scribit cuidam puero Beneuenti accidisse. Et de Cænide a Neptuno in marem conuersa, moxque in fœminam,de qua Virg. libro 6. Æneid.

It comes,& iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus,

Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

Quod de Tiresia vate Thebano etiam Poetæ dixerunt, hæc sunt Poetarum figmenta,& vigilātium somnia,contra Philosophorum,ac Medicorum pręcepta,cùm natura moueatur versus dignius, non indignius, expellat non reprimat, addat non demat.

241 Interdum autem ob caloris defectum non adeò à fœminis genitalia expelluntur, vt absolutè mares dici possint,sed tunc vtriusque sexus videntur, & hermaphroditi appellantur, in quibus, si virilia præualent, viri, si muliebria, mulieres censentur,l.Quæritur, ff.de statu hominum.

242 An ergo in criminalibus,& in testamentis testes esse possint, secundum hanc distinctionem dicē-
[illegible]m est, qualitatem scilicet inca-
[illegible]ntis sexus esse inspiciendam,
d[illegible] [illegible]ndarum, ff.de testibus, si
lese[illegible] [illegible]sculino sexu præuale-
l.Repet[illegible] [illegible]tur,si autem in fœ-
enim in m[illegible] [illegible]m, quia fœminæ
buni admitte[illegible]
mineo nequaqua[illegible]

ab huiusmodi testimonio arcētur; l.Qui testamento,§.Eum qui,ff.de testament.gloss.in §.Testes, Instit. de testament.

243 Propter sexus incalescentiam declaratur etiam, an illi sit imponendum nomen masculi, vel fœminæ, quod postea arbitrarium est, l.Ad recognoscendos, C. de ingen. & manum. Bald.in l.fin. C. de suis,& leg.num.12.

244 Et si neuter sexus alterum superat, erit locus gratificationi, & quem sexum maluerit, poterit eligere.Hostien.in Summa, titu.de testibus, §.Qui testes, Gugl. Cug. Bald.& Angel.in l.Quęritur. ff.de statu hominum, Tiraquell.de iure primigen. decima septima quæst. opposit.secunda,num.15.

245 Item ille, in quo virilia præualent posthumum hæredem instituere poterit, l.Sed est quæsitum, ff de liber.& posthum. in fine, & Ias.ibi, numero duodecimo, dicit idem iuris esse etiam si muliebria in eo præualeant,quo casu poterit etiam illum omittere, tunc enim cùm mulier cēseatur posthumum prætermittendo, illum exhæredare dicitur, §.Mater, Inst. de exhæred. lib. Et quando hodie præteritio habeatur pro exhæredatione tradit gloss.in Authent. de hæred. & falc. §.Exhæredatos. Alexand. in l.2.C.de bonorum possess. contratab colum.4.Oldr.cons.196.

246 An vero hermaphroditus succedat in feudo, in quo fœminæ generatim non succedunt, habetur in gloss. & ibi Doctor. in l. De quibus,ff.de legibus,& in l.prima, C.Quæ sit longa consuetud.& per

text.

text. in titu. An mutus, vel alias imperfect. in vsibus feudorum, Si in eo virilia præualent, vt quemadmodum masculus inseruire possit, est feudi capax: alias si in eo muliebria præualent mulier censetur, d.l. Quæritur, ff. de statu hom. & ad feuda non admittitur, gloss. in d.l. De quibus, ff. de legibus, Bald. in l. fin. C. de suis, & leg. numero 7. Et si magis non incalescit in vno, quàm in alio sexu cui debeat comparari masculo, vel fœminæ, & sic an in feudo succedat, nec ne tractat Ang. in d.l. De quibus, ff. de legibus.

247 Tamquam corpore vitiatus hermaphroditus ad sacros ordines non est promouendus, quod adeo verum est, vt Bald. dixerit, in Authen. Habita. C. Ne fil. pro patre, hermaphroditum non posse gymnasij esse Rectorem, cùm enim Rector habeat iurisdictionem etiam in scholares clericos, necesse est, vt saltem potentia sit clericus, quod de hermaphrodito dici non potest.

248 Si ergo furtum ab hermaphrodito committatur, & se tueatur, quod masculus non sit, videndum est in qua parte præualeant eius genitalia, nec fœminarum priuilegio iuuabitur, nisi in eo muliebris sexus potior sit, & fœmineo habitu indutus deliquerit.

249 Talis enim quis præsumitur in quo habitu reperitur l. Item apud Labeonem. §. Si quis virgines ff. de iniur. & ibi notat Speculat in tit. de Aduocato §. Secundo.

250 Et hinc est clericum, qui non gestat habitum clericalem posse offendi, nec offendentem incurrere in canonem, Si quis suadente diabolo. 17. quæst. 4. gl. in l. si ignorans ff. locat. Bald. in l. si qua per calumniam, in 1. colum. C. de Episcop. & cler. Dyn. consil. vlt. Et perdit priuilegia clericalia si prius fuit monitus. gloss. in cap. Transmissa, in vers. Postposito de elect. per cap. fin. de vit. & honest. cler. Specul. in tit. de cler. cong. in prima colum. Innoc. in capit. primo, circa medium de apost. Io. Andr. in cons. Quia sæpius dubitari &c. Ang. in Authen. de monachis. in §. si quis autem. Et an clericus qui non incedit in habitu, & tonsura sit exemptus, & non subiectus iudici seculari tàm in ciuilib. quàm in criminalibus tradit Barth. Socin. consil. 122. incip. Præstantissimè Doctor. circa principium col. 2. in 1. parte, Franc Aret. in l. Qui sub prætextu C. de sacr. eccl. idem tradit Marian. Socin consil. 12. incip. Quoniam in præsentiarum in prima parte, vbi tradit an clericus hoc casu amittat priuilegium canonis, an etiam amittat priuilegium fori.

251 Sed vt ad mulierum furta redeam, dico eos, qui vxoribus, filijs, vel seruis furtum facientibus opē ferunt, furti teneri, quamuis fures ipsi, vt diximus, furti actione conueniri non possint, l. Qui seruo, in fine, & l. Si quis vxori, ff. de furt.

253 Denique domestica furta non puniri dicendum videtur, cùm in l. Si libertus, ff. de furt. ita scriptū sit: Si libertus patrono, vel cliens vel mercenarius ei, qui eum conduxit, furtum fecerit, furti actio

non nascitur, quam decisionem Accursius, & Doct. limitant locũ habere in re modica, ac vili, vt supra diximus, & in iudicijs seruatur. vt furta clientum, & mercenariorum, tamquam extraneorum castigentur.

253 Impunita ergo illa furta omnia sunt, quæ iure permittente fiunt, quod enim iure concedente fit nullam pœnam meretur, l. Gracchus. ff ad leg. Iul. de adult.

254 Quædam furta committuntur tanta manuum dexteritate, vt ipsimet, quibus res subtrahuntur, furum ingenium admirentur, & laudent, talem fuisse Hermogenem quendam inquit Martialis lib. 12. de quo ait:

Tu licet obserues dextram, teneasque sinistram,
Inueniet mappam qua ratione trahat.

Et Voranus Q. Luctatij Catuli libertus fuit dexterrimus fur, qui dũ nummos de nummularij mensa subtraheret, ac in proprios calceos immitteret, in furto deprehẽsus in eum dictum fuit: bellè nummularium illũ exchalciasse quod lepidum scomma inde deducitur, quòd Chalcos grecè æs significat, vnde exchalciare deriuatur, quod ære spoliare significat: sicut excalceare sine aspiratione calceos extrahere, cuius rei meminit Cæl. Rhodig. cap. 9. lib. 19. antiq. lect. & Horat. Sat. 8. libr. 1. sermon. huius Vorani mentionem facit, dum inquit:

Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Coruorum, atque in me veniat mictum, atque cacatum
Iulius, & fragilis Pedatia, furque Voranus.

Hæc furta varijs modis fiunt, sed præsertim rem vnam pro altera perbelle subijciendo, de qua suppositione pulchrum legitur exemplum apud Æmilium Probum in vita Lysandri, qui cùm Præfectus classis in bello multa crudeliter, & auarè fecisset, timeretque ad Senatum suorum scelerum famam peruenire, rogauit Pharnabazum, vt apud Ephoros suis scriptis illius militarem prudentiam, & innocentiam testaretur, ille omnia pollicetur, & librum ad summum magistratum scribit, maximis Lysandri laudibus cumulatum; quo lecto, & approbato, dum obsignatur, alterum auctor eiusdem formæ supponit, illius sceleribus plenum, quẽ cùm Lysander ad Ephoros detulisset, se ipsum imprudens accusauit, suaque crimina in apertum protulit. Res non prorsus dissimilis amico nostro accidit, qui cùm bene nummatus Romam peteret, incautusque Ferrariæ in hospitio pecuniam omnem ostentaret, Caupo senex vaferrimus, eã illi surripere decreuit, & sequenti mane adolescentem inde tunc recessurum in suum cubiculum ducit, & in hunc modum alloquitur. Ego ob gratam parentum tuorum memoriam, à quibus non modica beneficia accepi, & propter hanc tuam præstantissimam indolem, cum alio modo hoc tempore tibi hinc discedenti inseruire non valeam, salutari consilio succurrere statui. Scire ergo debes, fili mi, valde periculosum esse magna

itinera conficere, & secum, vt tu facis, grandem pecuniam deferre; multi enim vbique latrones reperiuntur, qui à malis cauponibus præmoniti hospites peregrinantes aggrediuntur, spoliant, & interdū etiam iugulant, quare caueto ne in hoc tuo itinere vllus conijciat te hanc pecuniam gestare, & maximè in diuersorijs, alioquin res tibi malè cesserit: hortorque vt hanc bulgulam recipias, & in eam aurum reponas, detractis prius nummis ad iter conficiendum necessarijs, eamque, vt nunc ostendam, reponas. adolescens fidem habet, nummos exhibet, in loculū reponit, quem arctè colligatum in proprium sinum caupo imponit sub sinistra axilla, sic, inquiens, absconde, & ita portari debent, & illico e sinu alteram extrahit bulgulam, quamsimillimam, quam anteà plumbi plenam reposuerat; hospes similitudine deceptus credit in illa suam esse pecuniam, in sinum reponit, gratias agit, inde recedit, & tandem confecto itinere, quomodo aurum in plumbum versum fuerit ignorans rei nouitate obstupescit. Huiusmodi suppositores in iure nostro saccularij appellantur, l. Saccularij, ff. de ext. crim. de quibus diximus supra in §. 1. Hæc furta, quæ manuum dexteritate committuntur varijs modis honestis quidem vocabulis fuerunt appellata, vt inuolare dictum fuit à vola, hoc est à manus concauitate qua furtim res alienæ subducuntur. Item manuari de quo apud Nonium Marcellum, & manticulari quod est manticulam portare ad furtiuam pecuniam reponendam, & occultandam. digitare etiam dicitur, qui, quasi ludens digitis aliquid furatur.

255 Artes furū quibus hominibus marsupia subtrahunt, neq, tamen in furto deprehenduntur, admirabiles sunt, quas sigillatim non recensebo, ne quis existimet, furum nequitias detestando, me illorum artem docere velle, quamuis maxime expediat non modò Iudicibus hęc noscere, vt furum insidias callidè detegere, & rectè vlcisci valeant, sed alijs etiam, vt rem propriam cautè custodire possint. Omitto ergo varia esse furum munera, ac varias technas; alij enim in vestimentis signant illos, qui diuites crumenas gestant, quo signo crumenam, & in qua parte sit reposita indicant: alij instrumentis summè incidentibus, & leuissime abstrahentib. marsupia surripiunt, alij res furtiuas illico recipiunt, & seponunt, conueniunt postea, & in commune res furtiuas conferētes, illas pro meritis, vel ex pacto diuidunt. Singulare furtum recensebo, quod tanto admirabilius esse videtur, cum non clanculum, sed vi homini sagacissimo marsupium ablatum fuerit, nec id animaduerterit. Venetijs, vbi insigniores fures in hac arte excellūt, erat miles, tunc a militia cum multis nummis reuersus, quos in anteriori fœmoralium parte inclusos cautè custodiebat, vir erat solertissimus, armis munitus, ac manu promptus, & in hominum frequentia raro versabatur, ita vt difficile admodum videretur ei posse marsupium

supium surripi, vaferrimus tamen fur sic militem deludit: sartoris habitum induit, brachijque mensuram ligneam secum defert, puerumque sagacissimum bene edoctum secum ducit ad trivium, quà miles pertransibat: vtque illum venientem videt, verberibus afficit puerum valdè præ dolore eiulantem, & hac, atque illac excurrentem, sed à fure numquam derelictum: in militem incidit, qui vt puerum liberet tentat omni conatu, ac inter brachia capit, à verberibusque pro viribus tuetur: sartor non cessat illum magis, ac magis percutere, & è manibus militis trahere, qui contra ad se illum attrahit quam maximè vociferantē, quæ dum magno strepitu, & ingenti exagitatione fiunt, puer militi marsupium subtrahit, & ex illorum manibus plorans elabitur, sartor minitando illum celerrimè insequitur, miles mox agnito furto ira percitus frustra Deorum, & hominum fidem, ac opem implorat ad rem surreptam recuperandam, & tandem inde vacuus, & illusus recedit. Alia quoque furta huiusmodi sexcenta possem commemorare, quæ eo minori pęna digna esse videntur, quo maiori ingenio fiunt.

256 Nostris quoque temporibus in triremibus impunè furantur remiges, cùm experientia comprobatum sit, absque furtis huiusmodi nauigia penè inutilia reddi, siue enim remiges ipsi ob crimina remigandi ministerio sint mancipati, siue vili precio sint conducti, cùm sine hoc furandi subsidio miserrimam vitam viuant, necessitate impellente furtorum artem accuratissimè exercent, illisque hoc crimen indulgetur, dummodo sine vi, & clanculum surripiant illis, qui ex ipso nauigio non sunt, & in furto non deprehendantur: quę furta si parua sunt dissimulantur, si magna, dominis res furtiuæ restituuntur, furibus in præmium aliquo munere retributo, ad magis eorum solertiam in alienis rebus contrectandis excitandam, & sic hæc remigum furta ex consuetudine tolerantur, & nequaquam puniuntur. Furem autem ob consuetudinem a furto excusari scribit Ruin. consil. 183. numero vigesimo septimo, libro quinto, Menoch. consil. primo, numero 275. volum. 1.

257 Eadem furandi impunitas tolerari videtur in illo vagantium genere, qui Cingari appellantur, si modica furantur, dum mira arte res alienas ex ipsismet hominibus surripiunt, & præsertim illorum fœminæ id assequuntur, quod vt facilius efficiant, chiromantiam profitentur, credulisque mulieribus, dum futura prædicere fingūt, illarumque manus inspiciunt, & detinent, marsupia, sudariola, chirotechas, & similia quam dexterrimè surripiunt. Plura eorum pręclara furta commemorare possem, sed vnicum, quod Rhodigij accidit tempore nundinarum referam, Cuiusdam credulæ fœminæ Cingara manum inspecta, ei prædicit eius virum mercatorem perditè meretricem amare, ideoq; vxorem floccipendere, hocque in

dies

dicit magis illum esse facturum, nisi remedium adhibeatur, tunc muliercula exclamat id esse quàm verissimum, gemensq; remedium implorat, magnaque pollicetur. Solæ sequenti die in eadem domo conueniunt, iubet Cingara splendidissimum ignem accendi, in quem crinibus demissis præstigia susurrat, inde in cellam vinariam descendunt, vbi Cingara ex dolio optimi vini pleno spinulas extrahit, iubetque fœminam manibus suis priùs bene lotis foraminibus appositis vini exitum, quàm diligentissimè impedire, alioquin ait vanum fore omne artificium: Cingara, vt ad ignem accensum cum spinulis ascendat inde recedit ad præstigium perficiendum, fidem habet stolida, & accuratè vini exitum impedit: Cingara interim domi ostium aperit, & ex composito Cingaris introductis, & quàmplurimis bonis surreptis, ex domo, & ex vrbe discedunt: mulier longa, vanaque spe frustrata, tandem fraudem rata relicto dolio per ædes furibunda excurrit, videt bona vndique deesse, vinum interim effunditur, & vir superuenit, illa multis verberibus afficitur, & vulgi fabula redditur. Hos tamen Cingaros de eorum furtis esse puniendos exclamat Ioann. Bapt. de Plotis in suo consq in c. Ioann. Petr. de Gratiosis, quod est 132. inter varia consil. crim. volumine primo, numero vigesimo septimo, non obstantibus legibus, & consuetudine in contrarium, quia furtum de iure diuino prohibitum, non possit ab aliquo vsu contrario, nec à diuersa humana lege tolli.

258 Cùmque Cingari hisce ingeniosis furtis non contenti maiora crimina committerent, in hoc Serenissimo Veneto Dominio prius ex vrbibus, & municipijs fuerunt eiecti, & mox lege Senatus 21. Septembris 1549. etiam territorijs expulsi. Et alia lege Senatus diei 15. Iulij 1558. fuit interdicta omnis eorum securitas, ita vt tanquam à Principe (vt aiunt) diffidati possent à quocunque impunè occidi, & capti per decennium ad triremes damnati mitterentur, proposito captoribus præmio. Adhuc tamen per hoc Dominium vagantur, &, suo more, furandi artem sibi natura insitam exercent. Qui tanto magis eijciendi sunt, cùm re vera ipsi non sint Æthiopes, nec Cingari, sed fures nostrates, qui, vt alienigenæ videantur, singulis mensibus cuiusdam herbę succo se lauant, & inficiunt, & sic nigredinem renouantes dicunt ex remotissimis partibus venire.

259 Indulgetur etiam furibus, & eorum pœna minuitur, quando sponte delictum fatentur. Quamuis enim fures conuicti de iure diuino, Exodi cap. 22. in quadruplum damnarentur: tamen illi fures, qui furtum vltrò confitebantur, tantummodo ad restitutionem rei subtractæ, & ad quintam partē precij illius cogebantur, Numeri cap. 5. Et Salomon cap. 28. prouerb. inquit: Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Ar-

rianus libr. 6. de gestis Alexandri, illum semper ob delicti confessionem pœnam remisisse scribit. Et crudelissimus Imp. Domitianus virginum Vestalium stupratores ad necem damnauit, excepto vno, quem in exilium eiecit, quia crimẽ fassus fuerat, vt Suet. in eius vita cap. 8. affirmat. Et Seneca in prouerbijs inquit: Verecundiam, & peccati confessionem proximum innocentiæ locum tenere, & id etiam iure ciuili comprobatur, in l. Vnica C. Ne tut. vel curat. vectig. cond. his verbis: Tamen quoniam vltrò me adijsti, si tàm vectigali, quàm pupillis satisfeceris, falsi crimine carebis. & in Auth. Nouo iure C. de pæn. iud. qui mal. iud. dicitur Iudicis corruptorem se ipsum deferentem, & delictum probãtem veniam mæreri, l. Quisquis §. fin. ff. ad l. Iul. maiest. & cap. vlt. de furtis, vbi inquit: Si sponte confessus fuerit, & ibi gloss. & in cap. Præsbiterum 50. dist. dicitur: Circa præsbiterum mitius agendum est, qui commissum facinus facile confessus est, & in cap. Non dicatis 12. quæst. 1. illis verbis: Si hoc vltrò confitetur parcatur illi, & oretur pro eo. Et Doct. in cap. At si clerici, de iudic. & ibi Dec. in 6. notab. gloss. in l. Non omnes §. vlt. ff. de re milit.

260 Quoniam nostri potissimum est instituti in hoc opere aduersus furum fraudes remedia adferre, quomodo ars nequissimi furis cõtraria arte delusa fuerit aperiamus. Homo scelestus virum probum, ac diuitem in iudicium vocat, asseritque illi magnam pecuniam mutuasse, idque testibus se comprobaturum offert, si negetur, quos falsos in promptu habebat. Aduocatus Rei cognita Actoris fraude id esse verissimum respondet, sed mutuum fuisse illi redditum, prout testibus comprobabit, si negabitur, & sic suismet dolis actor circumuentus inanis e iudicio recessit. Aulus Gellius, c. secundo, libro decimo quarto, noct. attic. scribit, interdum coram eo hominem probum, & expertæ fidei, sed exilibus argumentis pecuniam petijsse ab homine turpi, & mendaci, qui se accepisse negabat, & causam dirimere noluisse, quia existimabat actorem verum dicere, sed cùm legitimè creditum suum non comprobaret, noluit reum illum absoluere, quem debitorem esse existimabat, & propterea iurasse sibi de causa non liquere, & ita ab onere illius iudicij se liberasse.

261 Nostris autem temporibus decessit quidam diues, relicto hærede filio, cuius diuiti scrinio cum plures, de more, inhiarent, impostor quidam solemnis falsum chyrographum confinxit, vt manu defuncti viri scriptum videretur, quo illi magnam pecuniam mutuasse apparebat, res in iudicium deducitur, negat hęres patrẽ suum pecuniam accepisse; nec illa eguisse, nec ab aduersario paupere, & vix ab eo cognito accipere potuisse: Iudex accuratissimè chyrographum speculatus ex ipsius chartæ ferè inuisibili merco, & signo falsitatem detegit: nouum enim erat signum, per annum ante a no-

uo chartarum fabricatore inuentum, & chyrographum aliquot annos antea factum fuisse videbatur, & proinde antequam charta ipsa fabricaretur, & re perspecta falsarius pœnas luit promeritas.

262 Sed solertiori arte fures deberent circumueniri, & decipi, ac laqueis irretiri, vt à venatoribus maiores feræ capiuntur, & Martem à Vulcano fuisse captum legimus: vtque Rhampsinitus Ægiptiorum Rex furem callidissimè comprehendit: aiunt enim cum ærarium Rex fabricari munitissimum fecisset Architectum mira arte vnum ex lapidibus parietis ita adaptasse, vt facile tolli, & rursum reponi posset. Huius itaque filijs clam pecuniam subtrahentibus Regem laqueos quosdam singulari artificio tetendisse, quibus cum alter furum irretitus euadere non posset, alter fratris capite amputato per eandem rimam exiuit: quem deinde quibus machinamẽtis Rex cognitum sibi generum asciuerit pulchrè narrat Herodotus libro secundo.

263 Potest etiam furtum pertransire impunitum propter amicitiam Iudicis cum reo, maximè si iudex est Princeps, & furtum non est magni momenti, per ea, quæ scripsit Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 60. vers. Legitur etiam, allegando textum, in cap. Nisi specialis, de offic. leg. & ibi gloss. 1. hoc expresse dicentem, facit cap. Consuluit, de offic. & potest. iud. deleg. & in ciuilibus etiam dubijs controuersijs, ac implicitis quæstionibus potest Iudex in fauorem amici iudicare, vt scribit Innoc. in cap. Nessinnitaris de const. Bald. consil. 492. num. 1. in fine vol. 3. Afflict. decis. 384.

264 Impuniti etiam interdum pertranseunt fures, & raptores ob eorum multitudinem, cùm enim vniuersitas delinquit non omnes delinquentes puniuntur, ne propter multitudinem delinquẽtium nocentes cum innocentibus pœnas darent. Oldrad. consil. 195. & 66. quem sequitur Crauett. consil. 2 in numero octauo, Ancharan. consil. 58. Mascard. de probat. conclusione 1413. numero quinto, & sexto: Principesque cum agitur de punienda multitudine facilius pœnam remittit, gloss. & Bartol. in §. Nonnumquam, l. Aut facta, ff. de pœn. gloss. in cap. Latores, in verbo, multitudinem de clerico excommun. quam dicit esse communi calculo approbatam. Igneus in l. prima, §. Hoc rescriptum, nu. 13. ad Senatusconsul. Syllan. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 60. versic. Allegatur etiam. Mart. Laud. in tract. de Principe, conclus. 112. Boss. in tit. de remedio ex sola, clement. princ. num. 52. Angel. in l. Si familia, ff. Si famil. furt. fecisse dicatur, & consil. 165. & 195. Fel. & Abb. in cap. Dilectus de Symon. Dec. in l. Ciuitas, ff. Si certum petatur, & in consil. 221. Bald. in l. Etiam, C. de execut. rei iud. columna sexta, & consil. 228. volum. 1. & 367. numero primo, volum. tertio. Roman. consil. 617. Alex. consil. 461. volum. secundo. Corn. consil. 224. volum. 4.

265 Sed vt hæc materia exactiùs intelligatur diuisionis, ac distinctio-

nis commodo vtamur, cùm, vt inquit, Quint. cap. secundo, libro vndecimo, non possit errare ille, qui rectè diuiserit, clarius enim diuisionis beneficio res proposita demonstratur, cap. Super litteris, de rescr. l. 1. ff. de dol. except. §. Sed olim, versic. Sed ne in primis, Inst. de legat. & Iurisconsult. in l. Caius Seius, § Titius, ff. de legat. secundo, dixit vberiorem culturam diuisionem reddere, & gloss. in §. Igitur, in verbo, Basdem in proœm. Inst. inquit, Partitionem legentis animum incitare, intelligentis mētem præparare, & memoriam artificiosè reformare.

266 Delictum ergo aut committitur ab vno, aut à paucis, & pœna sequitur suos auctores, l. Sancimus, C. de pœn. & cap. Quæsiuit, de his, quæ fiunt a ma. parte cap. l. Vulgaris est quæstio, §. Si duo, ff. de fur. vbi dicitur, si plures vnum tignum abstulerunt, cùm singuli auferre non possent, omnes in solidum furti teneri, si tamen condictione furtiua agatur, semel tantùm consequi debet, quia quod ablatum non est, condici non debet.

267 Aut committitur à multis, & pœna delicti auctoribus infligitur, sed ob multitudinem delinquentium, vt dixi, pœna mitigatur.

268 Item aut delictum fit ab vniuersitate, quod accidit aut omittendo, & vniuersitas punitur, l. Iubemus nullam nauem, C. de sacr. eccl. & de stat. contra libert. eccl. §. Item quæcunque communitas, Cyn. in l. Si quis in tantam, columna tertia, versic. Sed pone, C. Vnde vi, Bartol. in l. Aut facta, §. Nonnunquam, numero quarto, ff. de pœn. Sal. in l. prima, C. de sedic. Anton. de Butr. & Abb. Sicul. in cap. Dilectus, & ibi Ioann. de Anania, columna tertia, de Symon. Ancharan. consil. 158. Ex narratis in facto, numero duodecimo, Carrer. in pract. crim. §. Circa, nūme. 347. & 350. Capic. decis. centesima trigesima, Boer. de sedicios. quæstione septima, numero sexto, Grammat. consil. vigesimo secundo, Beninten. decis. septuagesima, in fine, & alij à Mascard. relati, de probat. conclus. 1413. numero vigesimo. Quod tamen est intelligendum, si tale fuit delictum, quod ciuitas præuidere, & impedire potuisset; alioquin non teneretur, vt in subito delicto statim commisso, Mascardus de probation. dicta conclus. 1413. vbi plures allegat.

269 Aut committendo vniuersitas deliquit, & aut non præhabita vniuersali deliberatione, & de more non conuocato vniuersitatis consilio ad sonum campanæ, & tunc vniuersitas non tenetur, sed contra singulos inquiri debet, vt olim Prætorem Veronæ obseruasse scribit Marian. Socin. in repet. cap. Qualiter, & quando nume. 43. de accusat. quem refert Ius. Clar. in pract. crim. quæst. decima sexta, versic. Vlterius quæro, furcis enim tradidit & à suo hortulano laqueo necari iussit singulos Monachos Sancti Francisci, qui erant circiter quinquaginta, quia eorum hospitem Cremonensem interfe-

terfecerint, facit l.Semper, §.Si in sepulchro, ff. Quod vi, aut clam, gloss. in l.Sed,& ex dolo, §.primo, ff. de dolo l. Aliud, §. Refertur, ff. de regul.iur. in quo textu sic legitur: Refertur ad vniuersos quod publicè fit per maiorem partem. Et illud verbum publicè debet intelligi non à multis priuato consilio, non in priuatorum conuenticulis, sed in publico, vniuersitatis consilio; & à maiori parte decretum gloss. in l. Sicut ff. Quod cuius. vniuer. Bart. in l. Aut facta, §.fin.in colum.vlt.ff.de poen. Ang. in l. Metu §. Animaduertendum, ff.Quod met.caus. Oldrad. consil. 315. Castren. consil.315. columna sexta, vbi consuluit pro Rep. Ianuensium, quando transtulit dominium ciuitatis in Regem Gallorum, & idem Castren. cons. 105. In causa Sforcij lib.2. Dyn.in cap. Delictum personę de reg.iur. in 6. l.Actuarios, C.de numer.actuar.& chart.lib.12.& ibi Bart.& copiosè Mascard.de probat.conclus.1413. num.1.

270 Quando autem consilium non congregatur de more, seruatis seruandis, vt omisso campanæ sono, vel in loco non solito, vel absque mandato superioris, non potest dici legitimè congregatum, & quod tunc in eo fit irritum est Bart.in d. l. Actuarios, & ad hanc materiam faciunt ea, quæ scripsit Ant. Corsetus in sing. Consuetudo. Si ergo nulla præhabita in consilio vniuersitatis publica deliberatione, ciues etiam pulsando campanam, vel publicum vexillum erigendo, magna caterua erumperent, & delictum committerent, non posset dici vniuersitatem deliquisse, nec vniuersitas puniri deberet; sed essent castigandi illi seditiosi, qui tumultum concitassent, Bart. in d. l. Aut facta, §.Nonnumquam numero nono, & allegat l.Semper, §.Is cui fundum, ff. Quod vi, aut clam. Salyc. in l.prima, quæst.tertia, C. de sedic. Felin. in cap. Dilectus colum. vlt. de Symonia. Corn.consil.224.volum.4. Carrer. in pract. crim. in §.Circa num.349.versic. Alias, & vers. Amplia etiam Nat. cons.83. num.9.

271 Idem est si Consules, Anciani, vel alij vniuersitatem repræsentantes delinquerent, quamuis acclamando populum ad delictum excitassent: non enim propterea teneretur vniuersitas; sed ipsi Consules essent puniendi, nisi publica præcessisset deliberatio, & maximè si delictum est tale, quod à priuatis fieri soleat, vt est furtum, rapina, homicidium, & aliud tale, l.Sed,& ex dolo, §.1.ff.de dolo, & l.prima, §.fin. ff.de acquir.possess. Bart. in l. Aut facta, §.fin. col. vlt. ff.de poen. Cyn. in l. Iubemus nullam, C.de sacr.eccles. Oldrad. consil.66. An ex delicto Administratorum Corn.consil.224. volum.4. Carrer.in §.Circa nume.349.vers. Amplia etiam si concurreret in sua pract.crim.

272 Aut proposita fuit in consilio deliberatio, quo casu, aut maior pars dissensit, & non tenetur vniuersitas, sed pauci seditionis auctores, & quietis turbatores pro delicto attentato extra ordinem

puniuntur, si certi sunt, vt C. de sediciosi per totum: si autem incerti sunt nemo punitur: sed prudens Princeps remedium adhibebit, ne rursus succedat, quod semel attentatum fuit.

273 Aut maior pars assensit, & aut delictum est grauissimum, & si constat de delinquentibus, ipsi puniri debent, l. Quoniam, C. ad l. Iul. de vi publ. l. prima, in princ. ff. de magistr. conuenien. in illis verbis: Teneri eos, qui præsentes fuerunt.

274 Si vero non apparet de delinquētibus vniuersitas punitur grauissimis pœnis, quibus vniuersitas afficitur: non autem quibus singuli afficiuntur; ne innocentes nocentium culpa plectantur, vt tradit Innoc. in d. cap. Dilectus, & in cap. Grauamen de sent. excomm. per maiorem enim partem vniuersitatis tota vniuersitas repræsentatur, l. Quod maior pars, ff. ad municip.

275 Et si populi vniuersalis consensus exequendo subsequitur, ciuitas aratro euertenda traditur, vt infrà dicemus, Ancher. cons. 158. Ex narratia in facto apparet; & in Clem. 1. post Card. quarta quęst. de pœn.

276 Aut graue est delictum, & pœna graui vniuersitas punitur, qua vniuersitatis consilium afficitur, l. Metum, §. Animaduertendum, ff. Quod met. caus. Bart. in d. l. Aut facta, §. Nonnunquam, num. 7. vbi hoc comprobatur in homicidio, & in rapina.

277 Aut leue est delictum, & leui pœna punitur, vt pecuniaris, quæ afficit vniuersos, non singulos, idest, in ære publico vniuersitatis, non autem in priuatis singulorum.

278 Si vero omnes de consilio vniuersitatis consenserunt (quod etiam ex publicis libris debet comprobari, vbi publica decreta describuntur, & quibus suffragijs decernantur, vt docet Bald. in consil. 283. libro primo. Visa inquisitione) aut delictum est grauissimum, vt hæresis, & perduellionis, & si Consilium, seu Collegium est magnum decimatur, & potissimi auctores morte puniuntur, & alij extraordinariè, arg. l. Qui cedem, ff. ad legem Corn. de sicar. gloss. in l. Aut facta, §. Nonnunquam, ff. de pœn. l. Si quis aliquid, §. Auctores, ff. de pœn. & in cap. Dilectus de Sym. cap. Vt constitueretur, in fin. 50. dist. Bar. in tract. de Guelphis, & Gibell. in 4. prin. quęst. Boer. de sedic. num. 25. enumerat septem casus, & hoc casu etiam interdum ciuitas deletur, aratroque subijcienda declaratur; vt Carthagini accidisse ferunt, l. Si vsusfructus ciuitatis, ff. Quibus mod. vsusfr. amitt. & ibi gloss. Petr. de Anchar. in cap. Romana Ecclesia, §. Vniuersitatem, de sentent. excommun. libro sexto. Bar. in tit. Qui sint rebell. in verbo, Rebellando, columna vlt. & Bart. in l. Aut facta, §. Nonnunquam, ff. de pœn. numerò sexto, inquit Ciuitatem Brixiæ fuisse aratro damuatam ab Henrico Imper. quamuis postea misericordia motus pœnam remiserit, & Abb. Sicul. & Ioan. de Anan. in cap. Dilectus

ctus de Symon. dicunt Ciuitatem Bononiæ ex sententia Imp. fuisse euersam, vt etiam affirmat Bart. in proem. Digest. §. Hæc tria. Idque multis alijs ciuitatibus contigisse apud Historicos legitur, & memorabilis fuit illa Mediolani euersio, quæ Vrbs cùm sæpius ab Imp. defecisset, tandem anno 1162. armis superatam Fridericus I. Imp. funditus deleri iussit, vt horribili spectaculo factum fuit, & circumducto aratro sulcis sal fuit disseminatus, vt etiam scripsimus in 3. libro nostræ Taruisinæ Historiæ. Quemadmodum enim ciuitates aratro conduntur, sic deleri tradit Cæl. Rhod. cap. 5. libro 26. antiqu. lectionum, & ad hanc rem allusit Horat. dum Ode xvj. lib. 1. sic inquit:

Ira Thyesten exitio graui
Strauere, & altis vrbibus vltimæ
Stetere causæ, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Et quemadmodum totum collegium Templariorum propter quorundam hęreses fuit Bonifacij Papæ decreto sublatum, sic Deus omnipotens propter pessimum crimen Sodomam, Gomorram, & alias ciuitates deleuit.

279 Propter enormitatem enim delicti vnus pro altero interdum etiam corporali pœna afficitur, vt in crimine læsæ maiestat. & in crimine hæresis, l. Quisquis, §. 1. C. ad legem Iul. maiest. cap. Statutum, de hæret. in sexto, cap. Fœlicis, de pœn. in sexto, gloss. in cap. Ecclesia, 1. quęst. quarta, l. Iudices, C. de nauicul. lib. 11. & de hac materia tractat Hippol. de Marsil. in sua pract. crim. in §. Constante, nume. 47. vbi plures congerit auctoritates. Quod tunc potissimum verum est, quando populi consensus subsequitur, ac publicam deliberationem ab omnibus in consilio approbatam re ipsa exequitur, l. Sed & ex dolo, §. primo, ff. de dolo, l. prima, §. Deiecisse, ff. de vi, & vi armata, efficacius enim vniuersitatis voluntas declaratur facto ipso, quàm verbo, cap. Dilecti filij, il secondo, de appell. l. Reprehendenda, C. de inst. & subst. Io. de Anan. in d. cap. Dilecti filij, col. 5. Mascard. de probat. conclus. 1413. num. 16.

280 Si verò collegium est paruum, & paucis constat, singuli de collegio sunt acriter puniendi, & si populus deliberationem exequitur, potest ciuitas euerti.

281 Aut delictum est graue, quo casu, si collegium est magnum punitur pœna, qua vniuersitas afficitur, non qua singuli afficiuntur, vt priuatione Episcopi, immunitatum subtractione, campanarum ablatione, propugnaculorum destructione, mœniumque euersione, vel pecuniaria pœna, ne horribilis sequatur strages, si omnes ad mortem damnentur gl. & Bartol. in d. l. Aut facta, § Nonnunquam, ff. de pœn. Cyn. in l. Si quis in tantam, C. Vnde vi.

282 Aut paruum est collegium ex quo emanauit deliberatio, vt est consilium belli, Ancianorum, X. Virum, vel simile, & tunc singulis etiam caput detruncari potest, gloss. in d. §. Nonnunquam.

283 Aut delictum est leue, & pecuniaria pœna singuli afficiuntur, vel alia leui coerctione, vel officij priuatione. Authen. Item nulla communitas, C. de sacr. eccl. De qua materia agit etiam Iul. Clar. in sua pract. crim. quæst. 16. in fine, vbi inter cætera, inquit, in omnem casum Rectores, & Gubernatores ciuitatum, qui consilium, & mandatum dederunt, non euasisse pœnam, licet ciuitates communi consilio deliquissent, & quædam ibi adfert exempla.


FINIS §. DECIMI.





DE FVRTIS

§. VNDECIMVS.



SVMMARIVM §. II.

1 *Inuito domino, an sint verba definitionis furti.*

2 *Inuito domino intelligitur etiam eo ignorante.*

3 *Qui alienam pecuniam absque mandato exigit furtum facit.*

4 *Nec per subsequentem ratificationem excusatur.*

5 *Qui nobis inuitis, res nostras auferunt, nos iniuria afficiunt, & inimici nostri præsumuntur.*

6 *Rationabilis ratio credendi dominum esse permissurum, excusat a furto.*

7 *Quid si fur credebat inuito domino furari, & tamen eo volente furabatur.*

8 *Contra furem est præsumptio dominum non esse permissurum.*

9 *An iuramento eius, qui aliena subtraxit standum sit circa illius intentionem.*

10 *Cautela ad excusandum furtum est, vt dominus rei furtiuæ protestetur sua voluntate fuisse factum.*

11 *Quomodo huius rei veritas conijciatur.*

12 *Quid si dominus vellet hoc iuramento affirmare?*

13 *De pace, & remissione in furto.*

14 *Quomodo in priuatis delictis non obstante remissione procedi possit.*

15 *Ex varijs circunstantijs delicta effici grauiora.*

16 *De loco ad aggrauandum delictum.*

17 *De propria domo tutissimo perfugio.*

18 *An hospitium, nanis, molendinum habeant priuilegia domus.*

19 *De fractura in furto commissa, & eius pœna, etiam apud Venetos.*

20 *De tempore aggrauante delictum.*

21 *Legem præsumere contra agentem de nocte.*

22 *In delictis nocturnis propter defectum probationis coniecturas sufficere.*

23 *Masculo cum fœmina noctu repertis, insurgere suspicionem præsumptæ turpitudinis.*

24 *Ex tempore nocturno argui delictum ex proposito commissum.*

25 *In gestis palam dolum non præsumi.*

26 Cur

11. §. INVITO DOMINO.

1 ÆC verba, inuito domino, in aliquibus codicibus extant definitioni addita, nemo enim dubitat domino volenti furtum non fieri, §. Placuit, Inst. de obl. quæ ex del. nascun. sed Accursius tam in Digestis, quàm in Institutionibus, hęc verba esse subaudienda annotauit, quod etiam Alciato, cap. decimo, libro primo, dispunc. placuit, dicitque hoc fuisse glossema in textu inclusum, cum tamen hæc verba non solum in ipsis definitionibus, sed alibi etiã legantur, & præsertim in § Furtum, Inst. de oblig. quæ ex del. nascun. vbi sic scriptum est: Furtum autem fit, non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amouet, sed generaliter, cum quis alienam rem inuito domino contrectat, & Melchior Kling, Ioachimus Mynsinger, & a.. j vti verba definitionis necessaria perpendãt, nihilque officiant, verissimum enim est, domino inuito, furtum fieri, non arbitramur eos errare, qui existimant hæc fuisse definitionis verba.

2 Illud tamen animaduerti debet, inuito domino, hoc loco intelligi etiam eo ignorante, & non expresse consentiente, vt Bald. & Mynsing. notant in d. §. Furtum, & facit l. Qui vas, §. Vetare, ff. de furt. Licet enim dominus sciuerit, nec prohibuerit adhuc non videtur consentire, l. pen. ff. de furt. & ideo furti agere poterit.

3 Qui ergo alienam pecuniam sine domini mandato exigit furtum

tum facit, & vti fur est puniēdus, l. Falsus, C. de furt. & ibi Bald. & in l. 1. §. Furtum, de pace iuramento firmanda, in vsib. feud. Io. And. in add. ad Specul. in rubr. de solut. Ang. consil. 291.

4 Quod adeo verum est, vt nec etiam per subsequentem ratificationem excusari possit, quia ratificatio gestorum in eo, qui falsò dixit se habere mandatum, non valet, vitio obreptionis præcedente, argumen. l. Si quis obrepserit, ff. ad legem Cornel. de fals. Alexand. consil. 32. numero sexto, libro primo. Simon de Prætis, de interpret. vlt. volunt. libro quinto, fol. 560. num. 20.

5 Qui autem, nobis inuitis, bona nostra tollunt nos iniuria afficiūt; & inimici nostri præsumuntur, cap. Item cùm quis, de restit. spoliatorum, & ibi Bald. dicit hoc verum esse siue vi, siue clam bona nostra nobis surripiuntur, Abb. ibi in 3. notab. Butr. Imol. & Card. eodem in loco idem confirmant, & habetur in cap. Accedens, il secondo. Vt lite non contestata, ex ablatione alienæ rei, interdum inimicitiam capitalem oriri, & ibi Abb. Butr. & Imola allegant illud satis protritum: Non est amicus noster, qui nostra bona tollit. Ioan. de Anan. in cap. Cum oportet, columna secunda, in fine, & Fel. columna sexta, numero 13. de accusat. Alber. in Authent. Si testis, columna secunda, C. de testibus, Luccas de Penna, in l. prima, C. de his, qui se deferunt, libro decimo, Hippol. de Marsil. in l. prima, §. Præterea, numero 21. ff. de quæst. & ideo non est mirum si liceat de facto resistere contra illos, qui nobis inuitis, bona nostra nobis auferre tentant, vt in hoc §. infra dicemus.

6 Iusta ergo, & rationi consentanea ratio credendi dominum esse permissurum à furto excusat, etiā si vi, vel clam auferatur, Bald. consil. 345. volum. quarto, Bartol. in l. Inter omnes, §. Rectè, ff. de furt. Fel. in cap. Nulli, numero 5. ff. de præsumpt. Boss. in titu. de Furtis numero quinquagesimo octauo, Iul. Clarus, in §. Furtum, vers. Item excusatur, Franc. Brusat. consil. 325. numero nono, lib. 3. Roman. consil. 390. Placet mihi. Hippol. de Marsil. consil. 53. num. 13. volum. 1. Alciat. consil. 457. numero quarto, Chassan. in consuetud. Burgund. des iustices, rubr. prima, §. 5. numero trigesimo nono, Menoch. de arb. iud. casu 298. numero 3. & sequent.

7 Quid autem si fur credebat inuito domino furari, & tamen, eo volente, furabatur, an hoc casu furtum fieri dicatur? Pomponius existimauit furtum fieri, quod tamen Vlpiano non placuit in l. Inter omnes, §. fin. ff. de furt. quod Iustinianus Imper. confirmauit in §. Sed & si Inst. de obl. quæ ex del. nascun. Alc. tamen cap. decimo, libro primo, dispunc. videtur laudare Pomponij sententiam, quia inquit, ex delinquentis animo maleficia pensantur, non ex aliorum voluntate. Quod sensit etiam Angel. de malefic. in verbo, Et vestem cœlestem, versic. Sed quid si aliquis putat: sed furti contra illum

actio.

actionem non oriri subdit Angel. quia, inuito domino, non est furatus, nec de tali furto posse puniri, d.l.Inter omnes, §.fin. ff. de furt. facit l. Falsus, §.Qui alienum, & l.Cum creditore, ff.de furt.

8 Illud tamen verum est semper contra furem extare præsumptionem dominum non esse permissurum, vt eius bona sibi auferantur, Bartol. in d.l. Inter omnes, §. Rectè, ff.de furt. Ang. in d. §.Rectè, Abb.in cap. Dudum,il secondo,de elect.in 6.colum.Rom.consil.390. dicit subtrahentem res à domino habitas pro derelictis, ideò non committere furtum, quia id non fit inuito domino.

9 Cùm autem ista crudelitas, & mens furantis, an scilicet existimasset dominum permissurum, nec ne, consistant in illius animo, & animus directò probari non possit, solus enim Deus est scrutator cordium, cap. Nouit, de iud. gloss. in cap. De occidendis, 23. quæst.quinta,& in clement. Ex ui de paradiso,de verborum signific. & in l. secunda, ff. de interrogat. act. Barbat. consil. quadragesimo secundo, numero decimo quarto, volum.1. videtur dicendum iuramento ipsius asserti furis hoc esse probandum gloss. in cap. Significasti, de hom. & ibi Fel. numero secundo, & gloss.in §. Aliæ, Inst. de act.& ibi Ias.cum alijs pluribus adductis a Mascard.de probat.con clus.nonagesima quarta, numero quinto. Tamen contrarium est verum,nec hoc casu admitteretur iuramentum illius ad se excusandum a furto, cum habeat contra se præsumptionem, idem Mascard. d. conclus. nonagesima quarta, numero 21. Si autem iste esset vir probus, ac integræ famæ, & aliæ coniecturæ non resisterent. Iudex posset ei iuramentum deferre, per tradita ab eodem Mascard. in d. conclus. & præsertim, numero vigesimo octauo.

10 Ex præmissis Iacob. de Aretio, desumpsit cautelam ad excusandũ furem, vt illo, cui res subtracta fuit, protestetur sua voluntate rem sibi fuisse ablatam:cùm enim, vt furtum committatur, contrectatio rei alienæ fieri debeat, vt diximus, inuito domino, eo consentiẽte furtum dici non poterit. Sed hanc cautelam nihil prodesse, & in iudicijs non seruari, tradunt Angel. in l.Inter omnes §. Rectè, ff. de furt. Bald. in l. Falsus, in 3. opp. C. de furt. August. de Arim. ad Angel.de malefic.in verbo,Cõparent,& produxerunt instrumentum pacis,nume.duodecimo, Bartol.in d.§.Rectè,nume.1.Abb.in rubr.de furt.Curt.iun.in l.prima, num.5. C.de furt.& alij à Iul.Claro relati,in §.Furtum, vers. Item excusatur, libro quinto, sentent. Hippol. de Marsil. sing.vigesimo secundo. Confessio offensi, &c. Et tanto minus hæc cautela suffragaretur furi quando re vera dominus rei subtractæ in principio, tempore scilicet furti commissi, non consensisset, sed postea in gratiam furis, & vt illum a culpa excusaret, atque a pœna liberaret ad hanc protestationem eum deuenisse extaret suspicio: solent enim furum Aduocati, ac protectores

ctores ad dominos rerum furtiuarum confugere, illos placare, & ab eis precibus, vel precio, & sæpè etiam minis, hanc protestationem extorquere; quamuis verè illis furtum factum fuerit.

11 Prudens autem Iudex ex coniecturis poterit conijcere, an hæc protestatio in effectu vera sit, an vero extorta ad iustitiam eludendam, & decipiendam: coniecturæ autem in hoc versantur circa rei ablatæ magnitudinem, vel modicitatem, circa diuitias, vel egestatem vtriusque, illorum amicitiam, vel sanguinis coniunctionem, ac mutuam inter eos necessitudinē, & auctoritatem. Hypp. de Marsil. consil. 26. nume. 6. & potissimum est perpendenda qualitas ipsius asserti furis; difficilius enim creditu est, virum diuitem, ingenuum, & famæ integræ furari voluisse, quàm pauperem, vilem, famosum, ac furari solitum: & ex huiusmodi coniecturis, res Iudicis arbitrio committitur. Bart. in §. Rectè l. Inter omnes ff. de furt. Salyc. in l. Si non conuitij, C. de iniur. Petrasancta sing. 55. Nota bene, in fine, & consil. 26. nume. 2. Fel. in cap. Nulli num. 6. de accusat. & in cap. 1. de præsumpt. Boss. in tit. de furt. nume. 10. Iul. Clar. lib. 5. sent. in §. Furtum, vers. Item excusatur in fine, Alex. consil. 24. column. 7. volum. 2. Hipp. de Marsil. in l. Quæstionis modum numero 54. ff. de quæst. & in sing. 22. Menoch. de arbitr. iudic. libro secundo, cas. 298. num. 31.

12 Imò si dominus rei furtiuæ vellet etiam hanc suam protestationem iuramēto corroborare, quòd scilicet, eo volente, res suæ sibi ablatæ fuissent, ei fides adhibenda non esset, supradictis non concurrentibus coniecturis. Fel. in cap. Significasti, num. 3. de homic. Innoc. in cap. 2. column. 9. de constit. Card. in Clem. Ne Romani, §. Cæterùm quæst. 7. de elect. Ioann. de Anan. in c. 2. in fine de calumniat. Et de iusta causa credulitatis, quæ excuset furem, quia dominus esset permissurus, vide Bart. in d. §. Rectè, l. Inter omnes, ff. de furt. Bald. consl. 345. volum. 4. Aret. in cap. 1. colum. 3. de accus. qui contra Bar. sensit, & contra Fel. in cap. Inquisitionis. §. Quæsiuisti, colum. 3. de accusat. & in c. 2. col. 1. de calumn. Ias. in l. Quidam cum filium, ff. de verb. oblig.

13 Quid autem hæc remissio, & pax in furto operetur, Boss. copiosè differit in tit. de furt. num. quinquagesimo octauo, de qua materia scribunt Doctores in l. Transigere C. de transact. in qua sic arbitror esse distinguendum. Aut sumus in publicis delictis, in quibus quilibet admittitur ad accusandum, & si pœna sanguinis est infligenda transactio non releuat nisi vt accusator amplius in eo crimine non audiatur: alij tamen audiuntur, vt tradit Bart. in l. Si Marius fit in magistratu §. Si negauerit ff. ad l. Iul. de adult. Si vero in publicis delictis pœna sanguinis non est ingerenda, valet transactio. Aut sumus in priuatis delictis in quibus nemo admittitur ad accusandum, cuius non interest l. 3. ff. de priuatis delict. l. 3. ff. de sepul. violat. Marian.

rian.in cap. Veniens de accusat. In quibus priuatis delictis si pœna sanguinis est proposita, transigi potest, si vero non est proposita, dum agitur ciuiliter valet transactio, secus autem est si criminaliter agatur. Ratio autem diuersitatis est, quia in publico crimine cuilibet iniuria infertur, sed in priuato ei soli in quem illata fuit. Quando etiam pœna est applicata fisco, transactionem non valere tradit Bartol. in d. l. Transigere, & ibi Sal. in 8. quæst. Et isto casu quilibet etiam potest accusare, gloss. in rubr. ff. de pop. act. & ibi Bartol. August. de Arim. in add. ad Angel. de malefic. in d. §. Nec ad quærelam, versic. Quæro, an quilibet, Boss. copiose in tit. de furtis, num. 58. & de hoc diximus etiam, supra in §. 2. num. 115.

14 Si vero extaret statutum, vt pro quolibet crimine inquiratur, etiā in priuatis delictis, non obstante transactione, Iudex posset semper inquirere, & procedere Boss. loco citato. In furto, ergo non obstante partis remissione, & quod dominus rei subtractæ dicat sua voluntate furtum factum fuisse procedi potest, & sic obseruatur, nisi euidenter appareret verum esse, domino volente, eius bona fuisse ablata. Bartol. in d. §. Rectè l. Inter omnes, ff de furt. Fel. in cap. Nulli, columna secunda, de accusat. & in cap. primo, in fine, de præsumpt. Alexand. consil. 24. vol. 2. col. 2. & in consil. 1. columna septima, in 2. volum.

15 Nunc est differendum quomodo liceat ei, cui furtum fit, furem interficere. Clarum est ex multis circunstantijs delicta interdum grauiora censeri, quàm re vera sint. De istis circunstantijs tractat Iodoch. in pract. crim. cap. 110. rubr. de furtis num. 38. & seq. Petr. Gregor. in Sintagm. iuris lib. 37. cap. 2. rubr. de pœnis, & Iurisconsultus in l. Aut facta, ff. de pœn. septem enumerat, dicitque delicta considerari debere, Causa, Persona, Loco, Tempore, Qualitate, Quantitate, Euentu. Concordat lex Gracchus, C. de adulter. & in l. Duodecim tabularum, scriptum est: Re, persona, tempore, loco atrociores iniuriæ iudicantur, sed alijs nunc omissis de loco, & tempore pauca dicenda sunt.

16 Qui gemmas è littore sustulit, non delinquit: qui eas ex priuata domo surripit, fur est: qui ex publico thesauro, crimine peculatus punitur; qui ex sacro loco, sacrilegus iudicatur: & ideo extat conclusio furtum aggrauari quando propter aliquam qualitatem in aliam delicti speciem transit, Alber. in l. Capitalium §. Famosos num. 4. ff. de pœnis. Hostien. in summa rubr. de furt. num. 4. littera B. vers. Furtorum autem. Iodoch. in pract. crimin. cap. 110. de furt. num. 17. & seq. Conr. in prac. in rubr. de furibus nu. 8. ampliat. 32. vbi enumerantur omnia genera furtorum in diuersam speciem transeuntium. Delicta autem quę in alterius domo fiunt, eo turpiora censentur, cùm etiam violetur tutela, ac religio propriæ domus.

17 Est enim propria domus cuiq; tutissimum perfugium, & receptacu-

saeculum, l. Plerique, & l. sequenti, ff. de in ius voc. l. Nemo de domo, ff de reg. iur. l. 1. C. de praet. lib. 12. Et profectò res esset miserrima, si in nostris aedibus tuti cum rebus nostris non essemus, praestaretque, vt Horat. placuit Sat. 1. lib. 1. serm. vitam pauperem ducere.

An vigilare metu exanimem, noctesque, diesque
Formidare malos fures, incendia, seruos,
Ne te compilent, fugientes, hoc iuuat horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.

Iccirco iure optimo cauetur contra voluntatem domini in alienam domum ingredientem actione iniuriarum teneri, l. Qui in domum, & l. Iniuriarum, §. fin. & l. Iniuriae, ff. de iniur. l. Vulgaris, §. Qui furti, ff. de furt. & l. 3. ff. de acquirendo rerum dom. & in lege diuina hoc confirmatur Deuteronomij, c. 24. quam rem Cicero hoc modo amplificauit in Oratione pro domo sua ad Pontifices. Quid est sanctius, quid omni religione munitius, quàm domus vniuscuiusque ciuium? hic arae, hic foci, hic Dij penates, hic sacrae religionis caeremoniae continentur, hoc perfugium est, ita sanctum omnibus, vt inde abripi neminem fas sit: ideo meritò cautum est, vt ille, qui extrahit pro debito matrem familias ex propria domo, poena mortis afficiatur, l. 1. C. de off. diuers. iud. Quamobrē ille, qui in alienas ędes se confert animo furādi, quamuis non furatus sit, grauiter punitur, l. Saccularij, ff. de extraord. crim.

18 Nec interest, an domus sit propria, vel conducta, dummodo eam quis inhabitet, vt Dec. docet in l. Nemo de domo, ff. de reg. iur. Et quid iuris sit in hospitio, & in naui ibidem Dec. examinat. Et quae veniant domus appellatione scribit Alexand. consil. 213. num. 3. lib. 6. & in specie de molendino, & naui tradit Bald. in l. Certi iuris, C. locati, Dec. in d. l. Nemo de domo, & Roman. in l. 2. text. in l. 1. §. Si quis de naui, ff. de vi, & vi armata, & inquit l. Qui aedes, ff. de incend. ruin. & naufr. appellatione ędium omnes species aedificij contineri. Verum ergo est, vt etiam scribit Marcus Anton. Blancus, in l. fin. ff. de quaest. nu. 200. locum aggrauare delictum, multumque interesse an quis in loco priuato, aut in praetorio, vel in sacris aedibus occidatur. Et Aristoteles quoque problem. sec. 29. dicit grauiori pęna illos esse plectendos, qui in locis publicis, quam qui in priuatis domibus furantur, illos enim capite puniri voluit, hos autem in duplum, idque dicit fieri debere, quia melius res nostras in nostris aedibus custodire possumus, & postea subdit: Qui ex domo priuata rem suam amiserit, sine vlla contumeliosa affectione, domi manens suum perferat casum.

19 Quando autem in furto interuenit etiam fractura, grauiùs fures puniuntur, frangere enim alienas aedes cùm sit quoque graue delictum, duplicato crimini geminata poena debetur, l. 1. & 2. ff. de effrac. & expil. l. 1. ff. de furibus balnearijs. Et furtum cum fractura dicitur

citur enorme, & atrox delictum, Berof.consil.314.num.2.vol.3. & in cap.22. Exodi scriptum est: effringentem, vel effodientem alienam domum impunè occidi posse. quod confirmatur à iure Canonico in capit. Si perfodiens de homic. Et in legibus municipalibus Venetorum legitur in hunc modum: Si aliquis domum alterius fodiens, vel frangens inuentus fuerit, perdat oculum.

20 Tempus similiter delictum aggrauare exploratum est, d.l. Aut facta ff. de pœn. l. Si quis ex naufragio, ff. de incend. ruin. & naufr. l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult. Decian. in tract. crimin. tit. Quibus in casibus Sym. non contrah. numero 20.

21 Hinc est legem præsumere contra agentem de nocte, gloss. notabilis in l. Furem, ff. ad l. Cornel. de sicar. & factum nocturnum esse suspectum, l. fin. ff. de effract. & expil. l. Hoc edictum, §. Labeo, ff. de his qui deiec. vel effud. Bald. consil. 427. Quædam mulier num. 11. vol. 1. inquit illum torqueri posse, qui noctu per loca suspecta ambulauit: & ad hanc materiam spectat tradita à Doct. in l. More Romano, ff. de ferijs, Bald. in l. Acceptam in 2. quæst. C. de vsuris. Nouell. in sua pract. crimin. in prin. num. 67. & cap. de furto num. 3. Ideo testamentum nocturno tempore sine luminibus conditum non subsistere tradit Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 8. num. 3. Et inquit sacrum Euangelium; Qui malè agit, odit lucem, c. Consuluit de off. deleg. & ibi Dec. numero 8. & Redemptor noster illis, qui ei falsa crimina obijciebant, respõdit: Ego palam locutus sum, vt vnico verbo innocẽtiam suam ostenderet. & de hac materia agitur in cap. Perniciosa, 17. q. 2. & in c. Consuluit de off. deleg. Tenebræ enim ad malè agendum opportunæ sunt, l. 1. §. Tria luminaria, ff. de ventr. insp. Et ex ambulatione nocturna, maximè in persona suspecta insurgere indicium ad tormenta tradit Blanc. de indic. numer. 198 vers. Tempus, & grauius puniuntur nocturna delicta, quàm diurna. gl. in l. Si vt allegas, C. ad l. Corn. de sicar. facit l. Furem, ff. eo. tit. Hippol. de Marsil. in rubr. ff. ad l. Corn. de sicar. num. 12.

22 In delictis quoque nocturnis, propter defectum probationis, coniecturæ sufficiunt. Bald. in c. 1. §. Porrò 1. col. Quæ fuit prima causa ben. amit. Gram. consil. 17. num. 3. Bart. in l. Si quis ex argentarijs, §. An & hæredi num. 3. ff. de edendo.

23 Et si masculus cum fœmina noctu reperiuntur est indicium præsumptæ turpitudinis, Bald. consil. 427. Alex. consil. 24. vol. 2. Feder. de Sen. consil. 19. Gram. volum. 21. num. 4.

24 Et tempus nocturnum parere indicium delicti ex proposito commissi tradunt Doct. in l. More Romano, ff. de ferijs, Alex. consil. 130. vol. 1. col. 4. Bald. consil. 427. in 5. vol. Blanc. de indic. d. nu. 198. Boss. in tit. de homic. num. 63. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 361. num. 36. Mant. consil. 335. lib. 1. Cason. in tract. 3. de malef. cap. 10.

Et

25 Et ficuti nox furtorum,& aliorum fcelerum fecretaria appellatur Mant.

Sicut cũ trepidi per cæca filentia fures.

Et Catullus:

Nocte latent fures.

fic fol furtorum, & aliorum criminum index. & ficut in actibus in tenebris geftis, vt diximus, dolus, & fraus præfumitur: fic contrà in palam,& publicè geftis non præfumi dolum, tradit Menoch. de arbitr.Iudic.lib.2. caf.244. Et ad materiam noftram eum furtũ non committere, qui palam, & bona fide alterius pecuniam accipit,docet Bald.confil.347.libro 2. Alex.confil.31.in fine libro 7. & Crauet.confil.3.num.5.In diuinis autem litteris quemadmodum lumen eft Symbolum iuftitiæ,fidei, ac profperitatis, fic contrà tenebræ pro iniquitate, infidelitate, infortunio, errore, ignorantia, & pro mortis acerbitate accipiuntur iuxta illud.

In æternam clauduntur lumina noctem.

& alibi legitur;

Sed nox atra caput trifti circumuolat vmbra.

& Horat.Sat.1.lib.2.

——Seu me tranquilla fenectus
Expectat, feu mors atris circumuolat alis.

& Di. Paulus inquit: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino: ergo ficut filij lucis ambulate. & in Euangelio: Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt; & in alio loco: Venit nox quando operari nemo poteft.

26 Quomodo autem propter grauiffima fcelera nocturna facrificia fuerint interdicta, tradit Alex. ab Alexandro cap.19.lib.6.Gen.dierum. Diagondas autem Thebanus, vt Cicero fcriptum reliquit, primus apud Græcos nocturna facrificia interdixit: Quod poftea Romani fequuti funt, legitur enim in legibus XII. tabularum: Nocturna mulierum facrificia ne funto.

27 Cùm ergo fur nocturnus, & propter ingreffum alienæ domus, & propter ipfum tenebrarum tempus,& propter alienarum rerum ablationem grauiter delinquat, non eft mirum fi in furto deprehenfus poffit impunè interfici. Quod cùm & hac de caufa permiffum videatur, quia verifimiliter noctu dominus rei furtiuæ furem agnofcere non poteft, & proinde res fibi fubtractas Magiftratus opera confequi:hinc Doct.dubitant, an fi fur noctu cognitus fuerit, vel die non fuerit cognitus, poffit etiam in his cafibus necari,Io.Faber in §.Iniuria Inft. de lege Aquilia Doct. in l. Si vt allegas C.ad l.Corn. de ficar. Et in lege diuina Exodi cap.22.legitur: Si effringens fur domum, fiue effodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuffor nõ erit reus fanguinis: quo in loco agi de nocturno fure ex fubfequentibus verbis liquet, cùm mox dicatur: Quòd fi orto fole hoc fecerit,homicidium perpetrauerit,& ipfe morietur.Plato quoque lib.9. de legibus hanc legem tulit. Qui noctu furem domum fuam ingreffum interemit,

mundus sit. Cicero autem dum in Oratione pro Milone de lege XII.tabul.loquitur, ait: Quòd si duodecim tabulæ nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem si se telo defenderit, interfici impunè voluerunt: quis est, qui quoquomodo quis interfectus sit, puniendum putet, cum videat aliquando nobis gladium ad occidẽdum hominem ab ipsis porrigi legibus? Ius autem Canonicum videtur legi XII. tabul. congruere, cùm in cap. Si perfodiens de homic.scriptum sit: Si perfodiens inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium imputandum. Et dum in eodem Canone dicitur occidentem furem diurnum teneri, quia poterat discernere, quod ad furandum, non ad occidendum venisset, infertur dispositionem prædicti Canonis locum habere quando domus alicuius noctu à furibus effoditur, & dominus dubitat an ad bona subtrahenda, an ad eum interficiendum id fiat.

28 His tamẽ legibus nunc posthabitis, videamus an de iure ciuili, legibus scilicet Digestorum, fur nocturnus, & quo casu impunè occidi possit. Duæ igitur sunt leges, quæ contrariæ inter se aduersari videntur, altera Caij, quæ est 4.ff.ad l.Aquil.sic dicentis: Lex XII.tabul. furem noctu deprehensum occidere permittit, vt tamen id ipsum cum clamore testificetur. Verùm tantùm abest, vt lex XII.tabul. hunc clamorem requirat, vt etiam dicat, licere quoquomodo interficere; quod verbum omnem qualitatem ex cludit, sed videtur Iurisconsultus hoc modo aliquantulum antiquæ legis rigorem temperare voluisse. Altera lex est Vlpiani, l. Furem nocturnum, ff.ad l.Corn.de sicar.in qua sic legitur; Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impunè feret, si parcere ei sine suo periculo non potuit. Accursius in legem istam nõ parum torquetur, dum conatur hanc cum illa conciliare: & reuera si ista lex ad litteram esset intelligenda, vt nonnisi imminente vitæ periculo, ei, cui quis furatur, liceat furem necare, omnis differentia inter diurnum, & nocturnum furem sublata esset. Ideò inter alias solutiones Accursius inquit, *illa verba; suo periculo*, interpretanda esse quasi dixisset, rerum suarum, & subinde, si dominus in furto nocturno nõ possit consequi res suas, hoc casu furem interficere licere. Ang. de malef. in verbo, *Vestem cœlestem* col. 3. dicit hoc verum esse in re magni precij, non autem in re modici precij. & allegat l. Si ex plagis. §. Tabernarius, ff.ad leg. Aquiliam idem Ang. & Bald. in l.1. C.Vnde vi, Bald.in l.1. C. de locato. Alex.in addit.ad Bart. in d.l.Furem nocturnum. ff.de sicar. Matthæsil.notab.134. Ias.in l. *Vt vim colum.* antepenult. ff. de iust. & iur. Fel. in cap. Interfecisti col. 2.de homic.Tiraquel.in tract.de iudic.in rebus exig.feren.vbi plura adducit. Hippol.de Marsil. in l. Vnius facinoris. §. Cogniturum nume.80. ff.de quæst.& in l. Si vt allegas num.2, C.ad l.Cornel. de sicar.

ficar. vbi plura in vtranq; partem adducit in hac quæstione, An pro defensione bonorum liceat furem interficere. Si autem superior conciliatio non placeret, & dicendum esset alteram ex prædictis legibus ab altera corrigi, Vlpiani lex quæ benignior, & mitior est, duriorem, & acerbiorem legem Caij corrigeret: cùm præsertim ab antiquo rigore in hoc crimine pedetentim legumlatores declinauerint.

29 Alia quoque validiori ratione concludendum est dicta lege Furem nocturnum legem quartam ad l. Aquil. fuisse emendatam, quia scilicet ista Vlpiani est posterior, & illa Caij anterior, notumq; sit per posteriorem legem contrariam anterioris legis correctionem factam fuisse intelligi, quod etiam lege XII. tabul. Sancitum erat, hoc modo: Quodcumque postremum populus iusserit, id ius, ratumque esto. Caium autem Vlpiano anteriorem fuisse constat, dum Vlpianus librum Caij Cassij allegat in l. Quid tamen, ff. Quibus mod. vsusfr. amit.

30 Nec propterea illis assentio, qui facilè legum correctionem admittunt, sed eam potius, quantum fieri possit, esse euitandam arbitror: sæpe enim anteriores leges, ad posteriorum decisiones accommodantur, & illæ ab istis non corriguntur, sed explicantur. l. Non est nouum, & l. Sed, & posteriores, ff. de legibus, Bart. in l. Marcellus in princ. ff. ad S. C. Trebellian. & Reip. interest, vt legum correctio, & mutatio non facile præsumatur, nec permittatur, cùm ex legũ mutatione, morum mutatio, & publica perturbatio contingat. Iccirco Aristoteles libro secundo Polit. tradit, leges etiam si quid incommodi adferant, non esse facilè mutandas, quod etiam Vlpiano placuit, qui in l. 2. ff. de const. princ. scriptum reliquit, in nouis legibus constituendis euidentem vtilitatem esse debere, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est. Et memorabilis fuit illa Locrensium lex, vt qui nouam legem ferre vellet, ad comitia cũ carnifice accederet collo laqueo inuoluto, vt si lex proposita reijceretur, laqueo constricto illico necaretur, vt Demosthenes in Orat. cõtra Timocratem testatur. Et Plato libro 1. de legibus legem scripsit, vt ne quis iuuenum quærere auderet rectè ne, an contra leges haberent, si vero senex aliquid excogitasset, id Principibus referret, nemine iuuenum audiente.

31 Legum autem seruatores ita Deo placent, vt ipse Abrahamo dixerit c. 26. Genes. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli; daboque posteris tuis vniuersas regiones has, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta, & mandata mea, & ceremonias, legesque seruauerit. Et Hor. Ep. 6. lib. 1. inquit:

— Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges, iuraq; seruat.

Et Cicero pro A. Cæcina ait, in

ciuitate nihil esse,tam diligenter, quàm ius ciuile retinendum, quia hoc sublato non esse exploratum cuiquam quid suum,aut quid alienum sit,& pro A.Cluentio idem Cicero dicit, nos non debere à legibus recedere, quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatẽ, salutem denique legibus obtinemus, & postea eodem in loco subdit;Indignum esse in ea ciuitate, quæ legibus teneatur à legibus discedi. Hoc enim vinculum est huius dignitatis qua fruimur in Rep. hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis, mens, & animus,& consilium, & sententia ciuitatis posita est in legibus vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege suis partibus, & neruis, & sanguine, & membris vti non potest. Legum ministri, Magistratus: Legum interpretes, Iudices: Legum denique iccirco omnes serui sumus, vt liberi esse possimus.

32 Ex supradictis autem satis controuersis decisionibus firmanda est conclusio, quæ in iudicijs est seruanda; licere scilicet nocturnũ furem interficere ad sui ipsius tutelam, vel pro necessaria suæ non modicæ rei recuperatione, si dominus rei furtiuæ exclamauit aduersus furem, si eum non cognouit, nec capere potuit, nec interfuerunt testes, quibus de furto conuinci possit, quibus non concurrentibus non debet fur nocturnus interfici. Iul.Clar.libr.5.sent. in §.Homicidium,ver. Vltima est defensio. Nouell.in pract.crimin. cap.78.num.2. Hipp.de Marsil.in l.Furem, num.2. ff.ad legem Cornel.de sicar.& in l.Si vt allegas, in princ.C.eodem.Et Alex.cons.140. vol. 2. inquit illum homicidam non esse dicendum, qui posuit offendiculum ad fenestram vt furem nocturnum caperet, si fur decidat,& moriatur.

33 Diurnus autem fur tunc impunè occidi potest, quando se telo defendit (teli autem appellatione omne id quod nocere potest venire inquit l.Armorum, ff.de verborum sign.)& ignorat dominus, an ad furandum, an vero ad occidendum venerit, neque potest ei parcere absque proprio vitæ periculo,l.Si pignore,in princ. ff. de furt. Didac. in repet. Clem.Si furiosus,vers.Primus fit,de hom. Et quando etiam fur aufert res furtiuas, easque dominus recuperare nequit, quia fur telo resistebat. Angel. de malefic. in verbo, Vestem cœlestem, col.3. Hippol.de Marsil.in d.l.Furem nocturnum, ff.ad leg.Corn. de sicar. num.2. & seq. Alex.consil.138.num.9. lib.6. vbi testatur hãc esse communem opinionem,Ias.in l.Vt vim, num. 25. ff.de iust. & iur. Vallalob. in litera O.comm.opin.

34 Lege Veneta inuentus in alterius domo ad furandum noctu fustigatur, & in facie sugillatur, si autem iterum in alienis ædibus ex eadem causa reperiatur, ei oculus eruitur. Et si in aliena domo inuentus se telo defendere attentauerit, vel in fuga aliquem percusserit,ei manus dextera detruncatur,ipseque exoculatur.

35 Latrones autem possunt impunè

nè occidi, sic lege permittente, l. 1. C. Quando liceat vnic. fin. iud. se vind. & diximus supra, §. 1. nu. 57. & seq. & in eorum odium Arcadius, & Honorius Imp. nulla feriarum ratione habita, etiam venerabili die Paschatis, eos ad supplicium duci permiserunt, l. Prouinciarum, C. de fer. & si dum furantur, vel prædantur interficiuntur, pro illis non orat ecclesia, cap. 2 de furt. Appositè ergo Poetæ ferunt Laureolum insignem latronem in crucem fuisse sublatum, & à feris deuoratum: quam fabulam non semel Romæ fuisse in spectaculis repræsentatam legimus, quod etiam Iuuenalis innuit dum inquit:

Laureolum velox etiam bene Lentulus egit
Iudice me, vera dignus cruce.

Hæc ipsa fabula interdum Romæ Domitiano Imper. iubente seriò acta fuit, cum reum quendam vltimo supplicio damnatum in crucem erigi iussisset, & ab vrsa dilaniari, de quo Mart. in Amphit. Cæsaris:

Qualiter in Scythica relegatus rupe Prometheus
Assiduam nudo pectore pauit auem:
Nuda Calidonio sic pectora præbuit vrso
Non falsa pendens in cruce Laureolus.

36 Sacerdos verò, qui occidit, vel animo occidendi vulnerat latronem, eo vulnere, quo decedit, irregularis efficitur, c. Significasti, il 2. de hom. Item qui eum detinet, vel contra eum clamat in eius mortem, nisi id faceret ad euitandum periculum, quod suæ vitæ immineret, cap. Vnico, de hom. in 6. Nic. Plouius, de irregul. nu. 13. & in hoc mens, & intentio sacerdotis inspicienda est, si enim detineat furem, cumque ministris tradat animo, vt citra mortem, ac membrorum mutilationem puniatur non incidit in irregularitatē, quamuis postea morte afficiatur, cap. Tua nos, §. vlt. de hom. d. Plouius, loco citato, nume. 14. & ideo cautela est, quæ in foro obseruatur, vt sacerdos protestetur se intendere furem puniri debere, sed citra sanguinis effusionem.

37 Si furem sacerdos occidat, etiā pro defensione rerum suarum irregularis efficitur, c. Suscepimus, de hom. vbi dicitur, post tunicam, relinquendum etiam esse pallium, meliusque esse rerum iacturam pati, quàm, pro seruandis vilibus, & transitorijs rebus, in alios exardescere. Plouius de irregul. nu. 21. Fel. in cap. 2. nu. 4. de homicid.

38 Fit etiam irregularis clericus, qui indicat furem Iudici, seu officiali, si fur tunc capiatur, & capite damnetur, d. Plouius, ibi num. 15.

39 Si verò sacerdos, cui bona ablata fuerunt, postquam fur, seu latro furcis traditus fuit, gaudet illo supplicio, & ratum habet, quæritur an ob id efficiatur irregularis. Nic. Plouius loco præcitato, num. 16. afferit clericum, qui nullum habuit consensum in morem furis, nec quicquam operatus est, nō effici irregularem, si gaudeat maleficium fuisse punitum, non autem personam furis fuisse extinctam, irregularitas enim in tātum ex homicidio contrahitur, in

Cc 3 quan-

quamuis vel culpa, vel voluntas præcedit, vel scandalum subsequitur, vt notatur in c. Hi qui, 50. dist. & c. Ex litteris, de homicid.

40 Si etiam latro bona tua abstulit, & amicus, vel familiaris tuus, vt tibi rem gratam faceret, illum insecutus est, ac interfecit, & tu ratum, vel gratum habes, tunc incidis in irregularitatem per ratihabitionem, quæ retrotrahitur, & æquiparatur mandato, c. Ratihabitionem, de regul. iur. in 6. & ibi Dyn. Si autem hoc homicidium ab alio, non tuo nomine, nec tuo intuitu esset factum, licèt ratũ, & gratum haberes, non ob id irregularitatem contrahis, facit c. Cum quis, de sent. excomm. lib. 6. & tradita per Plouium, tit. de irregul. nume. 16. quamuis pecces, saltem venialiter Ioann. Andr. in d. cap. Cum quis, de sentent. excomm.

41 Vt ergò furtum, siue aliud crimen per ratihabitionem puniri possit, duo copulatiuè requiruntur, primùm vt delictum meo nomine fuerit commissum, secundò vt illud tamquam meo nomine factum ratum habeam, vt tradit etiam Iul. Clarus in pract. crimin. quæst. 87. in fine.


FINIS §. VNDECIMI.





DE FVRTIS

§. DVODECIMVS.



SVMMARIVM §. 12.

1 *An furtum naturali iure damnatum sit.*
2 *Natura omnia esse communia.*
3 *Bonorum communionem esse Deo gratissimam.*
4 *Apud quos bona fuerint communia.*
5 *Ius naturale quid sit.*
6 *Conciliatio opinionum, an furtum natura, vel hominum legibus turpe sit.*
7 *Apud quos furta fuerint impunita.*
8 *Quibus rationibus probetur furtum natura turpe esse.*
9 *De multis pœnis furtorum apud multas gentes.*
10 *Peccata esse æqualia secundùm Stoicos.*
11 *Furta à summis philosophis damnata.*
12 *Etiam bruta odio habere furta.*
13 *De pœna furtorum, secundùm leges XII. tabul.*
14 *De pœna furtorum, secundùm Prætoris æquitatem.*
15 *An grauiùs puniantur delicta occulta, quàm publica.*
16 *Pœnas dupli, & quadrupli in desuetudinem abijsse.*
17 *An in foro conscientiæ fur teneatur ad pœnam dupli, vel quadrupli.*
18 *Pro simplici furto corporali pœna non esse furem puniendum.*
19 *Grassatores, & famosos latrones capite plecti.*
20 *An Aduocatis liceat insignibus furibus patrocinari.*
21 *Faciliùs latrones torqueri.*
22 *Examinatur §. Si quis quinque solidos, de pace tenenda in vsibus feudorum.*
23 *De pœna excoriandi, & tondendi.*
24 *Qui dicantur famosi fures.*
25 *An per furtum pax rumpatur.*
26 *Pro simplici furto pœnam mortis non esse propositam.*
27 *Primo delicto facile veniam dari.*
28 *Seueriùs furta ob eorum frequentiam fuisse punita.*
29 *Delicta geminata esse grauiora.*
30 *Crimen iteratum atrox dici.*
31 *Et seueriùs puniri.*
32 *Cur in inquisitionibus interdum dica-*

tur reum illud crimen sæpe commisisse.

33 Delicta geminata etiam punita aggrauare.

34 Et sat esse reum bis deliquisse, & tunc dicitur solitus esse furari.

35 Geminationem furtorum aggrauare pœnam etiam ad mortem.

36 Furta plura debent esse, & re, & tempore distincta.

37 Fur, qui duorum furtorum pœnas luit, an propter tertium sit suspendendus.

38 Quæ sit huius decisionis ratio.

39 Quid si reus duobus primis furtis fuit absolutus?

40 Quid in absoluto Principis venia?

41 Stante statuto, vt fur propter tria furta suspendatur, an ille sit suspendendus, qui duo alia prima furta in alio territorio commisit.

42 Reprobantur quædam verbales distinctiones in hac materia.

43 Quæstiones verborum Grammaticis pertinacibus esse relinquendas.

44 An statutorum verba, an potiùs mens sit attendenda.

45 Limitantur prædicta in furto rei minimæ.

46 Etiam stante statuto, furem pro paruo furto esse suspendendum, Iudicem posse sententiam temperare.

47 Stante statuto, vt fur pro furto non suspendatur, poterit tamen ex causa suspendi.

48 De iure Codicis cur furtis fuit propo sita pœna criminalis.

49 An cadauer furis qui se veneno in carcere necauit sit suspendendum.

50 Qua pœna fures à Longobardis fuerint puniti.

51 De regno Longobardorum in Italia.

52 De pœnis furtorum, secundùm leges Venetorum.

53 De pœna proposita à statuto Taruisino furtis.

54 Fur de iure canonico, quando sit promouendus ad sacros ordines, & quando non.

55 Pœnas insolitas non esse infligendas.

56 Furem tribus legibus teneri.

57 Quomodo Seuerus Imp. fures castigari voluerit.

58 An furtum sit graue delictum, & quando est magnum, vel paruum.

59 An propter vnum magnum furtum fur suspendi debeat.

60 In furtis puniendis potiùs attendendam esse mentem furantis, quàm rei furtiuæ æstimationem.

61 De surripientibus instrumenta acquisitionum.

62 De statuto iubente furti accusatum, neque se iudicio sistentem damnari exilio furcarum.

63 De statuto disponente, vt elapso anno furti actio nulla detur.

64 Statuto existente, vt nomina latronum exulantium deleri ex actis publicis nequeant, & posteà edito altero statuto, vt omnes exules in pristinam libertatem reuertantur, quæritur, an vigore huius secundi statuti, falsarij, & latrones possint deleri de exulum libro.

65 An fœmina comprehendatur in statuto dicente, si quis fur.

66 Stante statuto, vt vi rapiens filium non suum puniatur, non puniri rapientem filium patre carentem.

67 Viarum obsessores, ac latrones non gaudere ecclesiæ immunitate.

68 An fures sint in sacris ædibus tuti.

69 Bulla Gregorij XIV. Summ. Pont. in hanc materiam.

70 Varijs pœnis fures, & alios scelestos esse

esse afficiendos, pro eorum conditione, & delicti atrocitate.

71 *Quando nobiles mitioribus pœnis sunt afficiendi.*

72 *Pœnas reis aptas esse inferendas.*

73 *Pœnam debere etiam respondere delicto.*

74 *Pœnam furum esse extraordinariam, idest, arbitrariam.*

75 *Habendam esse rationem temporis, quo reus puniendus in reatu fuit.*

76 *Furtiuæ res an præscribantur.*

77 *Bona immobilia furtim possessa præscribuntur, & quare.*

78 *Quod ex re furtiua redigitur, furtiuum non est.*

79 *Vestimentum ex lana furtiua confectum furtiuũ est, & vsucapi potest.*

80 *Res ex aliena hæreditate expilata an vsucapiantur.*

81 *An partus furtiuæ ancillæ sit furtiuus, & vsucapi queat.*

82 *Crimen furti an præscribatur.*

83 *An lapsu temporis delicti pœna sit minuenda.*

84 *Quomodo morte rei crimen extinguatur.*

85 *Et quando post mortem rei Iudex debeat ferre sententiam.*

86 *Datur condictio furtiua aduersus hæredem furis, quamuis de re furtiua nihil ad eum peruenerit.*

87 *Fur occisus dum furabatur non debet in loco sacro sepeliri.*

88 *Cur Auctor hoc opus composuerit, & in lucem ediderit: & studium legale ab historiarum cognitione non abhorrere.*

12. §. QVOD IVRE NATVRALI prohibitum est admittere.



Andem ad ipsum furtum detestandum, illud iure naturali esse prohibitum in definitione dicitur. Videamus ergo, an reuera furtum natura turpe sit, & subinde an naturali iure, an verò iure gentium sit damnatum. Duæ in nostris legibus reperiuntur auctoritates, quæ inter se repugnare videntur. Prima est Pauli, post furti definitionem in l.1. ff. de furtis, dicentis, Quod lege naturali prohibitum est admittere, quam sententiam ijsdem verbis Iustinianus secutus est in §. Furtum, Inst. de obl. quæ ex del. nascun. Altera autem est Vlpiani, qui in l. Probrum, ff. de verborum sign. ita scriptum reliquit: Probra quædam natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis, vt putà, furtum; adulterium est natura turpe. quo in loco Alciat. disputat furtum non natura, sed ciuili lege probrum esse, quem tamen Anton. Augustinus cap.4. lib 4. emendat. reprehendit, & Accursio, ac eius assectis adhæret. Alciati autem opinionem secutus est Ludou. Carbo in tract. de restitutione, quæst. 2. dum inquit dominium aliud esse increatum apud Deum, aliud creatum apud homi-

homines, quod iterum diuidit in naturale, quod est omnibus hominibus in rebus omnibus naturæ lege, & in humanum, siue ciuile, & politicum humana lege introductum. Sed quoniam libera, vt aiunt, est vnicuique facultas philosophandi, in medium adducamus rationes quasdam, quibus comprobari videtur furtum ciuili iure, non natura turpe esse.

2 Natura enim omnia communia fecit l. Hos accusare, in fine, ff. de accusat. & inscript. quod cōmodum si hominum culpa sublatum non fuisset, furtum non committeretur; cùm ex furto propriū dominium præsumatur penes illum, cui quis furatur: Quod optimè Horat. expressit in Sat. 2. lib. 2. Sermonum hoc modo:

Nam propriæ telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quenquam statuit. nos expulit ille:
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris,
Postremum expellet certè viuacior hæres.

quod etiam M. Tullio placuit, dū lib. 1. officiorum ita scriptum reliquit: Sunt autem priuata nulla natura; sed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt: aut bello, vt qui victoria potiti sunt: aut lege, aut pactione, condicione, sorte: ex quo fit vt ager Arpinas Arpinatiū dicatur; Tusculanus, Tusculanorum. Eademque est priuatarum possessionum descriptio. Ex quo, quia suum cuiusque fit eorum, quę natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat; Quamquidem rerum communionem iuri sum quoque ius diuinum, & canonicum secūdùm naturam esse confirmarunt: inquit enim Summus Pontifex in c. Dilectissimis 12. q. 1. Communis vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, & alius istud: & sic inter mortales facta est diuisio. Et in c. Sicut ij. 47. dist. dicitur illud violenter esse obtentum, quod sumptus superat.

3 Quæ bonorū communio adeò Redemptori nostro placuit, vt non solùm discipulis suis illam præceperit, sed illius sacerdotes illam profitentur, & ex voto obseruent. Legitur que in c. 4. act. Apostol. quod relatum est, in cap. secundo, 12. quæst. 1. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquā eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et dum agitur de Iudæis, qui à Petro Apostolo ad Christi fidem conuertebantur, dicitur in cap. 2. act. Apostolorum: Omnes etiam qui credebant erant pariter, & habebant omnia communia, prædia, & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

4 Plato quoque in sua optima Rep. lib 4. voluit vt omnia essent communia, vt hoc vno remedio complura submoueret delicta, quæ passim propter auaritiam patrantur, cui rei in sua apum Rep. Virg. lib. 4. Georg. ita allusit.

Ven-

Venturæque hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Et Marsilius Ficinus scribit eiusdem sententiæ fuisse Ægypti, ac Græciæ philosophos, compluresque asserunt Placam Bohemię vrbem eodem modo vixisse, & à Diodoro insula in Oceano describitur Meridiem versus, in qua Astrologi, & Philosophi florent, qui rebus omnibus vtuntur communibus, Garamantesque inquit in extrema Africæ parte habere Rempubl. in qua nemo aliquid proprij habet: similemque bonorum communionem fuisse apud philosophos Brachmanos, Gymnosophistas, Esseos, & Pythagoricos.

5 Quod quidem ex ipsa etiam iuris naturalis definitione colligitur; cùm ius naturale communissimè acceptum, dicatur illud esse, quod natura omnia animalia docuit: ius enim istud non solùm humani generis proprium est, sed etiam omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur, inquit Imper. in tit. Inst. de iure natur. in princ. & probando hoc naturale ius in maris, & fœminæ coniunctione, liberorum procreatione, & educatione, certam dum rationem reddit, cur ius naturale sit, inquit: Videmus etenim cætera quoque animalia istius iuris peritia censeri. Quatenus ergo hoc ius sic acceptum cum brutis communicatur, eatenus ius naturale cognoscitur, at ius naturale quo ad bonorum communionem in brutis patet, quæ nihil proprij sibi vsurpant, sed in communi relinquunt, & postea natura docente surripiunt, vt Virg. libro primo Georg. hoc modo testatur.

——Sæpe exiguus mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit;
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ,
Inuentusque cauis bufo, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt, populatque ingentem farris aceruum
Curgulio, atque inopi metuens formica senectæ.

Hoc Iure ergo naturali prohibitum non est furtum, alioquin etiam brutis vetitum esset.

6 Leges autem supra memoratæ, ità discrepare non arbitramur, vt conciliari non possint, non vt Anton. Augustino placuit, qui transpositis punctis existimauit etiam Vlpianum dixisse furtum esse naturâ probrum, cui rei non solum Alciatus reclamat, sed ipsa verborum structura resistit: imò dicere possumus ipsas leges non discordare: nam si, vt diximus, aliquod ius naturale est, quod brutis quoque communicatur, ergo est ipsa natura, non lex naturalis, iccirco Paulus non dixit furtum naturali lege turpe esse, sed natura, at Vlpianus non natura, sed lege naturali furtum prohiberi affirmauit, cum ergo legis meminit, de hominis facto loquitur, & legem naturalem communiter intelligit videlicet speciem in genere, aut effectum in causa: nam si lege prohibetur hominibus, nō autem

brutis,

brutis, non natura, sed hominum, siue gentium iure, necesse est, vt prohibeatur, & cum istud ius hominum, quod gentium appellamus, sit, vt Iustinianus definit in §. Ius gentium, Inst. de iure natur. gent. & ci, quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit, & quod apud omnes populos æquè custoditur, ideò non solùm à naturali iure non discordat, sed immò ab eo descendit, & ab ipsa naturali ratione constituitur, vt clarè habetur in l. prima, ff. de acquirendo rerum dom. vbi sic scriptum est: Quarundam rerum dominium nanciscimur iure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peræquè seruatur, & posteà subdit; Antiquum ius gentium cum ipso genere humano proditũ esse, & Cicer. 3. offic. ait; Neque vero hoc solùm natura, idest, iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis Ciuitatibus Respublicæ continentur, eodem modo constitutum est, vt non liceat sui commodi causa nocere alteri, & Iustin. Imper. idem expresse dixit in §. Singulorum, Inst. de rerum diu. hoc modo; Quarundam enim rerum dominium nanciscimur iure naturali, quod (sicut diximus,) appellatur ius gẽtium. Dum ergo Paulus inquit lege naturali furtum prohiberi, de hominum legibus loquitur, & sic de iure gentium, quod ius naturale secundarium appellant. tãquam ab ipso naturali iure constitutum. Et nihil est, quod Anton. Augustinus exclamet legibus Põtificijs, & ipsi iustitiæ furta repugnare, quod vtique verum est, nec de hoc nunc agitur, sed an furtum turpe, & prohibitum sit natura, an verò gentium legibus.

7 Imò apud plures populos furta fuisse impunita in comperto est, scribit enim Aul. Gellius, cap. 18. lib. 11. noct. attic. legisse in libris Aristonis Iuriscõsulti apud Ægyptios furta fuisse impunita, & inquit Diodorus Siculus, lib. 2. Bibliothec. quod refert etiam Ioan. Ferrarius in tit. Inst. de oblig. quæ ex del. nascun. apud eosdem Ægyptios lege cautum fuisse, vt illi, qui furtis operam dare volebant, propria nomina sacerdotum principi propalarent, cui, vt primum furabantur, furta deferebant, ad quem illi quoque quibus res subtractæ erant, accedebant, ad res furtiuas præcisè indicandas, & hoc modo, rerum furtiuarum dominis adinuentis bona restituebãtur, detracta illarum quarta portione, quam fur ex lege lucrabatur. Apud Lacedæmonios autem, quos Gellius sobrios, & acres viros appellat, & à quorum moribus plura in Duodecim tabularũ leges fuisse translata constat, §. Ex non scripto, Inst. de iure natur. gen. & ciu. furta impunita erant, vt, ipso Gellio Auctore, in d. cap. decimo octauo libri vndecimi, rei militaris disciplinam faciliùs addiscerent, quod apud Xenophontem quoque scriptum legitur, & apud Alexand. ab Alexandro gen. dier. lib 6. cap. 10. Et Dionysius Siracusanus senior, (vt Plutarchus refert in apophtegmat.) eos diligebat, qui in vrbe noctu homini-

minibus vestes abripiebant, hoc enim modo se sperare dicebat, vt Syracusani eorum crebra nocturna conuiuia relinquerent. Et Alexand. ab Alexandro, in dicto cap. decimo, libri 6. scribit apud Persas quoque Cardaces fuisse, qui ex rapto viuebant, idque illis permissum erat, & de Nursinis idem Virg. testatur lib. 7. Æneid. inquit enim.

Armati terram exercent, semperque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Argiui, & Brutij, vt idem Alexād. cap. 13. libri quarti, scribit more insito genti latrones sunt, cùm illorum ingenia latrocinijs lætentur, & rapinis gaudeant, vnde prouerbio dictum fuit: Argiui fures, Auctore Festo, cui Auctor adagiorum astipulatur. Et de Germanis, & Cymbris duris, laboriosisque hominibus legitur eos à primis annis ad furta esse assuetos, in quibus nullam esse turpitudinem autumant. De Latinis quoque sic Virg. inquit, lib. nono, Æneid.

—Nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem,
Caniciem galea premimus, semperque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

8 Alij autem contrà affirmant, furtum natura turpe esse, vel ex eo cognosci posse, quòd apud omnes ferè nationes damnatum fuerit, & fures tamquam Reipub. hostes acerrimè fuerint puniti: quàuis quibusdam in locis, ob naturā deprauatam, contrarium obseruatum fuerit, & apud omnes legumlatores, ac naturæ obseruatores, antiquosque Poetas, qui Philosophi, & Theologi dicebantur, fures tamquam humani generis pestem fuisse vituperatos, ac punitos. Et ex grauissimo Ciceronis testimonio clarè comprobari furta esse contra naturam, dum libro 3. officiorum scriptum reliquit; Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis esse contra naturam, quàm mortem, quàm paupertatem, quàm dolorē, quàm cætera, quæ possunt, aut corpori accidere, aut rebus externis. Et posteà subdit: Si propter suum emolumentum, quisque spoliet, aut violet alterum, necessariò disrumpi eam, quæ maximè est secundùm naturam humani generis societatem, quemadmodum totum corpus interiret, si vnumquodque membrum proximi membri valetudinem ad se traduceret. Cùm igitur experientia compertum fuisset ex rerum communione multa incommoda, ac mala nasci: iccirco apud nos omni iure sancitum fuit, vt bona sicut animi, & corporis, ita, & fortunæ priuatis dominijs distinguerentur, vt hominum societates, ac Resp. nouis artibus, ac continua, indefessaque hominum industria florentes, & gloriosæ redderentur, quod non succederet, si bonis in communi, tam inertes, quàm industrij homines fruerentur, cùm enim vnusquisque natura cupiat, non solùm

ad necessariam sui ipsius conseruationem, sed etiam vt inter alios excellat, diuitias acquirere, ex quibus tot commoda, & dignitates homines percipiunt, hinc artes, & disciplinæ inuentæ, & excultæ fuerunt: sed cùm multi sint, qui huiusmodi artibus bona sibi comparare, aut non possunt, aut nolunt, neque ex sudore vultus sui victum sibi quærere student, rebus suis non contenti, in alierũ bona manus iniiciunt, & quod suum non est vsurpantes, rerum æqualitatem, qua vniuersa humana societas nititur, perturbant; Quamobrem necessarium fuit iustitiæ bonum, quo ius suum vnicuique tribuendo, & iniustè occupata restituendo, ac ad æqualitatem inæqualitatem reducendo, humana societas conseruatur, & istæ profectò sunt leges, quæ furibus supplicia proponunt. Quãuis ergo natura res indiuisas reliquerit, suasit tamen ipsa naturalis lex, & dictauit, vt rerum diuisio fieret, quam diuisionem Deus approbauit, & Ecclesia Catholica adeò amplexa est, vt censuerit errorem esse in fide affirmare, non licere hominibus bona propria habere, & tamquam hæreticam damnauerit sectam eorum, qui Apostolicos se nuncuparunt, nihil proprium possidentes, nec illos admittentes, qui aliqua re propria vtebantur, de quibus agitur in cap. Quidam 24. quæst. 3. Quæ autem de communione bonorum apud Apostolos, & Monachos dicta fuerunt, & de eo, quod in Euãgelio legitur, non generaliter intelligendum est, sed quo ad certas personas, ac societates hoc pacto Apostolicam, & perfectam vitam tradere cupientes, quemadmodũ in primitiua Ecclesia interdum factum fuisse legimus, & quędam Monachorum societates adhuc obseruant, quæ communio intelligenda est, quo ad bonorũ vsum, sicuti dicimus amicorum omnia esse communia, non autem quo ad rerum proprietatem, & absolutum earum dominium, vt docet etiam Arist. lib. 2. Polit.

9 Quomodo autem furta prohibita, & vlta fuerint, videamus. Diuino primùm iure damnata fuerunt, cùm in Decalogo legatur: Non furtum facies, & diuina ipsa lex, cap. vigesimo secundo Exodi, & secundo Reg. cap. duodecimo, distinguendo dicat: Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit, quinque boues, pro vno boue restituat, & quatuor oues pro vna oue, & si non habuerit, quod pro furto reddat, ipse venundabitur. Si inuentum fuerit apud eum, quod furatus est viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis, duplum restituat. Et Tobias, (vt legitur in eius historia, cap. 2.) cùm audisset vocem hædi ab vxore suæ allati, Videte, inquit, ne fortè furtiuus sit: reddite eum dominis suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Et in Ezechiele, c. 33. dicit Deus se non daturum veniam pœnitentibus, nisi priùs pignus, & rapinam reddiderint. Et cap. vndecimo, Prouerb. dicitur illos à Deo etiam

etiam in hac vita puniri, dum ita scriptum est: Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Draco, qui olim Atheniensibus leges tradidit, & adeò seueras, vt non atramento, sed sanguine illas scripsisse Demades dixerit, cùm etiam leuioribus criminibus capitalem pœnam statuerit, furta omnia capite damnauit, vt etiam A. Gellius scriptum reliquit, libro duodecimo, cap. decimo octauo, noct. attic. & de hac re non pauca apud Cœl. Rhodiginum leguntur libro decimo, c. 6. antiquarum lect. Mising. in §. Furtum est, num. 9. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. Iodoch. in sua pract. crim. in rubr. de furt. numero primo, & seq. & Petr. Grego. Sintam. iuris libro 37. cap. 1. rubr. de furt. numero primo, & seq. acriter furta detestatur. Cùmque leges istæ asperæ viderentur, non contrarijs legibus, sed tacito Atheniensium consensu obliteratæ fuerunt, mitioresque à Solone vno ex septem Græciæ sapientibus latas amplexi sunt. Solon igitur pœnam dupli furtis proposuit, quod item Plato censuit, dum libro nono, & duodecimo, de legibus scripsit pari dupli pœna, puniendum esse eum, qui rem aliquam publicam furatus fuerit, cùm eadem cupiditate furtum factum sit, nec æstimationem rei furtiuæ esse in fure puniendo inspiciendam, sed an fur sanabilis, vel insanabilis sit, & ideò seruum, & peregrinum de furto publico, quasi quòd sanari possint, ex arbitrio iudicis mandat puniri, forsan, quia existimauit eos necessitate etiam impellente furtum fecisse. Si verò ciuis furtum publicum commiserit, siue in furto deprehensus fuerit, siue non, mortis supplicio esse damnandum, & cùm multis modis furtú fieri possit, dicit indagandam esse sceleris dissimilitudinem, ne similibus pœnis dissimilia scelera puniantur. Legitur apud Ælianum, libro quinto, de var. histor. adolescentulum Athenis vltimo supplicio fuisse damnatum, quia folium aureum ex Dianæ corona delapsum abstulerat, & apud Attrios, qui minima subtrahebant, lapidibus obruebantur, vt scribit Petrus Crinitus, cap. decimotertio, lib. 3. de honesta disciplina. Et de Scythis Iustinus sic libro 2. Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe sine tecti munimento pecora, atque armenta habentibus, quid inter Syluas superesset, si furari liceret? & Hor. in hanc sententiam Ep. 6. libro 1. scripsit.

Nam de mille fabæ modijs cùm surripis vnum
Damnum est, non facinus mihi pacto lenius isto.

10 Quæ opinio fuit Stoicorum existimantium peccata inter se æqualia esse, & iccirco paribus pœnis esse plectenda, vt Cicero paradoxo tertio, ex eorundem Stoicorum sententia disputat, quod si fieret, absurdissimum, & iniustissimum esset; maxima est enim inæqualitas dum in rebus inæqualibus æqualitas seruatur, quod etiã Hor. Sat. 3. serm. lib. 1. sic risit;

Nec vincet ratio hoc, tantundem vt peccet, idemque
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus Diuum sacra legerit. adsit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Rectiùs ergo Bactrianos sensisse constat, qui rei minimæ furem, per ignominiam, sputis deturpari voluerunt, vt Petrus Crinitus refert loco suprà citato, & apud nos dum verberibus publicè cæduntur, illis infamia potius, quàm vitæ detrimentum irrogatur.

11 Summi quoque Philosophi furta detestati sunt: Plato enim libro vltimo de legibus sic scriptum reliquit: Pecuniæ furtum illiberale profectò est, rapina vero turpissimum: nullus enim filiorum Iouis, aut vi, aut dolo delectatus quicquam huiusmodi vnquam fecit; ideò nemo vel à Poetis, vel à fabulosis alijs hominibus, ita decipiatur, vt credat, si furto, aut vi vsus fit, nihil se turpe, sed quod Dij fecerint, commisisse: nam nec verum id, nec verisimile est, & qui præter legem horum alterum facit, is nec Deus, nec Deorum est filius. Et Aristoteles, libro primo, Ethicor. inquit aleatores, & fures, atque latrones illiberales esse, quia in turpi lucro versantur: cùm omnia causa quæstus agant, & sustineant probra. Verissimum enim est furti damnatum effici infamem, l. Non poterit, ff. de furt. & ibi gloss. & inquit gloss. in cap. Fraternitas, hominem potius mortem subire debere quàm furari.

12 Tantoq; odio fures habiti sunt, vt quædam etiam bruta eos horrere, & reformidare soleant. Plin. libro vndecimo, cap. 16. nat. hist. de apibus sic scripsit: Æquitas quidem etiam in eis obstringitur, feruntque societate fraudata alueos mori; in primis ergo præcipitur, vt lauti, purique eximant mella, & furem, mulierumque menses odere, & idem Plin. cap. 7. libr. 19. ait, apes furtiuas pessimè prouenire.

13 Legibus Duodecim tabularũ, furta manifesta in liberis hominibus verberibus, in seruis capite vlta fuerunt. Furtis autem, nec manifestis ab ipsis legibus nulla pœna videtur imposita. Furem autem nocturnum, aut diurnum si se telo defendat, impunè voluerunt posse occidi, verba legis hæc sunt: Furem, qui manifesto furto prehensus erit, si furtum, aut noctu faciat, aut interdiu, cum prehenderetur, se telo defendat, occidito. l. Nec timorem ff. Quod met. causa leges autem ciuiles hoc interpretatæ sunt, si parcere ei sine suo periculo non potuit. l. Furem ff. ad l. Corn. de sicar. Quod autem hac lege Duodecim tabularum, furta manifesta grauiter punirentur, nec manifesta autem non item, respondet diuinæ legi, in qua cap. sexto, Prouerbior. dicitur. Non grandis est culpa, cùm quis furatus fuerit: furatur enim vt esurientem impleat animam: deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substan-

stantiam domus suæ tradet, & liberabit se.

14 Prætor verò æquitatem secutus furtis non manifestis pœnam dupli, manifestis autem quadrupli proposuit, Inst. de obligat. quæ ex delic. nascun. §. pœna, & Inst. de act. §. In duplum, & §. Quadrupli. In hoc delicto receptum est, vt triplum sit pœna, Inst. de act. §. Sequens, versic. Ex maleficijs, vbi clarè dicitur, hoc duplum, vel quadruplum in actione furti solam pœnam continere, nec in eo rei persecutionem inesse, sed in rapina secus esse, vt alibi diximus, ex qua re Ias. in d. versic. Ex maleficijs, numero septimo, constituit regulam: Quando statutum, vel lex simpliciter imponit pœnam dupli, vel quadrupli in dubio semper in duplo inesse simplum, ita vt alterum rei persecutionem, alterum verò pœnam contineat, Bartol. in l. Hoc edicto, §. primo, ff. de publican. & vect. & in l. Ab his, C. de naucul. libro 11. & in l. fin. in princ. & ibi Bald. C. de sponsal. & in l. Sanctio legum, in 4. column. ver. Sed quæro, an in dubio insit simplum, ff. de pœn. & in l. Interpretatione, ff. eod. tit. Bald. latè in cap. 1. §. Si duo, de pace tenen. & in l. Contra negantem, C. ad legem Aquil.

15 Ex præmissis ergò constat grauius puniri delictum palàm commissum, quàm clam, ob malum exemplum, & pusillorum scandalum, quod vtique verum esse in ijs, quæ semper prohibita sunt, vt in furto, blasphemia, homicidio, & similibus, contrarium autem esse in ijs, quæ interdum bona, & interdum mala esse possunt, vt in celebratione alicuius contractus, quidam enim contractus reprobantur, tradunt Doctor. & præsertim Ias. in d. versic. Ex maleficijs, Inst. de act. & ibi Gomez. numero vigesimo primo, & Iul. Clarus, in pract. crim. quæst. sexagesima, versic. Sed an fortè. Sed (pace tantorum virorum) responderi posset, non semper furtum esse prohibitum, vt ex ijs, quæ suprà in §. decimo, scripsimus satis apertè constare existimamus. Cicero Verris furta in sua act. 6. vehementer ex eo amplificat, quòd ille ad tantam improbitatem deuenisset, vt non per præstigia, sed palam per potestatem suo Imperio hostiatim vniuersa oppida compilasset.

16 Hanc tamen pœnam dupli, & quadrupli in desuetudinem abijsse tradit Cœpola in Authent. Sed nouo iure C. de ser. fug. nume. 59. quem Iul. Clar. sequitur in §. Furtum, vers. Pœna autem lib. 5. sent. Et quamuis in Euangelio Lucæ cap. 19. legatur illud Zacchæi publicani dicentis; Si quem defraudaui reddo quadruplum, ita vt inferri posse videatur iustè duplum, vel quadruplum peti posse, cap. Cum deuotissimam 12. q. 2. & gloss. in cap. Non sanè 14. quæst. 5. in verbo Zacchæi; & in cap. 22. Exodi legatur; vt qui furabatur vnam ouem quatuor restitueret.

17 In foro tamen conscientiæ ad has pœnas fur teneri non videtur, quamuis in vsu essent; sed tantum modò ad rei ablatæ restitutionē,

vt scribit Gomez. in §. Sequens, vers. Ex maleficijs Inst. de act. numero 14. & Iul. Clar. in d. §. Furtum, vers. praecitato, & in §. fin. quaest. 80. vers. Sed hic incidenter: & inquit cap. Fraternitas 12. q. 2. Sine augumento sibi ablata Ecclesiam recipere oportere: & Ecclesiae poenam non deberi facit. cap. 1. 23. q. 3. Apostolusque ad Corinthios 6. illos monet, vt per contentionem cum scandalo sua non repetant: quantò magis igitur est credendum, vt admonere illos voluerit ne poenas etiam consequerentur? Praemissis tamen non officientibus viget conclusio in contrarium communiter approbata: Ecclesiam scilicet, & personas ecclesiasticas posse à fure iustè petere, & à quocunq; alio malefactore non solùm rem sibi subtractam, & damni restitutionem, sed etiam poenam ex lege, vel ex partium conuentione sibi debitam, vt habetur in cap. In antiquis 12. q. 2. & in cap. Decenter 89. dist. & in cap. Dilecti de arbitr. gloss. in d. cap. Fraternitas in verbo, Cum augumento, vbi ad haec cōcilianda, quae sibi inuicem repugnare videntur, tradit complures solutiones, inter quas illa est notanda, d. cap. Fraternitas, esse intelligendum in foro conscientiae, alias verò leges contrarias in foro contentioso: & Martinus Nauarrus in suo commentario de lege poenali, dum ipsum cap. Fraternitas examinat, inquit, quamuis liceat, & deceat Ecclesiam petere poenam; magis tamen decere illam non petere. Sed cap. Fraternitas non loquitur de aliqua decentia, sed inquit, Absit, vt Ecclesia cum augumento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quęrere. Colligitur tamen ex d. Canone contrarias leges de iuris rigore, haec autem de ecclesiastica mansuetudine intelligi. Si tamen aliquis furetur Sacerdoti suo, & post modùm in sacramentali confessione fateatur illi furtum fecisse pro poenitentia, furi non debet iniungi, vt rem furtiuam restituat cum poena, sed sat est, vt damnum resarciat gloss. in d. cap. Fraternitas 12. q. 2. in verbo, Cum augumento in fine, & ibi notata, Alex. de Imola in l. Si poenae, ff. de cond. indeb.

18 Cùm autem Iustiniano Imper. minimè iustum videretur, vt in corpore ille puniretur, qui in rem deliquisset, hanc legem tulit in Auth. Vt nulli iudic. in fine, relatam in Auth. Sed nouo iure C. de ser. fug. Pro furto nolumus aliquod membrum abscindi, aut mori, sed aliter eum castigari. Quod vtique intelligendum est de furibus, qui sine armis, & occultè furantur.

19 Latrones autem famosi, qui vi alienas res arripiunt, poena capitis puniri debent, l. Capitalium, §. Famosos, ff. de poen. & ibi gloss. & Bart. text. in d. Auth. Vt nulli iudic. §. Quia verò nos, Ang. de malef. in verbo, & vestem coelestem col. 3. Coepol. in Auth. Sed nouo iure, C. de ser. fugit. & ibi Ang. numero 103. declarat qui nam sint fures famosi. Hosque famosos latro-

latrones in ijs locis vbi grassati sunt, esse furca figendos inquit l. Capitalium. § Famosos, ff. de pœn. vt, & conspectu deterreantur alij ab ijsdem facinoribus, & solatio sit cognatis, & affinibus interemptorum, eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia commisissent. Bald. in l. Hac lege, in prima colum. C. de sent. ex breuil. recit. quem refert Hippol. de Marsil. in l. Vnius facinoris, §. Cognitorum. nume. 84. ff. de quæst. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 99. versic. Item quæro. Imò etiam illi, qui diuidunt prædam cum aggressoribus viarum, sunt comburendi l. Si quis barbaris C. de re milit. lib. 12. & ibi Bart. quem textum singularem appellat Paris de Put. de Synd. fol. 250. nume. 8. & dicit fuisse Neapoli obseruatum, quem Iul. Clar. refert in pract. crimin. quæst. 68. vers. Diuidentes prædam.

20 Nec insignibus furibus Iudex debet permittere Aduocatum patrocinari, l. Per omnes, C. de defens. ciuit. Angel. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem, vers. & nota bene, Lud. Rom. in l. Si vero, §. de iuro, ff. sol. matr. in 46. fallent Hippol. de Marsil. in l. 1. in princ. num. 21. ff. de quæst. & in l. Vnius facinoris, § Cognitorum num. 63. ff. eod. tit. Sed hoc consuetudo non admittit: eorum enim defensores admittuntur, & audiuntur, licèt non exaudiantur. Iac. Baulen. in repet. l. Capitaliū. §. Famosos nume. 21. & seq. ff. de pœn. enumerat plura specialia contra istos famosos latrones, videlicet quod vbique puniri possunt; & etiam die feriato: & de facto contra eos proceditur: impunè occiduntur, non admittitur appellatio: delegatus sententiam contra eos exequitur etiam sine alia commissione: ab ecclesia extrahuntur: possunt suis defensionibus renuntiare: & vt ibi per eum quem Farinac. refert, & sequitur de furtis q. 167 par. 5.

21 Cum istis insignibus furibus, & latronibus facile ad tormenta deuenitur Marsil. in l. 1. nume. 21. ff. de quæst. Menoch. de arbit. Iudic. q. 84. num. 8. lib. 2.

22 Sed cùm postremo loco Fridericus Imp. in §. Si quis quinque solidos, de pace tenen. in vsibus feud. legem tulerit, vt qui rem æstimationis quinque solidorum furaretur laqueo suspenderetur, plures existimarunt ob delicti frequentiam furtis grauiorem pœnam fuisse propositam, quod minime verum esse arbitror, cum idem Imp. in eod. tit. dixerit, Iniuriam, seu furtum legitimè puniri debere: hæc autem lex alijs contraria, & seuerissima non in simplici furto est intelligenda, sed in eo furto, quo pax violatur, vt etiam Ang. de malef. tradit in verbo, Et vestem cœlestem col. 3. & ibi Aug. de Arimino in addit. plura adducit, Barth. quoque Cæpola idem sentit in Auth. Sed nouo iure nume. 11. 12. & 88. C. de ser. fug. Idq; non solùm ex legis acerbitate arguendum est, sed etiam ex rubrica ipsa, de pace tenenda, & eius violatoribus. Hanc esse communem Doctorum opinio-

Dd 2 nem

nem Gomez. testatur in §. Sequēs, vers. Ex maleficijs num. 2. & 3. Inst. de act. & idem etiam ibi tenet, Ias. num. 3. Et in furibus de consuetudine dictam legem non seruari tradunt Gand. in tit. de furibus num. 10. & alij plures Doctores à Iul. Claro relati in §. Furtum vers. Sed quæro libro 5. sent. Iser. Aluar. in d. §. Si quis quinque solidos, Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. cas. 295. nu. 13. verba autem iamdictæ Authenticæ hæc sunt: Si quis quinque solidos valens, aut plus furatus fuerit, laqueo suspendatur, si minus scopis, & forpice excorietur, & tundatur; siue potius legendum sit, vt alijs placet, tondeatur.

23 Ex hoc loco in minoribus furtis duo pœnarum genera sunt notanda; excoriatio, quæ scopis fiebat, quam nos fustigationem appellamus: scopis enim plectebantur sontes circumducti per fora vsq; ad vibices rubentes, ac cruentes in tergore, & ideò excoriari dicebantur: quod quidem supplicium vilibus personis infligebatur, de qua fustigatione tractat Gand. in tit. de pœnis reorum, & Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 70. vers. Est etiam pœna fustigationis. Honestæ autem personæ tondebantur, vt antiquitus obseruatum fuisse etiam in compluribus Venetorum Ducibus legimus. Legatisque Dauid Hannonem Regem per iniuriam dimidiam partem barbæ tonderi iussisse in libris Regum scriptum est; quos eò vsque in Ierico Dauid latere iussit, donec barba eis crescerer, ne à populo irriderentur. Et inter alias calamitates, quas Deus per Isaiam Moabiticis minatus est: Barba, inquit, abradetur. Quod autem Imperator in suprà citato textu de tondendis pilis, seu barba loquatur, vel ex mentione facta forpicis colligitur, cuius proprium est pilos tondere, iuxta illud carmen:

Forfex filorum, ceps ferri, pesque pilorum.

Hanc conclusionem Iul. Clar. loco citato vers. Scias tamen limitat in furibus famosis, quos de consuetudine suspendi affirmat.

24 Illosque esse fures famosos, inquit, qui saltem tria furta commiserunt, & in hoc statuta, & locorum consuetudines seruandas esse dicit, quibus non extantibus, nec etiam propter tria furta dicit Clar. furem esse fureis tradendum, quia hoc iure cautum non est: cum ergo in hoc casu fur delinquat nō solùm in alienæ rei contrectatione, sed etiam, quod grauius est, in pace ipsa violanda, nil mirum si pœna grauissima punitur. quemadmodum accidit in eo, qui furtum committit ad seminandas discordias inter coniunctas personas, quem bis peccare, & maiori animaduersione dignum esse tradit etiam Martin. Nauar. consil. 8. num. 1. lib. 5.

25 Dubitari autem solet, an per furtum pax dissoluatur, & concluditur simpliciter nō dissolui, cùm furtum propter auaritiam fiat, & veteris inimicitiæ gratia pax frangatur. Bart. in l. Verum, ff. de furt. Corn. consil. 43. Plura quæruntur

vol. 2.

vol.2.Paul.Castr.in l.fin. ff.de publi. Imò si duo fœdus, vel pacem inierunt eo pacto sibi inuicem nullam iniuriam illaturos, & postea alter eorum vxorem alterius stuprauerit, vel illius filiam rapuerit, eamque in raptu percusserit, non propterea dici potest fędus, aut pacem fuisse dissolutam, quia non eo animo præcipuè percussit, vt iniuriam inferet, pacemque violaret, sed alia noua causa, vt tradit Ias. in l.Qui seruum, ff.de verbor.oblig. Marsil.in l.In lege Cornelia.num.8. ff.ad l.Corn. de sicar.Florent. in l.Si quis testamētum,§.Interdum, ff.ad leg. Aquil. nume.2. Io.Andr.in rubr.De tregua,& pace,Bald.in l.Cùm proponas, C.de pact.in l.Semel mota, ff.sol.matr.& in l. Qui fidem ff.de transact.Canonistæ in cap.Constitutus de pęn.Rom.consil.258.Alexan.consil.115.vol.4. Corn. consil.51.num.100.quod tamen quomodo sit intelligendum explicat Iul. Clar.in pract.crim.quęst.47. vers. Sed quæro, & vers. seq. Verùm quoniam Principes paces, ac fędera inire solent speciali apposita conditione, ne quid detrimenti fortunis hominibusq; inferatur, vt subditorum fortunæ tutę sint, hoc casu non est ambigendum pacem violari, vt in casu dicti §. Si quis quinque solidos, de pace tenen. in vsibus feud. Quod etiam locum haberet in pace hoc modo inter subditos firmata, pariter enim infirmaretur, quando quis bonis alterius damnum inferret. Aluar. in tit. de pace tenend. §. Si quis quinque solidos, vers. Quęro ab extra, & ibi Bald. idem affirmat; qui enim nostra aufert, nos iniuria afficit, & inimicus noster præsumitur cap. Idem cum quis de restit.spol.& ibi Bald.Blanc.de indic.nume.97.vbi complures refert idem asserentes: & furtum largo modo dici offensam, furtoque illum offendi cui furtum fit, tradit Bart.in l.Licitatio, §.Quod illicitè de public.& idem habetur in consil.31.libr.1.inter consilia criminalia multorum numer. 11. Multùm igitur interest an damnī quid bonis alicuius in iniuriam illius inferatur, an vero propter auaritiam abripiantur, tunc enim pax, & violata intelligitur, quando quis alterum lædit ex causa propter quam pax inita fuit, si autem ex alia causa de nouo suborta fiat offensio, hoc casu pax læsa non dicitur l.Aut facta, §.Causa, ff. de pęn. & ibi Bar. & in l. Verum, ff.de furt. Rom. consil.332. Quod ad primum, num.14. & in l.Licitatio, §. Quod illicitè, ff. de publ. Bald. consil.195. numero 6. volum.2.

26 Pro paruo igitur furto non est inferenda pęna mortis l.fin. §. Idē scripsit ff.de bon.eor.qui mort. sibi consc. l. Pedius §. Diuus ff. de incend.ruin.& naufr.ibi; Si non magnæ pecuniæ res fuerint.Bald. in Auth. Sed nouo iure C. de ser. fugit.& in l.2.C.Qui test.fac.poss. Bart in l.Non solum §.Si mandatum ff.de iniur.& in l.1. C.de req. reis, Abb.cons.29. Attingam ista num.2.volum.1.Rom.consil.429. Considero, in primo dubio vbi appellat Iudices, qui pro paruis

furtis mandant suspendi fures, duræ ceruicis Gomez.in §. Ex maleficijs, numero duodecimo, Inst. de act. quem Iul. Clar. sequitur in §. Furtum, versic. Sed quæro, & de iure Digestorum furibus pęnam corporalem non fuisse impositam tradit Roman. consil. 152. Pręsens consultatio. Boss. in tit. de furt. num. 31. late Cępola in Auth. Sed nouo iure, C. de ser. fugit.

27 Primo enim delicto facile datur venia, vt sensit etiam Imp. in l. 3. ante finem C. de episc. aud. dũ ait: Vt remissionem veniæ crimina (nisi semel commissa) non habeant. & ibi plura à Bald. Paul. & Rom. Ias. in l. de pupillo. §. Si in pluribus ff. de no. op. nunc. Io. de Anan. in cap. Ad abolendam col. 2. de hæret. & extat vetus adagiũ, ab auct. adagiorum relatum: Venia primum delinquenti. Et Chrysostomus in homel. inquit: Ei, qui lapsus est in initio, veniam damus omnes, ob imperitiam: quia, vt inquit Theophrastus, quæ semel, aut bis accidunt contemnunt legislatores. l. sexta ff de legibus.

28 Verùm cum furta sæpius committerentur, verissimum est enim illud Ouidij, lib. 4. Metamorph.

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus.

Et in diuinis litteris Matthæi, c. 6. ideò, forsan, ærugini, ac tineæ fures æquiparantur, quia sicuti res passim à tineis, & ærugine corroduntur, sic continuò a furibus subtrahuntur, ob furtorum frequentiam à pecuniaria pęna ad corporis castigationem transitum factum fuit: crescente enim malitia, & pęna augeri debuit. l. Si diutino tempore, & ibi glo. ff de pęn. & ius adaptatur potius ad ea, quæ frequenter, & facilè, quàm quæ perrarò eueniunt. l. Nam ad ea ff. de legibus.

29 Delicta enim geminata efficiũtur capitalia ob eorum iterationem, quamuis talia non essent, vt notant Angel. in l. 1. C. de superexact. libro decimo, allegando tex. in l. Omnes, C. de delatoribus, libro decimo, vbi scriptum est, reum pęna mortis puniri propter consuetudinem delinquendi, & Gramm. it. voto decimo septimo, numero octauo, dicit eum misericordia indignum esse, qui delictũ reiterat. Bald. in l. 3. C. de episcop. aud. Speculat in tit. de contum. §. Nunc dicamus, nume. 5. cap. Ita nos, 25. quæst. 2. & in cap. Peruenit 27. quæst. prima. Peccatum enim veniale, dum placet, efficitur mortale cap. Vnum, §. In nomine autem, 25. dist. dum videlicet, vt finis assumitur. gloss. in cap. Criminis, 25. dist. Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. de superexact. Di. Thom. q. de malo hac de re plura scripsit Hippol. de Marsil. in l. 1. in §. Quęstioni, ff. de quæstionibus, & in suo sing. 378. & in l. Frater tuus, num 46. C. ad legem Corneliam, de sicar. Ant. Scap. in tract. iuris non scripti, libro 5. de delict. & delinquen. cap. 5. & latissimè de hac re scripsit Farinac. in praxi, libro primo, tit. de delict. & pęn. quæst. vigesima tertia, per totam. Et Pindarus in Hymnis dicit iteratum facinus non oportere esse impunitum.

Et

30 Et crimen iteratum atrox dicitur, & ideò in conuentione inita anno 1572. inter Rempubl. Venetam, & statum Mediolani inter atrocia connumeratur homicidiũ ab eo commissum, qui alia duo homicidia patrauit, etiam si de eis damnatus nondum fuisset, quod approbat etiam Iul. Clar. dum, lib. 5. sentent. §. 1. versic. Sunt etiam, inquit tale homicidium inter delicta atrocia à Senatu Mediolani fuisse connumeratum in responso facto Serenissimo suo Regi ab eo petenti, quæ nam delicta viderentur atrocia.

31 Licèt ergo ex iuris communis, vel municipalis decisione ob aliquod crimen esset imponenda pecuniaria pœna, tamen si reus conuincitur sæpe illud delictum commisisse, debet pœna mortis puniri, vt tradunt Bart. Bald. Ang. Odoffr. & Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. de superexact. libro decimo, Bartol. & Bald. in l. Licitatio, §. Quod illicitè, in princ. ff. de public.

32 Ideò vos cauti Aduocati, quando videtis à Iudice fuisse in inquisitionem relatum reum in idem scelus sæpe incidisse, si hoc verum est, non facilè debetis illum carceribus exhibere, spe adducti quod crimen non sit capitale, quia probata delicti iteratione, posset nihilominus Iudex reo capitalem pœnam imponere. Angel. in d. l. 1. C. de superexact. libro 10. Marsil. sing. 376. numero 2. aut saltem citra mortem pœnam grauem imponere.

33 Idque verum est, etiam si reus antè patrati sceleris pęnas dedisset, vt tradit Grammat. d. voto 17. numero duodecimo, Abb. in cap. 1. per gloss. ibi de cleric. percuss. facit l. 3. C. de episc. aud. & l. Seruos, C. ad legem Iul. de vi publ. Bald. in Authent. Sed nouo iure, numero quarto, C. de seru. fugit. Ancharan. in cap. vlt. de foro competent. & ibi Barbat. conclus. decima nona, Iul. Clar. in §. Furtum, versic. Quæro etiam, licet contrariam sentẽtiam amplectatur Aret. in cap. Cùm ab homine, numero octauo, de Iud. & Iul. Clar. in prac. crim. quæst. octuagesima quarta, versic. Sed hic incidenter, dicit nõ esse vsu receptum, vt propter consuetudinem delinquendi pœna ordinaria infligatur, nec Mediolanensem Senatum consueuisse in delictis non capitalibus propter quamcunque iterationem mortis pœnam imponere, & hoc etiam confirmat Farinac. in sua praxi. libro primo, tit. de delict. & pœn. quæst. vigesima tertia, numero 7. Sed verum quidem est, vt prædicti Doct. dicunt, ob delicti iterationem reos acriùs torqueri, & pęnam arbitrariam citra mortem augeri.

34 Idque obseruatur etiam de summo iure in eum, qui bis tantum deliquit, d. l. Seruos, gloss. in cap. Ita nos, 25. quæst. 2. Alexand. in addit. ad Bartol. in l. 1 C de pasc. publ. libr. 11. Angel. in § Et quod sæpe de trien. & semis. Farinac. in praxi tit. de delict. quæst 23. numero decimo sexto. Pluralis enim locutio duorum est contenta, Bald. in l Fideicommissa, § Si quis decem, ff. de legat. 3. & late Marsil.

in dicto singul. 378. num. quinto, & in materia furti ille dicitur solitus furari, qui duo furta commisit l. 3. C. de episc. aud. Alex. in addit. ad Bart. in l. Capitalium §. Famosos. ff. de pœnis. Bald. in l. Diuturna ff. de legib. Alex. cons. 107. num. 21. vol. 2. Dec. in l. Vt liberis C. de collation. Et Grammat. decis. 30. num. 10. inquit, sæpius dici delictum commissum si bis: & sæpissimè si ter committatur. Secus tamen esse in vsurario, & in crimine blasphemiæ inquit Carrocius. trac. De re furtiua penes tertium reperta. quæst. 10.

35 Ex quibus concluditur verum esse, quod suprà diximus furem, qui furta reiterauit, quamuis res surreptæ non essent pretiosæ, ob delicti reiterationem, ideoque ob præsumptam incorrigibilitatem, posse pœna mortis affici. Hippol. de Marsil. in d. sing. 378. nume. 3. vbi multa adducit, Bal. in l. Apud antiquos, in fine, C. de furt. Ang. in tract. malefic. in verbo, & vestem cęlestem, versic. Quæro si alius, & ibi additiones, & in Authent. Sed nouo iure, in verbo, Castigabitur, C. de seru. fugit. & ibi Bald. & Cępol. nume. 92. Bar. in l. Si cui, §. fin. ff. de accusat. Ioan. de Plat. in l. Omnes, C. de delat. libro decimo. Iul. Clar. libr. 5. sent. in §. Furtum, versi. Sed pone, Menoch. de arb. iud. libr. 2. casu 295. nu. 17. & Bald. in d. Auth. Sed nouo iure, dicit de generali consuetudine esse inductum, vt fur ob tertium furtum suspendatur quem refert, & sequitur Ias. in §. Sequens, versic. Ex maleficijs, Inst. de act. nume. 12. Grammat. vot. 9. nu. 25. & voto 17. num. 5. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 9. nume. 7. Mascard. de probat. conclus. 838. numero 6. lib. 2. Gomez. de delict. tit. de furt. vbi dicit sic obseruari de generali consuetudine, sed hæc me non retraherent ab opinione Clari, & Farinacij, vt, solummodò augeretur pęna, sed citra mortem. Et quod pro multis paruis furtis non fit pęna furcarum fur damnandus dicit gloss. fin. in l. Apud antiquos C. de furt. quam allegat, & sequitur Bald. in cap. 1. §. Iniuria de pace iur. firm. col. 4. vers. Quæro de famulo scholarium. Alexan. consil. 110. stante statuto numero 7. volum. 4.

36 Illud tamen animaduertendum est, vt plura furta dicantur, non debere incontinenti facta fuisse, actuque continuato, sed diuersis, separatisque temporibus. Cępol. in d. Auth. Sed nouo iure, nume. 95. & latè Boer. quæst. 219. Bart. in l. Eum qui, §. idem dicit, & in l. Vulgaris, ff. de furt. & Bald. in Auth. Sed nouo iure, column. 3. C. de ser. fug. & in l. Quid ergo, §. Ait Prætor, ff. de his qui notan. infam. Marsil. in l. Si in rixa, num. 19. ff. ad legem Corn. de sicar. consil. 75. nume. 36. inter varia consil. crim. vol. 1. Iul. Clar. in d. §. Furtum, versic. Vnum tamen nota. Menoch. loco citato, nu. 20 quod dicit esse memoriæ mandandum ad interpretationem statutorum, in quibus grauior pęna tertio furto statuitur. Ang. de malefic. in verbo, Et vestem cęlestem, col. 4 & 9. Vt igitur, fur dicatur tria

furta

furta commisisse, debent esse non modò re, sed etiam tempore distincta: Sed hoc esse intelligendum, quo ad publicam vindictã, vt, scilicet, ob vnicum furtum puniatur: secus tamẽ esse dicendum respectu eorum, quibus res fuerunt subtractæ, cùm plura censeãtur furta, tradit Plaza, libr. primo, cap. primo, nume. 20. Epitom. delict. Et de hac materia agit Farinac. in praxi crim. tit. de delict. & pęn. quæst. 22. nume. 17. & seq. Si igitur de vno loco eodem tempore res plures surripiantur vnicum tamen dicitur furtum commissum. Alex. in l. Si familia ff. de iur. omn. iud. Et idem est etiam si res diuersæ furto subtractæ sint plurium personarum. not. in l. 1. §. si ad plures, & ibi Bart. ff. de sepul. viol. & in d. §. Idem respondit. Est etiam vnicum furtum si plures fures simul vnam rem furentur. Bart. in l. si familia ff. de iur. omn. iud. Ang. Aret. loco citato col. 3. Ang. in Auth. Sed nouo iure C. de seru. fugit. Bart. Socin. consil. 33. Prosequendo vol. 1.

37 Vigente statuto, vt fur pro tertio furto suspendatur, dubitatum fuit, an ille fur in statuto comprehendatur, qui duobus primis furtis fuit absolutus, vel condemnatus? & videtur dicendum condemnatum iam condignam pęnam subijsse, nec iterum esse puniendum, ne de vno crimine reus bis plectatur, quod iniquum est, cùm plura supplicia ex vno delicto non sint infligenda, l. Sanctio, ff. de pęn. Si autem absolutus fuit, tanto minus illius pęnam esse augendam, ne ex comprobata innocentia sua pęnam reportet, quod absurdissimum esset.

38 Si ratio legum inspiceretur, & bene perpenderetur, quæ meritò anima illius dicitur, l. Cùm ratio, ff. de bon. damn. plures legistarũ altercationes cessarent, sed ad hã: rationem non respicientes, & auctoritates ad rem non facientes inculcantes imperiti, sæpe materias confundunt, & legentium mentes perturbant. Ratio cur pęna furcarum tertio furto proponatur ea est, quia ex frequentatis actibus deprehenditur inductus habitus furãdi, & proinde reum, vt inquit Plato, factum esse insanabilem, quem nos incorrigibilem dicimus, quo casu lex, & statuta voluerunt eum vltimo supplicio affici, & sic è medio submoueri, ne bonos corrumpat, ac bene viuentes lædat, non enim rei furtiuæ naturam, & qualitatem, sed ipsius furantis mentem esse attendendam inquit Summus Pontifex, in cap. Fur autem, decima quarta quæst. 6. Princeps autem tamquam bonus medicus l. 1. C. de emend. propinq. cuius intentio est non opprimendi, sed ad sanitatem perducendi, varias criminibus proponit pęnas, vt sontes à delictis coerceat, & à iustitię tramite humana fragilitate deuiantes in rectam viam reuocet, l. Si pęna, ff. de pęnis, cùm autem, vel criminis atrocitate, vel illius reiteratione insanabilem animi improbitatem conijcit, quasi membra putrida, ne alia corrumpant, ferro ad viuum resecat, & radicitus extirpat.

Qui

39 Qui ergo fuit alias furti accusatus, & vti innocens absolutus, quoniam dici non potest deliquisse, imò innocentem fuisse præsumimus, ideò non potest pro tertio furto puniri, non enim inquit lex, si quis fuerit tertiò accusatus, sed si tertiò furatus fuerit, quamuis etiam hoc casu non esset prorsus Iudicis animus sine scrupulo, interdum enim non deficit ius, sed probatio, ita vt cùm pęna arbitraria esset irroganda, posset illam aliquantulum aggrauare, & augere, quando enim quis accusatur de aliquo crimine, quo infamia irrogatur, licèt absolutoria sententia vulnus sanetur, remanet tamen cicatrix, facit l. 4. vers. Reus capitalis ff. de re milit. tunc autem penitus tollitur, & omne delicti vestigium deletur, si accusator, vti calumniator, punitur, quo casu ad integram innocentiam reus intelligitur abundè restitutus.

40 Si autem reus fuisset à duobus primis furtis liberatus, vel solutione condemnationis, seu Principis venia absolutus, vel alio huiusmodi remedio pęnam euasisset, quia verè furatus fuerat, licèt pęnam euitasset, deberet nihilominus ob tertium furtum ad patibulum mitti, lege municipali statuente ob tertium furtum suspendi debere Cępol. in d. Authent. Sed nouo iure, C. de seru. fug. num. nonagesimo nono, Dec. in l. Bona fides non patitur, numero 9. ff. de reg. iur. Didac. lib. 2. var. resol. cap. 10. num. 2 vers. Cæterum. vbi allegat Afflictum, & Chassanæum affirmantes, ita in iudicijs seruari. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 295. num. 19.

41 Ex superioribus facilis elicitur solutio illius quæstionis, an vigente statuto, vt fur ob tertium furtum suspendatur, is quoque sit suspendendus, qui duo prima furta in alia iurisdictione commisit, pari enim modo consuetudo furandi in fure inducitur, tam si in vna, quàm si in multis vrbibus furetur: imò magis fur ille delinquere videtur, qui varijs in locis furatur, quàm qui vno in loco, sicuti præstantiores sunt illi, qui varijs in locis præclara edunt facinora, & virtutis suæ monumenta vbique relinquunt, ita impudentiores sunt illi, qui passim delinquũt, sæpe enim vel opportunitate lapsi, vel a malis socijs impulsi, vel spe impunitatis adducti in patria homines delicta committunt, at qui vbique scelera audet patrare, is omnium nequissimus est habendus, & tamquam insanabilis est furcis tradendus, Bar. in l. Sicut, §. Si cùm sacrilegium, ff. de accusat. Bald. in d. Authent. Sed nouo iure, num. 15. & ibi Cępol. nu. 98. Barb. nume. 47. colum. 15. lib. primo. Alc. in cap. Cum non ab homine, num. 31. de iud. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in rubr. de furt. Ang. in l. Sicut § fin. num. 4 ff. de accusat. vbi ait, ita de consuetudine seruari. Aug. de Arim. ad Ang. de malef. in verbo, Et vestem cęlestem, num. 14 & num. 24. & in verbo, Existens Florentiæ, num. 1. Chassan. super consuet. Burg. fol. 41. nume. 17. Didac. libro 2. resol. cap. 6.

cap.6.num.7. Iul.Clar. lib.5. sent. in §.Furtum.versic.Sed pone.

41 Ex præmissa ratione inanes, & nugatoriæ videntur distinctiones illæ, quæ in hac materia traduntur, quamuis à grauissimis Doctoribus, relatæ ab ipso Iul.Claro, in d. versic. Sed pone: lege municipali, scilicet, dicente, qui tria furta commiserit, posse ob tertium furem suspendi: non autem dicente; ob tria furta suspendatur, si, inquam, duo prima furta alibi commisit. Nec ipsius Clari altera distinctio arridet, dicentis, si statutaria lex dicat; Pro tribus furtis, non esse suspendendum: si verò diceret, pro tertio furto tunc suspendi posse. Hæc sunt potius Aduocatorum subtilitates, quàm iuris præcepta, quæ possint animum quadrati Iudicis dimouere; qui debet has verborum superstitiones reijcere, & solidam germanamque iustitiam sequi: cùm verba non sint attēdenda, sed sensus, & mens, l.3.§.Conditio, ff. de adimen. leg. cum concordantibus ibi a glo.allegat s. Leges enim non sunt impositæ verbis, sed rebus ipsis, l.2. in fine C.com. de leg. l.3. §. penult.ff.de iureiur.ibi: Marcellus tractat, & ait, veritatem esse quærendam. l. Sed & si possessor. §.Itē si iurauero ff.eod. his verbis: effectum iurisiurandi sequendum arbitror. l. si tibi, vbi ait: Non proprijs verbis nos vti ff.si cert.petat. gloss.in l. & puto in verbo, Non communicari ff.famil. herciscun. quam glo.Bald.singularem appellat in cap.fin.de transl. Episc. & littera occidit, spiritus autem viuificat. Hucque spectat quæstio illa, an statuto illum puniente, qui in prætorio extrahit sanguinem, sit puniendus tonsor, qui phlebotomia ægroto sanguinem in prætorio miserit, de qua Bart.in l.Omnes populi, nume.55.ff.de iust. & iur. Hipp.de Marsi.in l.Lege Corn. la 2.§.Constitutum, num 11. ff.ad leg.Corn.de sicar.

43 Verborum ergo quæstiones Grammaticis pertinacibus relinquamus, iuxta textum, in l.2. C.de const.pecun. & ibi gloss.in verbo, Vocabula, & g... in rubr. ff. sol. matr. Fel.in cap. Quanto, de præsumpt. Cicero etiam in Oratore, inquit: Verbi controuersiam iamdiu torquere Græculos homines contētionis cupidiores, quàm veritatis, & Illustriss. Mantica lib. 1.tit.1.nume.4. de coniect.vlt.volunt. inquit legum conditores nō dialecticare in verbis, sed rerum exitus ponderare, & allegat, l.Scire leges, ff.de legibus, Bald.in l.1. num.13.& in l.Si quis seruo, nu.7. C.de furt.neque, inquit, verborū apices ad vnguem debent obseruari, quia leges insunt sensibus, non verbis, l.2 in fine, C.Commu. de leg. Bald. in Auth. Defuncto, num.2.C.ad Senatusconf.Tertull. Non ergo statuta sunt verbotenus intelligenda: nam etiam Romanorum ius ipsæque Duodecim tabul. leges, nihil aliud erant, quàm ius municipale Romanorum, quod tamen semper ex bono, & æquo fuisse interpretatum, ex ipsis pandectarum libris cognoscitur.

44 Non ignoramus legum municipa-

cipalium verba esse strictè intelligenda. l. Quicquid adstringendæ, ff. de verb. oblig Bar. in l. 3. § Hæc verba. ff. de neg. gest. & propriè, & secundùm communem vsum loquendi Bar. in rub ff. de no. oper. nunc. l. 1. §. Si is, qui nauem, ff. de exerc. act. & ibi notata, Bar. in l. 1. ff. de fonte. Sed illud quoque nos non præterit, legis quamuis municipalis rationem, animam, vt diximus, esse, & spiritum, verba autem corpus, & superficiem, vt dicit Bald. in l. Si quis seruo persuaserit, C. de fur. & in l. 1. colum. antepen. ff. sol. matr. cum concordantibus relatis à Ias. in l. Qui quadringenta, column. 2. in fin. ff. ad Senatusc. Trebel. Lex enim, siue constitutio regulatur ab ipsa ratione, l. Quod dictum est, ff. de pact. & in l. Adigere, §. Quamuis, ff. de iure patron. d. §. Hæc verba, l. Quæsitum, ff. de testibus, vbi legitur, Quod legibus omissum est, non omittetur religione iudicantium. Si ergo ob inductam consuetudinem, & pertinaciam fur ex lege municipali est suspendendus, quamuis fuerit de primis furtis damnatus, vel venia Principis absolutus, vel quia prima furta in alio loco commiserit, non poterit laqueum euitare, posthabitis verbalibus distinctionibus, grammaticalibusque quisquilijs.

45 Hæc tamen limitantur non habere locum in minimo furto, quãuis geminato, hæc enim minima non curat Prætor, l. Scio, ff de rest. in integrum, l. Omnino, ff. de impen. in reb. dotal. fac. Inst. de lege Falc. in princ. cap. Licet causam, in verbo, Nulla, aut modica, de probat. Marf. sing. 276. & 378. & latè in l. vlt. col. 2. in fin. ff. ad l. Corn. de sicar. Mascar. concl 838. num. 14. de probat.

46 Imò si extat statutum mandans furem ob paruum furtum laqueo necandum, poterit nihilominus Iudex citra mortem furem punire, & proinde pœnam temperare, August. de Arimino in suis addit. ad Ang. de malef. in verbo, Quas si non soluerit, in 2. add. ante finem, Hippol. de Marsil. in l. lege Cornelia, §. Diuus Adrianus, num. 12. ff. ad l. Corn. de sicar.

47 Et contrà statuto iubente, vt fur pro vno furto non suspendatur, poterit nihilominus fur pro magno furto suspendi. Hippol. de Marsil. in l. Vnius, §. Cogniturum, nume. 79. ff. de quæst. secutus opinionem Ang. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem versi. Nunc sumpta occasione, Innocen. in cap. 1. de const. Bald. in Authent. Sed nouo iure, C. de ser. fug. & in cap. 1. §. Furtum, in princ. de pace iu r. firm. Abb. in cap. Super alia, in penult. colum. de immun. eccl. Rom. consil. 429. Considero in proposita quæstione.

48 De iure Codicis, vt nostra oratio, vnde digressa est reuertatur, ob reiterationem, & frequentiam furtorum pœna criminalis furibus proposita fuit, vt in tit. C. de furt. & in Authen. Sed nouo iure, C. de seru. fugit. & notat Boss. in tit. de furt. num. 30. Veruntamen ob tertium furtum, nec etiam furem famosum posse de iure suspendi asserunt Iac. Butr. & Raphael Fulg. in d.

in d. Auth. Sed nouo iure, quia hoc, vt ibi Bal. testatur, non repetitur iure cautum, quos sequitur Iaſ. in verſic. Ex maleficijs, §. Sequens, Inſt. de act. nume. 10. cum alijs ibidem annotatis.

49 Ille autem fur, qui erat ſuſpendendus, ſi voluntariè in carcere veneno deceſſit, poteſt Iudex illus cadauer ſuſpendio tradere Bart. in l. 2. Qui teſt. fac. poſſ. hoc tamen non niſi in grauiſſimis, & atrociſſimis criminibus, & raro obſeruatum fuiſſe vidi.

50 Longobardi autem legem tulerunt, vt ob primum furtum oculus furi erueretur, ob ſecundum naſus amputaretur, & ob tertium fur ſuſpenderetur, gl. in l. Capitalium, in fine, in verbo, Furca, ff. de pęn. & in tit. de pace tenen. in vſibus feudorum, in verbo, Seu furtum, & tradit Iaſ. in dicto verſic. Ex maleficijs, Inſt. de act. num. 10. Auguſt. de Arimino, in addit. ad Angel. de malefic. in verbo, Et veſtem cęleſtem, col. 3.

51 Iſti autem Longobardi, vt diffusè in lib. 2. noſtræ Taruiſinæ Hiſtoriæ diximus, poſtquam in Italia vltra annos ducentos regnarunt, tandem anno 774. à Carolo Magno Francorum Rege, & poſteà Imperatore ſupęrati fuerunt. Quorum quidem Longobardorũ regnum, quamuis à principio rigidum, & aſperum fuerit, poſtea tamen clementiſſimo hoc Italico aere mites, ac lenes Longobardi effecti iuſtiſſimis vixerunt legibus, ſeuerèque furta, rapinas, homicidia, adulteria, & alia huiuſmodi crimina caſtigarunt, ædes ſacras, & prophanas magnificas conſtruxerunt, egregia municipia condiderunt, ex eiſque multæ nobiliſſimæ Familiæ prodierunt, quibus adhuc Italia illuſtratur.

52 Reſp. autem Veneta, ex qua omni tempore prudentiſſimæ leges emanarunt, die 28. Nouembris anni 1544. in magnis comitijs legem tulit, vt pro primo furto aurium extremitates abſcindatur; pro ſecundo naſi ſummitas amputetur, pro tertio, ſi non excedit res furtiua precium ducatorũ quinque, furi oculi eruantur, ſi autem hanc quantitatem excedit, furcis tradatur. Et poſteà lege Senatus eiuſdem Reipub. diei 25. Maij 1545. data etiam fuit Iudicibus auctoritas iamdictas pęnas commutandi in pęnam triremiũ, quæ pęna inſignioribus furibus aptiſſima videtur, ſicuti latronibus, & graſſatoribus furca ipſa. De hac lege Veneta meminit Decian. conſil. 24. nume. 16. & ibi dicit hac lege 1544. nõ poſſe furem, qui etiam ter furatus fuiſſet furcis tradi, niſi præcedentes pęnas pro alijs furtis ſubijſſet, quia ſi grauiſſimis præcedentibus pęnis affectu mores non mutauit, non eſt vita dignus. Bald. in ſimili caſu idem conſuluit conſil. 247. Ad euidentiam præmittendum eſt, vol. 5. & conſil. 34. Viſo themate vol. 5. Caſtren. conſil. 331. Si iſte inquiſitus vol. 2. Alex. conſil. 116. volum. 4.

53 In legibus municipalibus Taruiſinis furi ſtatuta eſt pęna, vt pro primo furto fuſtigetur: pro ſecundo fuſtigetur, & inuſtæ notæ

ſignum

signum eidem imprimatur: pro tertio excedente summam quinquaginta librarum suspendatur, at si huic pretio furtum est impar, eidem oculus eruatur, & si plus quam ter furatus fuerit vltra quantitatem librarum decem suspendatur, libri tertij, tract. quarti, rubrica tertia.

54 Est etiam alia pęna à iure Canonico furi proposita, vt, scilicet, fur ad sacros ordines promoueri non possit, nisi quinque in eo concurrentibus. Vt spontè furtum confessus fuerit, domino rei furtiuæ satisfecerit, egerit pęnitentiam, idoneus alioquin extiterit, nec de furto manifesta notatus fuerit infamia. Abb. in cap. fin. de furt. & Lancell. in Inst. Canonic. in §. de Fure, tit. Qui promoueri non possunt, cum ibi notatis: imò si fur est ad sacros ordines promotus deponitur, cap. Præsbyter, 81. dist. & de hac re latè tradit Bernard. Diaz. in sua pract. canon. crim. cap. 84.

55 Illud tamen obliuioni non est tradendum, Iudicem non posse imponere pęnas insolitas, quarū leges mentionem non faciant Iason in l. Si quis mihi bona, §. Seruus municipij, numero decimo, ff. de acquirenda hæred. Roman. sing. 78. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæst. 87.

56 Furem autem tribus legibus, & tribus modis puniri tradit Gand. in tit. de furibus, & latronibus, numero nono, & decimo, Carrer. in sua pract. crim. fol. 19 num. 96. Aret. in cap. Cùm non ab homine, de iud. cap. Qualiter & quando, il 2. §. Ad corrigendos, de accusat. vbi clarè dicitur tribus modis procedi posse, per accusationem, denunciationem, & inquisitionem.

57 Alex. Seuerus Imp. cùm fures, quos acriter persecutus est puniri iubebat præconem proclamare mandabat: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, vt Lampridius in eius vita scribit.

58 An verò furtum sit graue delictum Doctores distinguentes dicunt, magnum graue esse, paruum nequaquam. Abb. cons. 25. num. 1. lib. 1. Host. in summa de pęnit. §. De quibus peccatis, inter grauia crimina non ponit furtum, no. Card. Flor. in cap. fi. de temp. ord. Bar. Zabarel. in cons. incip. Contra ipsum Blasium, quod est 54. inter varia consil. crim. nume. 15. & seq. vol. 1. Sed an furtum sit magnum, vel paruum iudicis arbitrio relinquitur. Ang. in l. 1. colum. vlt. vers. Sed quid dicatur, C. Vnde vi, Marsil. in l. Quæstionis modum, num. 48. de quæst. Et in arbitrando debet potissimum considerari conditio domini rei furtiuæ, quod enim diuiti modicum videtur, pauperi magnum reputatur, & ideò gloss. in l. Illicitas §. Ne tenuis, ff. de offic. Præsid. inquit, auferentem rustico porcum, ei oculum auferre. Debet etiam considerari affectio domini rei furtiuæ ad rem subtractam ex mente Angeli relati a Menoch. de arb. iud. lib. 2. casu 295. nume. 11. versi Doctori surripiatur codex in quo multum inuigilauit, & plura adnotauit, furtum magnum arbi-

arbitrabitur. huiusmodi fuit furtum nouissimè factum circulatori solertissimi canis, cuius ope sibi, & familiæ suæ victum, & vestitum superlucrabatur.

59 Propter insigne aliquod furtū furem suspendi debere asseruerit Bal. in Auth. Sed nouo iure, C. de ser. fug. num. 7. Ang. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem, num. 13. & in l. Quod si nolit, §. Qui assidua, ff. de ædil. edict. & in §. Sequens, versic. Ex maleficijs, nu. 12. Inst. de act. Diaz in sua can. crim. pract. cap. 48. Alc. in cap. Cum non ab homine, notab. vlt. de iud. Didac. lib. 2. var. resol. cap. 9. nume. 7. Contrariam tamen sententiam multi magni amplexi sunt, vt Sal. Fulg. & Castr. in d. Authent. Sed nouo iure, Ias. in l. 1. C. de precibus Imp. offer. Boer. quæst. 173. nu. 9. Gomez. in d. versic. Ex maleficijs, nume. 13. Inst. de act. & hanc esse communem opinionem testatur Ang. de Vbaldis, inter varia consil. crim. consil. 71. nume. 11. lib. 2. Farinac. in praxi, libr. 1. tit. de delict. & pœn. quæst. 23. nume. 4. & scribit Aret. in d. Auth. Sed nouo iure, num. 4. opinionem Baldi non seruari in iudicijs, idem dicit Rol. a Valle, consil. 51. circa finem, lib. 1. Caccialupus, in l. Cum seruus, ff. de cond. caus. dat. Clarus in §. Furtum, vers. Sed an pro vno lib. 5. sentent. Franc. de March. quæst. 6. par. 2. distinguendo conciliauit hanc Doctorum dissensionem, vt Iudex magnæ authoritatis possit ad mortem furem ob insigne furtum damnare, inferior autem Iudex non possit, sed debeat superiorem consulere. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 295. nume. 9. quod etiam antea sensit Bald. in Authent. Hodie, C. de iud. quem sequitur Ias. in d. versic. Ex maleficijs, Inst. de act. numero decimo quarto, & seq.

60 Verùm proculdubio in furtis puniendis potius mens, & animus furantis est spectandus, quàm rei furtiuæ precium, vt notat etiam Aug. de Arim. in add. ad Ang. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem, col. 4. Gand. in tract. de malefic. in tit. de furibus, & latronibus distinguendo tradit quandam theoricam circa modum quo fures puniendi sunt. Sed per totam Italiam hæc materia statutis Ciuitatum decisa est, quæ quidem statuta seruari debent, vt scribit Bal. in Auth. Sed nouo iure, C. de seru. fug. Et vt plurimùm arbitrio Iudicum hoc relictum est, considerata rei furtiuę qualitate, personarum conditione, alijsque accidentibus, varijs etiam pœnis fures plecti solent, nec est ambigendum Iudicem posse arbitrium suum hoc casu extendere etiam vsque ad mortem inclusiuè, vt tradit Menoch. de arb. Iud. libro primo, quæst. septuagesima secunda, & lib. 2. casu 295.

61 Si statuto cautum sit, vt fur ducatorum centum suspendatur, an suspendi debeat ille, qui furatus est instrumentum huius, vel maioris quantitatis tractat Boss. in tit. de furt. num. 53.

62 Et an statutum valeat mandans accusatum de furto, non se iudicio sistentem, damnari exilio fur-

ca-

earum, scribit Bald. in d. Auth. Sed nouo iure, versic. Dubitatur de statutis, C. de seru. fug. Paul. de Cast. consil. 350. Bar. in l. 1. in fin. ff. Si quis iudic. non obtemp. & ibi Doct. Ang. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem, col. 12.

63 Ex stante statuto, vt de furto per annum antè commisso actio non detur, quæritur an in illum sit animaduertendum, qui per annum antè cœpit furari, sed furta continuauit vsque in tempus cognitionis? Dubium non est puniri debere, nec considerandum esse tempus initij, sed tempus etiam subsecutum, in quo toties deliquit, quoties rem alterius furatus est, gloss. singul. in l. Mariti, §. Sex mensium, ff. ad legem Iuliam, de adulter. Nellus in tract. bannitorum, in secunda parte, primi temporis, numero quarto, vbi refert, & sequitur Albericum, ita tenentem.

64 Si statuto caueatur falsarios, & latrones exules non posse ab exilio liberari, quamuis inierint pacem cum offensis, posteà fiat aliud statutum, quo caueatur omnes bannitos posse aboleri de banno dummodo obtineant pacem, & soluant vnum solidum pro libra condemnationis, an iuxta hos secundum statutum falsarij, & latrones possint de banno deleri disputat Nellus in tract. de bannitis in 3. par. secundi temp. nu. 14.

65 An fœmina comprehendatur in statuto dicente, si quis fur, vide Alex. consil. 135. col. 4. vol. 1. De fœminis autem diximus latè in §. 10. num. 152. & seq.

66 Statuto disponente vt vi arripiens alienum filium capite plectatur, si quis rapuerit filium patre carentem non incidere in hoc statutum, inquit Iac. Butr. Sal. & Alex. in l. Generaliter §. Cum autem, C. de inst. & subst. Ias. in l. legem Iuliam, col. 4. C. de ind. vid. toll. Marsil. sing. 308. Dicunt Doctores, &c.

67 Viarum obsessores, & latrones non gaudere immunitate sacrarum ædium habetur in cap. Inter alia de immunit. ecclesiarum, & ibi Doctores.

68 An verò fur sit tutus in ædibus sacris scribit Didac. lib. 2. cap. 20. variarum resolut. vide etiam Ioann. Thierium, in tract. de fuga, & Iul. Clarum in pract. crimin. quæst. trigesima, versic. Quæro an fures, dicit de iure non esse tutum, sed contrarium esse in vsu, quamuis hoc non seruetur in Ducatu Mediolanensi.

69 Sed his temporibus hæc quæstio apud nos sat clarè soluitur Decreto Gregorij Decimiquarti, Summ. Pont. IX. Kalend. Iunij 1591. quo sancitum est, Vt laicis ad ecclesias, locaque sacra, & religiosa confugientibus si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel vias publicas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, qui, vel homicidia, & mutilationes mẽbrorum in ipsis ecclesijs, earùmve cæmiterijs committere non vereantur, aut assassini, vel hæresis, aut læsæ maiestatis in personam ipsius met principis rei, immuni-

tas

tas ecclesiastica non suffragetur. Et in dicta constitutione traditur etiam quomodo hi, si ad ecclesiam confugerint inde sint extrahendi,& suis iudicibus laicis consignandi.

70 Hac tempestate vsu apud nos receptum est,si fur est detentus,& condemnandus,vt puniatur morte, celebriores enim fures laqueo suspendi interdum diximus, non autem eis caput amputatur, vt tradit etiam Iul.Clar. libro 5. sentent.§.Furtum,versic. Est igitur, & Doc.in Authen.Sed nouo iure, C.de furt. minus insignes fures ad triremes damnantur, minimi fustigantur: Publicis latronibus, viarum obsessoribus, ac proditoribus, & assassinis capita detruncantur, & eorum cadauera in quattuor partes diuisa, vt alijs exemplo sint, in frequentioribus locis extra vrbem suspenduntur. Hæretici, incendiarij, sodomitæ, sacrarum virginum stupratores concremari solent. Nobiles in atrocioribus decollantur,in cæteris relegantur, deportantur, in carcerem detruduntur, vel mulcta,idest,pecuniaria pęna, afficiuntur, inquit enim l. Qui cædem, ff. ad legem Cornel. de sicar. Qui cædem admiserunt sponte, doloue malo in honore aliquo positi deportari solent,qui secundo gradu sunt, capite plectuntur, concordat l.Capitalium,in fine, ff.de pœn.l.3.ff.de crim.stell. cum concordantibus, Petr. Gregor. Sintagm.iuris lib.37 cap.10.& quemadmodum nobiles grauiori pęna pecuniaria, quàm ignobiles puniuntur, seu potius diuites, quàm pauperes,sic in corporalibus pęnis seueriùs viles, quam nobiles, aut in aliqua dignitate constituti plectuntur gloss.in cap.Cum quidam de iureiur. quam passim Doct. sequuntur,vt testatur Didac.lib.resolut.cap.nono,nume.3. Nobiles autem non solent furca suspendi in Italia,sed decollantur, vt testatur Bald. in dicto cap. Cum quidam,num.4. Hippol.de Marsil. in l. Vnius, §.Cogniturum, numero septuagesimo septimo,ff.de quæst. & alij plures relati à Iul. Clar. in pract. crim. quæst. sexagesima, versic. Prodest etiam.

71 Illud tamen hoc loco est notandum nobiles in pęnis subeundis hoc priuilegio gaudere, si delicta commiserunt,quæ maximè non infament,vt homicidium ex tempore,& de industria etiam, si propriam, vel suorum iniuriam vlciscuntur, non autem si precio conducti assassinio id faciant: nobiles enim, & honestæ personæ non debent pęnis affici,quæ infamiam habeant adiunctam, & ideo in l. Moris est §.Sed enim ff. de pęnis, expresse dicitur, Decuriones non posse furcis subijci. Bart. in l. Capitalium §.Serui ff. eod. Bald. in l.Data in princ. C.Qui accus. non poss. & in cap.1. §. Si rusticus, & ibi Doct.de pace tenen. Bald.consil.426. Præmittendum volum. 1. Dec.consil.65. Statuto cauetur eo lum.vlt. Cępol.consil.40. Boer.in tract.de seditiosis num. 50. Hippol.de Marsil.in l.1.§.Item Diuus num.7 ff.ad l.Corn.de sicar. Si autem nobilis vir furtum, latroci-

nium, proditionem, falsitatem, sodomiam, parricidium, sacrilegiũ, vel aliud huiusmodi famosum delictum patrauerit, vilibus, ac infamibus pęnis puniri potest, non habita ratione domesticæ ipsius nobilitatis, quam re ipsa neglexit, illiq́ue turpissimis criminibus renuntiauit: nisi id propinquorum dignitati, familięque splendori ex gratia indulgeretur. Per scelera enim, & per infamem, ac turpem vitam nobilitatem deperdi habetur ex l. Si qua C. de secun. nupt. vbi Imp. inquit: Si fęmina infra annum luctus nupserit, probrosis inusta notis, honestioris, nobilisque personæ decore, & iure priuetur. & in l. 1. C. Vbi Senat. vel Clariss. dicitur reatum omnem honorem excludere. Et in l. Quoties, C. de dignit. libro 12. legitur in hunc modum: In criminalibus negocijs dignitate quoque, qua se per suum videlicet periurium indignos esse probauerint spolientur: vt in eos, vtpote illustri dignitate per suum facinus priuatos; inconsulta etiam nostra pietate Iudicibus legum seueritatem liceat exercere. Et in c. Nobilis a. quæst. 5. cauetur, vt nobilis, vel ingenuus in furto, periurio, aut falso testimonio deprehensus, debeat feruenti aqua, vel candenti ferro se purgare, perinde, quasi nec nobilis, nec ingenuus esset.

72 Prudentes Iudices solent etiam in delictis coercendis congruentes pœnas reis infligere: si enim infamis fustigaretur, vagus in exilium eijceretur, diues leui afficeretur mulcta, nullam ferè pœnam flagitiosi reportarent: quædam enim pœnæ, quæ vni non officiunt, alteri sunt grauissimæ, & perniciosissimæ: vt si vir honestus fustigetur; pauper pecuniaria pęna corripiatur; vel in exilium mittatur ille, qui arte sua domi numerosam familiam alit. facit l. Nemo clericus C. de sum. trin. & ibi gl. l. Decurionem, C. de pęn. l. Seruos, C. ad l. Iul. de vi publ. & ibi glo. in verbo, Infamesque personæ glo. in princ. Auth. de incest. & nefar. nupt. in verbo Vilis, l. Pędius, ff. de incend. ruin. & naufr. in illis verbis, Ex personarum conditione, l. Capitalium, ff. de pęn. l. Qui cædem. ff. ad l. Corn. de sicar. l. 1. §. 1. ff. de effract. l. 2. ff. de term. mot. & ibi Bart. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 8. vers. Sciens tamen, vbi expresse dicit honestam personam infami pęna non esse puniendam.

73 Habenda est etiam ratio, vt pęna crimini respondeat, & ideò in legibus XII. tabul. scriptum fuisse legimus: Noxiæ pęna par esto, vt in suo vitio quisque plectatur, vis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia sanciatur.

74 Ex præmissis ergo constat pęnam furum esse extraordinariam, vt notat glo. fin. in l. Subtracto, C. de furt. hoc est Iudicis arbitrariã, vt Cępola interpretatur in Auth. Sed nouo iure, C. de seru. fugit. num. 64. Didac. lib. 2. variar. resol. cap. 9. nume. 7. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 295.

75 Attendendum est etiam tempus quo quis inter reos fuerit, & multò magis eorum, qui diu in carce-

carceribus fuerunt detenti, & præsertim si citati vltrò se iudicio obtulerunt: hæc enim afflictio, quam quis in reatu ipso patitur, solet considerari ad minuendam pœnam, quæ propter delictū est infligenda: & ea dispendia quoque sunt animaduertenda, quæ rei hac de causa passi sunt, idque Venetijs potissimum obseruatur, & est secundùm dispositionem iuris communis: inquit enim lex, Si diutino tempore ff. de pœn. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuanda erit. Reatum autem esse statum, & conditionem reorum notat glo. in hanc legem in verbo, In reatu, & Budæus etiam in eandem legem, & in l. 1. C. de cust. reorum vehementer excitat iudices, vt incommodis carceratorum consulant.

76 Furtiuæ res an vsucapiantur quæritur: quæ dubitatio facilè soluitur à lege XII. tabul. in qua sic scriptum est: Furtiuæ res non vsucapiuntur. quam legem Imp. refert in §. Furtiuæ Inst. de vsucap. vbi decisum est: res furtiuas, vel vi possessas non solùm à fure vsucapi non posse, quia mala fide possidet, sed nec ab alio bonæ fidei emptore, vel ex alia causa possessore, etiam si per decem, & viginti annos possederit, ne alienum maleficium potius, quàm domini negligentia inducat dominij trāslationem, §. Quod autem Inst. de vsucap. Quando enim lex inhibet vsucapionem, bona fides possidenti minimè prodest ad vsucapionem inchoandam l. Vbi lex, ff. de vsucap. l. Qui fundum, ff. de fun. dot. lex quoque Atinia prohibuit furtiuarum rerum vsucapionem, & lex Iulia, & Plautia vi possessarum, d. §. Furtiuæ, & A. Gellius lib. 17. cap. 7. noct. attic. ait in veteri lege Atinia scriptum fuisse; Quod subreptum erit eius rei æterna auctoritas esto; hoc est nulla temporis præscriptione iuuari rei furtiuæ possessorem aduersus illius dominum. Nihilominùs postea cautum fuit, vt si à bonæ fidei possessore per spacium triginta, vel quadraginta annorum possideantur, præscribantur l. Omnes, & l. Sicut in rem, C. de præsc. trig. vel quadr. ann. l. 1. §. ad hæc, C. de annali except. & facit §. Sed tamen Inst. de vsucap.

77 Rerum autem immobilium furtim possessarum præscriptio conceditur: quamuis enim clandestina possessio à clandestino fure differre non videatur, & in hoc furto semel affecta res non vsucapiatur; tamen cùm abolita sit quorundam veterum sententia existimantium etiam fundi, locive furtum fieri, ideò in illis vsucapio nō procedit: lex enim his casibus vsucapionem, ac præscriptionem inhibuit, ne facilè homines ad furta, & inuasiones inuitarentur, dū eis concederetur, vt res surreptæ alijs venditæ præscriberentur: possunt etenim absq; dominorum negligentia eorum res surripi, & eorum immobilia vi possideri: at in clandestina possessione secus est; nemo enim nisi negligentissimus sit, clandestinè agri sui possessione priuatur; cùm possit illum

quotiescunque voluerit adire, & si ex eo repellatur, expulsorem in ius vocare: vi autem expulsus præsumitur eo metu perculsus ad Iudicem non reclamasse, & proinde timore non autem negligentia suo fundo fuisse spoliatum: & quia leges non audacibus, sed diligentibus fauent; iccirco non est mirum si præscriptio, quæ violentis possessoribus non conceditur, clandestinis permittitur.

78 Et quamuis quod ex re furtiua redigitur furtiuum non fit, l. Qui vas, §. vlt. ff de furt. nec dominus remaneat eius rei, cuius materiæ dominus fuerat, nisi res ista ad priorem materiam reduci possit, vel nisi artifex sciuerit materiam esse alienam, §. Cum ea aliena Inst. de rer. diuis. l. De eo. §. Si quis ex vuis, ff. ad exhib.

79 In odium tamē furum cautum est. vestimentum ex lana furtiua confectum furtiuum esse, & vsucapi non posse. l. 4. §. Si ex lana, ff. de vsucap.

80 Vsucapio quoque vim obtinet in rebus ex aliena hæreditate expilatis, licèt expilator fur improbior dicatur, l. Si te, C. ex quibus caus. infam. quia propriè eius rei furtum non fit, quæ domino caret l. 1. §. Scæuola, ff. Si quis test. liber. l. Hæreditariæ, ff. de furt. l. 2. l. vlt. ff. de crim. expil. hæred.

81 Sed an partus furtiuæ ancillæ furtiuus sit, proindeque vsucapi possit interdum à P. Scæuola, & M. Manlio M. Brutum dissensisse scribit Cic. libro 1. de finibus. Si furtiuus autem erit nequaquam vsucapi poterit non solum à fure, eiusve hærede, sed nec etiam à bonæ fidei emptore: si verò in furti vitium non inciderit, vsucapietur. Plura autem in hanc sententiam circa ancillarum, ac pecorum furtiuarum partus, ac earum præscriptionem scripsit, & eruditè quidem Adrianus Pulæus in tract. de rei furt. proh. b. vsucap. quæst. 6. & seq.

82 An verò crimen furti præscribatur, vt puniri non possit? dic spatio viginti annorum tolli l. Querela C. ad l. Corn. de fals. & ibi gl. magistralis enumerat quædam delicta, quæ minori tempore, quędam quæ nunquam, viuente reo, præscribuntur: & quædam etiam quorum accusatio post mortem delinquentis proponi potest, facit ad hanc rem gl. in l. Qui falsam, ff. ad l. Corn. de fals. Iodoch. in pract. crim. in tit. de inquisit. nume. 27. Hippol. de Marsil. in pract. crim. in §. Constante numero 80. Pract. Conradi in tit. de inquisit. nu. 36. Boss. in tit. Quomodo procedatur per act. in del. nume. 22. & 27. & in tit. de accusat. num. 32. Gomez. in tit. de delict. cap. 1. num. 5. Abb. in cap. Cum haberet numer. 4 de eo, qui dux in matr. Villalob. in commun. opin. vers. Delicta nume. 55. Viuius comm. opin. libr. 1. versic. Accusatio falsi. Et criminibus vel comprobatis lapsu temporis indulgeri tradit Bald. consil. 409. in fine in 4. vol. allegat l. Sed si vnius §. Si ante Iudicem, ff. de iniur. l. Auxilium in princ. ff. de minoribus idem Bald. consil. 237. numero 3. vol. 1. Ancher. Barbat. & Roch. de Curte in cap. fi. de consuet. Salyc. in l.

in l. Seruus, col. 3. C. Vnde vi, & alij in Iul. Claro relati in pract. crimin. quæst. 51. in princ. Farinac. eius in praxi crim. tit. de inquisit. quæst. 10. in princ. Si tamen ciuiliter ad rem furtiuam, siue eius pretium consequendum agatur, hoc fieri potest, vsque ad trigesimum annum: Omnes enim actiones ciuiles, quæ ex crimine promanant vsque ad trigesimum annum protrahuntur, vt testatur Igneus, in l. In cognitione num. 183. ff. ad Syllan. quem loco citato refert Iul. Clar. vbi, vers. Vnum tamen scias, dicit hæc crimina præscripta, alia crimina non præscripta aggrauare, idque pluribus comprobat auctoritatibus. Si autem ex dispositione statutaria fur non potest post annum puniri aliqua pœna, potest tamen ciuiliter ad rei restitutionem compelli l. 1. §. Quod autem ff. de aleat. & ibi Bald.

83 Si autem non sunt elapsi anni viginti, sed, verbi gratia, duodecim, aut quindecim, eadem ratione, dicendum est pœnam esse minuendam: nam si per lapsum totius temporis præscriptionis in totum tollitur, consentaneum est, vt per lapsum partis illius in parte tollatur. l. Si diutino tempore, ff. de pœn. & ibi gloss. Bar. & Albet. Abb. in cap. Cum habemus de eo qui dux. in vx. quam pol. per adul. Paris de Puteo tract. synd. versic. Pœna, num. 20. Sal. in l. Seruus, numero 9. C. ad legem Iul. de vi publ. Anchar. consil. 79. Hippol. de Marsil. singul. 323. Diuturnitas, & sing 454. Cursus temporis. Ant. Scappius in tract. iuris non scripti, lib. 5. cap. 5. num. 8. Sal. in l. Seruos, col. 2. C. ad legem Iul. de vi, Tiraqu. de pœnis temper. caus. 29. Iul. Clar. in pract. crim. q. 69. vers. Præterea potest reus, Didac. lib. 2. resolut. cap. 9. num. 2. Gomez. c. de delict. num. 8. & in l. 76. Tauri, numero 6. Afflict. decis. 277. Illustrissimus. Farinac. in dicta quæst. 10. numer. 84. & seq. vbi in fine dictæ quæstionis dicit hoc verum esse, dummodo delinquens à tempore delicti bonam, & laudatam vitam traduxerit.

84 Quid autem iuris est si pendente accusatione furti reus moriatur? non est dubium generatim crimen, cum pœna morte rei extingui, & accusationem finiri, l. Ex iudiciorum, ff. de accusat. & l. Defuncto, ff. de publ. iud. & l. si Si pœna, ff. de pœn. vbi ratio legis adducitur, quia, inquit, pœna constituitur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem constituitur, desinit l. Vnica, ff. Si pend. appell. mors inter. l. 3. C. eod. tit. & l. fin. C. de iure fisci, lib. 10. & in l. 1. ff. de priu. del. in hunc modum scriptum est; Ciuilis constitutio est pœnalibus actionibus hæredes non teneri, nec cæteros quidem successores: idcirco nec furti conueniri possunt, & l. fin. ff. ad l. Iul. maiestat. inquit: Is qui in reatu decedit integri status decedit, extinguitur enim crimen mortalitate, & de hoc agitur in toto tit. C. Si reus, vel accusator mort. fuer. & præsertim in l. Si is, & in materia nostra furti tradit Roman. in sing. 303. Pendente accusatione de furto. Cagnol. in l. Pupillum qui

§. In hærede, post numero 4 ff. de reg. iur. Plaza lib. 1. Epitom. delic. cap. 38. nume. 2. Iul. Clar. in pract. crim. q. 51. vers. Quæro nunc, vbi dicit, in omnibus casibus in quibus pęna amissionis bonorum est imposita à lege, ipso iure, posse etiam mortuo delinquente de eo crimine agi contra hæredes, vt bona in fiscum deferantur, si tamen ante mortem secuta fuerit condemnatio. Sed quando reus fuit condemnatus, & a sententia appellauit, & pendente appellatione è vita decessit, quid iuris sit, vide quę scripsit Iul. Clar. in prac. crim. q. 94. ver. Sed pone, vbi agit, quid sit dicendum de bonis iam sententia in fiscum delatis, sed appellatione suspensis. Sed quoniam hæc materia post alios fuit accuratissimè explicata à M. Anton. Peregrino Præclarissimo Iurisconsulto in tit. 5. lib. 4. de iure fisci, ideò ad eum lectorem remitto, vt inde multa præclara desumat, & non prætermittat etiam quæ scripsit in hac materia Farinac. in praxi. crim. tit. de Inquisit. q. 10. num. 36. & seq & in hoc Dominio obseruatur, vt, secuta morte rei, nulla fiat condemnatio, nec condemnationis exactio, non solùm ab hæredibus condemnati, sed nec etiam ab eorum fideiussoribus; prout in Excellentissimo criminali Consilio XL. virorum sæpe Venetijs iudicatum fuit.

85 Si autem hæres, & successor defuncti rei vellet Iudicem declarare illum furtum non commisisse, ad tollendam infamiam, qua eius memoria afficeretur, tenetur Iudex super hoc declarare, l. Filio, §. Seia, ff. de adim. leg. Bal. in l. Vnica, column. 2 C. Ne ex del. defunc. & Peregr. loco citato, numero 35. Aug. de Arimino in add. ad Ang. de malef. in verbo, Qui dominus iudex, numero 47. Gigas in tract. Qual. in crim. læsæ maiestat. proced. q. 28. in fine. Nicol. Pignolat. in Rom. sing 303.

86 Sed, quod maximè est notandum, in hoc furti crimine peculiare est, propter furtorum frequētiam, ad rem furtiuam repetendam, vel, ea non extante, ad illius pretium consequendum, vt etiam aduersus furis hæredem detur cōdictio furtiua, quamuis nihil de re furtiua ad ipsum hæredem peruenerit, & quamuis etiam cum fure defuncto lis non contestata fuerit, l. Si pro fure, § 1. & l. In re furtiua, in princ. ff. de cond. furt. Inst. de obl. quæ ex del. nascun. §. fin. & ibi gl. & Doct. Negusan. de pignor. in 4. membro 2. par. princ. num. 124. vers. Quæ nota. Capra, conclu. 67. num. 25. Duen. reg. 13. in 9. fallent. Sebast. Med. in tract. Mors omnia soluit, par. 2. conclus. 32. num. 91. Gomez, c. 1. delict. tit. de delictis, num. 85. prope finem, Franc. Vasqu. controuer. Illustr. lib. 3. c. 96. num. 24. Farinac. in praxi, in crim. tit. de Inquisit. quæst. 10. num. 72.

87 Fur si fuit occisus dum furabatur non debet in loco sacro sepeliri, nec pro eo est orandum. 13. q. vlt. cap. Fures. Secus tamen est si tantummodo fuit vulneratus, & ante mortem pœnituit confitendo sacerdoti peccata sua, vt ibidem

dem dicitur, & not. glo. fin. in cap. Placuit, vigesimatertia, quæst. quinta.

88 Sed iam me tempus admonet, vt huic operi finem imponam: cùm igitur, & diu primùm in foro causas agendo, & posteà etiam in huius Serenissimi Veneti Dominij vrbibus iudicando re ipsa cognouissem nullum crimen frequentiùs committi rerum alienarum contrectatione, ac vsurpatione, & de hac re pauca viderem à Doctoribus nostris fuisse conscripta, vt huic malo occurrerem, & pro viribus furum fraudes detegendo, illorumque pœnas recensendo pessimum hoc scelus reprimerem, quãtum ocij furtiuis quibusdã horis occupationibus meis suffurari potui, in hoc furtorum opus contuli: quam quidem prouinciam licet à principio susceperim, vt mihi tantummodo prodessem, meliusq; ea intelligerem, quæ quotidie, aut in patrocinijs exercendis, aut in sententijs ferendis occurrebant, vtque si vnquam labor iste meus in adspectum hominum esset proditurus, id serò fieret, & nonnisi postquàm eum in nonum, vt ait Poeta, annum pressissem: tamen cum non semel intellexerim mihi Iurisconsulto vitio verti, quòd superioribus annis non Latinum aliquod opus legale, sed Italicam Taruisinam Historiam ediderim, malui illud mihi fortasse accidere, quod idem Vates in Poetica ait:

Carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

Quàm vt hisce curiosis censoribus non satisfacerem, illisque re ipsa ostẽderem, me non integrum tempus historijs impendisse, quāuis mihi non sit pœnitendum historico studio interdum vacasse, cùm mea Historia in Principum, ac doctissimorum virorum manibus persæpe versetur, sed legales etiam libros peruolutando, & aliquid exarando, in hoc etiam Iurisprudentiæ studio insudasse, & iccirco licèt in hoc Vicentino Vicariatu summis destinear occupationibus, hunc furtorum librum properanter edere cõgor, vt meorum studiorum rationem illis reddam, qui sua negligentes, acri censura aliena perscrutantur, quamuis ignorare non debuissent, nihil legale studium ab historiarum cognitione abhorrere, quid enim aliud est hæc nostra ciuilis scientia, quàm actiuæ Philosophiæ pars, cuius item Historia praxis appellari potest: cùm illa præcepta, quæ, siue ad mores hominum rectè conformandos, siue ad rem familiarem optimè regendam, siue ad ipsam Rempub. sapienter moderandam, à Philosophis traduntur, apud Historicos experientia, ac vsu comprobata legantur. Adde quod ex historia Rerump. leges huc illuc dispersas colligimus, in eaque potissima pars iuris vniuersi latet, & ad leges rectè discernendas, mores, & status gentium tenere ita conducit, vt sine historiæ cognitione id consequi minime possimus. quamobrem

mirandum non est complures præclarissimos viros non minus in Historiæ, quàm in Iuris ciuilis cognitione floruisse, & de vtraque disciplina rectè scripsisse, inter quos connumerantur Capito, Aufidius Cæcus græcæ historiæ author, Pub. Rutilius Ruffus, qui Romanas historias exarauit; Pub. Mutius Sceuola, Fatidius, Tubero, M. Terentius, Cœlius Antipater, Massurius Sabinus, qui etiam, vt A. Gellius testatur, præclarum furtorum opus composuit, quod temporum iniuria desideratur, Franciscus Guicciardinus summus Historicus Iurisconsultus eximius fuit, Bartholomæus quoque Brixiensis Iuris Commentarium, & temporum Historiam compilauit. Riualius celebris Iurisconsultus fuit Galliæ Allobrogum Historiæ insignis Auctor; Torellus Sarayna Veronensium Historiam scripsit, Ioan. Candidus Forojuliensium, Andreas Nicolius Rhodiginorum, & denique ego Taruisinorum, qui cum anno M. D. IC. typis hoc opus primò supposuerim, gratum, acceptumque ita fuerit, vt nullum illius venale exemplum reperiatur, & Iuris periti illud efflagitent, iccirco multis in locis à me diligenter emendatum, & maximè auctum, auspicatò, & bono omine in commodum, & gratiam vestram, legalis scientiæ studiosi, in lucem iterum prodire volui. Læta igitur fronte illud excipite, & Dijs, hominibusque bene approbantibus, alia expectate. Valete. Vincentiæ Kalen. Octobris M. DC. X.X.

F I N I S.

Errata ſic corrigito.

fol.7.col.2.	meris mentionem faciens in formis	necis mentionem faciens inquit in formis
9.col.2.	quæritur	quatitur
17 col.2.	Sed lib.2.	Sed Paulus lib.2.
17.col.2.	reliquiſſe	reliquit
22.col 2.	*Cnganturque*	*Coganturque*
25.col.1.	quidam	quadam
110.col.2.	ſana	fana
267.col.1.	regnari	reſignari?
292.col.2.	Certæ	Cretæ
363.col.1.	iniuria	incuria
405.col.2.	morem	mortem

Imprimatur Fr. Thomas Vale Venetus Philoſophiæ Lector de mandato Adm. R. P. Inquiſitoris Vicentini.

Ita eſt Fr. Camillus Santangelus Inquiſitor Vicentiæ.



AVCTORES

IN HOC OPERE CITATI

Iurisconsultis exceptis.



Prior numerus indicat folium. Secundus versiculum.



VENETORVM LEGES
in hoc opere allegatæ.

centes,





PROVERBIA
in hoc opere allegata.




Ff Cum





INDEX RERVM NOTABILIVM, quæ in hoc opere continentur.



Prior numerus folium designat. Secundus versiculi numerum.

A

73.



VENETORVM LEGES
in hoc opere allegatæ.

centes,



PROVERBIA
in hoc opere allegata.




Ff Cum





INDEX RERVM NOTABILIVM, quæ in hoc opere continentur.



Prior numerus folium designat. Secundus versiculi numerum.

A

mento

Da

D

Ædifi-

Eu-

F

G

Ima-

L

M

Noti-

Pa-

 poni

Ve-

FINIS.

